





HISTORIA ECCLESIASTICA

SYNOPTICE ENARRATA.

PARS PRIMA,

HISTORIAM VI. PRIORUM SECULORUM

COMPLECTENS.

AUTORE

PETRO TETENS HALD

THEOLOGIÆ LICENTIATO.

HAUNIÆ.

SUMTIBUS BIBLIOPOLÆ GYLDENDAL.

IN OFFICINA VIDUÆ CHRISTIANI TYPIS EXCUDIT J. D. QVIST.

MDCCCXXX.


BIBLIOTHECA BODLEIANA

Petro Erasmo Müller,

Selandiæ Ordinumqve Eqvestrium Episcopo, Theologiæ Doctori et ante hos paucos menses in Universitate Hauniensi Professori meritissimo, Ord. Dannebrog. Cruce Aurea et Argentea ornato &c.,

viro eruditissimo,

cujus

in cogitando subtilitatem

in distingvendo sollertiam

in colligendo acumen

in dicendo elegantiam

discipulus

sæpe admiratus fui semperqve colam,

hoc qvalequnqve opus meum

gratus pieqve amans

sacrum esse volui.

Præmonenda.

ogitanti mihi sæpenumero, qvæ esset optima, si a spissis librorum voluminibus scribendis discesseris, historiam eccle-sticam tradendi ratio, ii optime egisse non visi sunt, qvi singula ad *ordinem realem* revocarint. Etenim quum ex sui neqve res ævi rationibus talis reddi soleat, qvalem eam fuisse novimus, neqve altera ab altera non pendeat, qvi historiam tradiderunt, ut lites, in ecclesia gestas, et rationem litteraturæ, societatis, fatorumqve hominum christianorum, vel qvi aut alii modi universam historiam in partes suas dividendi, speciatim tractaverint, haud potuere omnes harum causas simul idere, nedum singularum partium primordia plene menti oculisqve subjicere. Longe aliud ii secuti sunt, qvi *tabulas* historiæ ecclesiasticæ confecerunt. Qvi minime vituperandi sunt; sed, qvæ est tabularum qvarumlibet ratio, omnia leviter tantum perstringunt, et eo qvidem ordine, qvo sibi, alteris altera, successerint, ita ut gravissima qvæqve cum levissimis sæpe ab iis diversissimis, arcte connectantur; est vero in promtu, hoc modo neqve causas rerum neqve mutuas earum rationes describi posse.

Hæc quum animo volverem, simulqve intelligerem, qvam sit tabularum ratio commoda utilissimaqve, qvamqve non oporteat in historia scribenda ordinem realem non seqvi, satius fore putabam, si qvis utramqve illam rationem, qvoad potuerit, conjunctam seqveretur; cujus rei periculum eqvidem in hoc libello institui. Liceat igitur mihi pauca de instituti mei ratione præfari.

Ut omnes rerum singularum rationes et causæ cogitationi meæ exhiberentur, sedulo indagavi, per qvantum temporis spatium eædem rationes viguerint, qvove tempore novæ aut aliæ eas exceperint; qvot autem indagaram rationum illarum diversitates, in tot *æva* periodi cujusqve historiam dispescui, ipsarum rationum, velut singulorum, qvæ evenerant, fontium imaginem succinctam ante proponens, qvam ad enarrandam rerum ipsarum historiam accederem. Qvot jam illæ ævi cujusqve rationes provocarunt aut nutriverunt lites, schismata cæteraqve scitu dignissima, tot distinxi rerum tradendarum *columnas*, harum ordinem ita instituens, ut seqventibus priores lucem affundere qveant, qva re in singulis tradendis brevior esse potui. Columnis autem ut usus fuerim, factum est, qvod intellexi, "ea maxime animis effingi nostris, qvæ sint a sensu tradita atqve impressa; acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi: qvare facillime animo teneri posse ea, qvæ perciperentur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis traderentur." (Cicer. de oratore libr. II, cap. LXXXVII.) Jam librum meum legentes ipsa *columnarum multitudine ac varietate* statim percipient, qvot et cujus generis res per qvodvis periodi ævum in ecclesia gestæ, agitatæ et factæ fuerint; ac *titulis* non minus earum qvam ipsius ævi, in qvibus deligendis "imaginibus agentibus, acribus, insignitis, qvæ occurrere celeriterqve percutere animum possint (Cicero l. c.)", uti conatus fui, naturam et indolem rerum perscribendarum tenebunt. His enim modis tum historiæ ecclesiasticæ naturæ, tum legibus mnemoneutices satis consultum iri speravi.

Sed eqvidem haud sane is sum, qvi existimem, me opus perfectum omnibusqve numeris absolutum confecis Plures enim gravioresqve tam ipsa rerum tradendarum ratio, qvam typographiæ leges, quibus alia, uberiori disqvi tione digna, nimis contrahere, alia, interna necessitudine juncta, injuste discernere, alia deniqve, ut titulos legum, nonum librorumqve excitatorum, silentio præterire cogebar, obtulerunt mihi, vitandas illas magis, qvam superandas, ficultates, qvam ut vana ista spe animum meum lactarem. Qvid? qvod diversitas eorum, qvibus scripsi, diversas op leges scripsit. Haud enim solis juvenum, historiæ tantisper studiosis, dum solidam potiorum capitum historiæ notiti eruunt, usibus consulere volui, sed plurima ita indigitavi, ut, si qvi uberioribus qvæstionibus historicis penitiora stu dicaverint, earum velut primas lineas heic reperiant. Itaqve ab ea procul sum vanitate, eorum, qvæ scripsi, nihil n vituperari posse ac debere. Idem vero spero, novitatem periculi, a me suscepti, ut peritissimos ita æqvissimos arbit ac judices habituram esse.

Dabam Hauniæ mense Septembri 1830.

Argumentum.

Periodus prima.
64—306.

Periodus secunda.
306—604.

PERIODUS PRIMA.

64—306.

HISTORIA ECCLESIASTICA

SYNOPTICE ENARRATA.

PARS PRIMA,

HISTORIAM VI. PRIORUM SECULORUM

COMPLECTENS.

AUTORE

PETRO TETENS HALD

THEOLOGIÆ LICENTIATO.

HAUNIÆ.

SUMTIBUS BIBLIOPOLÆ GYLDENDAL.

IN OFFICINA VIDUÆ CHRISTIANI TYPIS EXCUDIT J. D. QVIST.

MDCCCXXX.

II.

Ævum Hadriani, vel religionis Christi, tam Judæorum 117—

Rationem animi humani si cogitatione volvas, vix aliter fore existimes, qvam ut *philosophi* huius ævi, — rerum divinarum) præ se ferentes atque Platonicam ὕλην (ɔ: materiam, omni organica vita carentem, sed vi rerum, quas homini perspicere nefas est, more Zoroastrico, subtilius disputare jamdudum soliti, ut materiam eam potius suæ philosophiæ commentis commutarent et perverterent: maxime vero, cum eius generis homines effatis sua ipsorum philosophemata facili negotio inferrent. Eiusmodi theosophi christiani prodiere sub nomine

Judæo-christiani, inveteratam avitæ religionis majorumque suorum, qui Messiam vel υἱον του Δαβἰδ, vel Christo primas concessissent, Hadrianus autem a. 132 edixisset: nemini circumciso licere moenia Æliæ Capitolinæ religioni ducebant, et a liberius censentibus discedebant; unde ortæ fuere *sectæ Judaizantes.*

Quod ad *scriptores* huius ævi attinet, subortas hæreses, quas haud tenebant perspectas, non redargue- suorumque fidem nutriverunt, et secus censentibus — gentilibus, Judæis, hæreticis, — sua qualiacunque

Imperatores.	Fata Christianorum.	Scriptores.
Hadrianus........................	christianæ religioni non erat addictus, (nam quæ de "templis ab Hadriano christianis exstructis" feruntur, falsa sunt); contra peregrina sacra omnia ægerrime ferebat; sed justitiæ amans prohibere voluit, "ne innoxii perturbarentur, et columniatoribus latrocinandi tribueretur occasio"; itaque Minucio Fundano, proconsuli Asiæ minoris, et reliquis magistratibus edixit: 1. "si quis accusat, et probat *adversum legem quidquam* agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues." 2. "Illud mehercle magnopere curabis, ut, si quis calumniæ gratia quemquam horum postulaverit reum, in hunc pro sua nequitia suppliciis severioribus vindices". Quod edictum cum haud satis perspicue definiat, quid de ipsa religione christianorum judicatum vellet imperator; e magistratibus si quis christianos odisset, eos impune persequebatur, sin æquior esset, eos liberandi ansam arripiebat, ut Pudens aliquis et Vespronius Candidus.	*Papias*, episcop. Hierapolis, ab Irenæo Johannis ἀκουστης, et Polycarpi ἑταῖρος fuisse perhibetur, ab Eusebio vero σμίκρος τον νοῦν descriptus. Multus ille erat in traditione historica undique corradenda; scripsit autem λογων κυρίακών ἐξήγησεις. Chiliasmum posuit. *Quadratus*, εὐαγγελίστης. Apologiam, cuius fragmenta apud Eusebium servata sunt, Hadriano, Athenas visitanti, tradidit. *Aristidis* apologia, eidem Hadriano tradita, periit. *Ariston Pellensis* dialogum, qui inscribitur αντιλογια, institutum inter Jasonem, christianum, et Papisium, Judæum, scripsisse dicitur. Sunt tamen, qui eam Aristoni tribuere dubitent. Fragmenta eius supersunt. *Agrippa Castor* hæreticos (Basilidem) primus aggressus est.

II.

systemate quam gentilium philosophia perver

—138.

---

sive pertinuissent ad doctos *Judæos Alexandrinos*, religionem esotericam (… Platonica vitaque instructam) fide jamdudum amplexos, sive essent *theosophi orientales*, … ab omni- … rigens regnum principii istius malorum perhiberent, — haud paterentur sua evange… dæ in …ρίβεια logices parum studii et laboris impendere soleant, quo vitio, inscii quidem, … tur. *Gnosticorum*, quorum sedes fuit vel Syria vel Ægyptus.

…ίον του θέου habuerant, reverentiam religiosam amplexi, cum jam a. 70—132 Pellæ degentes … (ↄ: Hierosolymæ ab eo dirutæ) ingredi, qua re major in lege Mosaica observanda oriebatur …

…runt. Neque pro mediocritate ingeniorum doctas et subtiles disputationes in medium protulerunt; … opposuerunt.

Gnostici.

Saturninus, ***Antiochenus***, circa ann. 120, duo posuit principia (πάτηρ ἀγνώστος et ὅ σατανας) regnis lucis et tenebrarum præfecta. Ex illo sensim emanaverant angelorum cohortes, quorum VII, omnium infimi, et suæ quique planetæ præfecti, — ἀγγέλοι κοσμόκρατορες — genus hominum creaverant, quibuscum πάτηρ ille de anima sua partem communicabat. — Satanas vero maligni generis hominum auctor exstitit. Quare idem pater justo tempore Christum, æonem, naturali corpore vacuum, comparere jussit, ut Satanæ infringeret vim, et regnum pessimorum hominum everteret. Ex qvo nostrum omnium est, summa continentia omnem Satanæ communionem vitare.

Basilides, ***Ægyptius***, unum principium posuit absolute bonum — θέος ἀρρήτος —; ex quo primum emanarunt VII δύναμεῖς: 1) νοῦς, 2) λόγος, 3) φρονήσις, 4) σοφία, 5) δικαίοσύνη, 6) δύναμις, 7) εἰρήνη, quæ τον οὔρανον constituebant. Ex hoc eodem VII æones effluxerunt, ex iisque VII aliæ, et sic porro usque ad 365 (ἀβραξας). Infimæ heptadi præfectus — ὁ ἄρχων — mundi malique auctor est (δημίουργος), idemque veteris testamenti יהוה. Jam θέος ille ἀρρήτος, ut omnem Satanæ in animos mortalium vim frangeret, ipsos autem homines propius lucem adduceret, instituit, ut νοῦς, coelitus descendens, Jesum hominem, dum baptizaretur, impleret. Qua re attonitus ἄρχων ille νοΐ ultro se submittebat. Basilides non minus quam Saturninus summam vitæ rigorem suis commendavit. — Idem γνωσεῶς suæ fontem prætendebat traditionem et Glaukiæ cujusdam, interpretis Petri apostoli, et Matthæi apostoli.

Sectæ Judaizantes.

Ebionitæ (אֶבְיוֹנִים), quorum *alii* Christum ducebant hominem ex hominibus satum, qui, ob insignem pietatis virtutem a Deo Messias designatus, in baptismo divinis viribus instruebatur; *alii* Christum supernaturali modo natum, si non divina at præstantissima aliqva et naturæ Adami illius simili natura instructum fuisse, concedebant; per quem quidem Judaismus ævi prophetarum, (qui plurimorum errorum auctores fuissent), et æqualium Jesu, non minus errantium, abrogatus fuit: sed in locum eius *sola originaria, a Mose tradita, veritas* restituta, atque adeo cum gentilibus communicata fuit. In morum disciplina omnes Ebionitæ rigidiores erant, sed coelibatum ægre ferebant.

Nazaræi s. Nazareni, quo nomine primum omnes christiani designati sunt (Act. 24, 5), fuerunt christiani e Judæis, qui, missis omnibus tricis philosophiæ, quamquam traditionem Pharisæorum ex eaque profecta præcepta damnarent, omnesque homines, e gentilibus christianos factos, legis Mosaicæ immunes haberent, se tamen legi Mosaicæ pressius observandæ adstrictos putabant. — Prope Pellam et in Syria ad finem usque seculi IVti florebant.

Elcesaitæ s. Sampsæi, christiani ex Essenis facti, mystica multa circumferebant dogmata, et continentiam præter modum laudabant; sed non ita diu florebant.

III.

Ævum Antoninorum vel

138—

Qvæ in Syria et Ægypto invaluerat theosophia, Gnosticismus dicta, latius jam propagabatur, ejusqve prin-
philosophia imbuti erant, hi revelationem christianam ut melius qvam isti, qvanqvam non perfecte, callebant,
philosophematum istorum contagione alieni erant, ut unus eorum sectam conderet (Encratitarum), eum asce-
christianis efferbuerat; sed ei, in alterum extremum delapsi, ut ipsam adeo speciem Judaismi vitarent, et ritus

Imperatores et fata Christianorum.

Antonini Pii rescriptum προς το κοινον της Ασιας: christianos, nisi criminum civilium coarguerentur, non puniendos esse, parvæ fidei est.

Antoninus Philosophus omnis superstitionis exosus, sed paternæ religionis ejusqve cultûs — qvo vel pestem averti posse autumabat — tenacissimus, qvi idem hominibus christianis, mortem potius lætis animis oppetentibus, qvam Christum abnegantibus, pervicaciam („ψιλην παραταξιν") objiciebat, ad mortem usqve (— nam animus ejus non est „legione fulminea" a. 174 mutatus —) passus est (— non vero jussit —), ut:

1) inqvireretur in christianos et qvidem „diversis cruciatibus;"

2) ipsi vero christiani, nisi „Diis sacrificassent" extremo supplicio afficerentur.

Hinc vexationes passim repetitæ: *Romæ* (Justinus †. 164), *Corinthi* (Dionysius †.), crudelissime vero a. 167 *Smyrnæ* (Polycarpus †.) a. 177, *Lugduni* (ubi Pothinus episcopus, Vettius Pagetus, vir privatus, Ponticus, juvenis XV annorum, Blandina, virgo, martyrium subiere), *Viennæ*, ubi Sanctus, diaconus †., *Augustoduni* (ɔ: Autun), ubi Symphorianus, martyres facti sunt.

Scriptores.

Justinus Martyr s. Philosophus †. 163:
1. Apologia major;
2. — minor;
3. Dialogus cum Tryphone Judæo;
4. παραινητικος („cohortatio") προς Ελληνας, authentiæ dubitatæ;
5. λογος προς Ελληνας saltem ævum illud redolet;
6. περι μοναρχιας ɔ: de unitate Dei.

Athenagoras, Atheniensis:
1. πρεσβεια περι χριστιανων, Marco Aurelio et Commodo c. ann. 170 tradita;
2. de resurrectione mortuorum.

Theophilus, episc. Antiochenus:
1. ad Autolycum libri III.;
2. commentaria in libr. N. T. scripsisse dicitur.

Tatianus, Assyrius, discipulus Justini, Rhetor: λογος προς Ελληνας.

Hermias Philosophus dictus: διασυρμος των εξω φιλοσοφων.

Hegesippus: πεντε υπομνηματα εκκλησιαστικων πραξεων; traditiones corradebat.

Melito, episc. Sardensis, multis scriptis Gnosticos, Gentiles et prophetas Montanistarum aggressus est. — In apologia, M. Aurelio data, Trajani et Hadriani edicta laudat.

Apollinaris, episc. Hierapolis, Phrygiæ urbis, apologiam M. Aurelio scripsit, in qva „legionem fulmineam" commemorat.
Scripsit contra Melitonem a. 171, ut redargueret usum Judæo-Christianorum Pascha celebrandi.

Dionysius episc. Corinthiacus: επτα επιστολαι καθολικαι ecclesiam Romanam, Nicomed., Gnossens., Atheniens., Lacedæm., Gortynens., Ponticam adhortantur.

Encratitæ,

etiam hydroparastatæ s. aqvarii dicti; inter qvos eminuere:

Tatianus, generi humano Christi temperantiam et vitam coelibem commendans;

Severus, qvi epistolas Pauli damnabat;

J. Cassianus, qui qvod materiem mali fomitem ducebat, simul factus est doceta.

Controversia de festo paschatis.

Solebant Judæo-Christiani recolere memoriam institutæ coenæ sacræ die XIV mensis Aprilis, passionum Christi die XV, resurrectionis vero die XVI, et hic mos in ecclesiis Asiæ minoris invaluerat.

Contra Occidentales epulas paschatis cum Judæis observare nefas ducentes, die qvodam Solis resurrectionem Christi festive celebrabant, et die Veneris huic præcedente jejunium agebant. Hæc diversitas controversiam peperit anno 157 (alii 162) inter Polycarpum, episcopum illum Smyrnensem, et Anicetum Romanum, qvæ placide qvidem gerebatur, non vero dirimebatur vel dirimi poterat, qvod suam qviqve traditionem, Asiatici traditionem Johannis Evangelistæ, Occidentales traditionem Pauli prætenderent.

Anno 171 Apollinaris morem Asiaticorum aggressus est, qvem redarguere studuit Melito. —

III.

Gnosticismi florentis.

–180.

---

cipes multi Italorum fidem præsentes infestabant. Qvi vero homines doctissimi salubriori, maxime Platonica ita contra hæreticos et adversarios civiles egregio studio et labore defendebant. Neqve tamen ipsi ab omni seos rigorem, qvem ista philosophia commendabat, pressius secutam. Studium legis mosaicæ observandæ in ab apostolis, ut credebant, profectos, religiose observarent, suam qviqve pascha celebrandi rationem seqvebantur.

G n o s t i c i.

Isidorus, **filius Basilidis, patrem in eo retulit, qvod suis, qvibus moralem libertatem vindicabát, severam ascesin injunxit, neqve tamen matrimonium improbavit.**

Valentinus, **Ægyptius, Romam circa ann. 140 adiit; in insula Cypro obiit anno 160. Systema ejus se ita fere habet: 1) βυϑος — προαρχη etiam dicta, recondita numinis natura est, eademqve ανωνοραστος et αγνωστος. 2) Qvæ cum limitibus se circumscribi passa fuisset, emanarunt αιωνες XXX, mares ac foeminæ, qvæ πληρωμα constituebant, et duplici vi τοὺ Horos, alia μεριστικη s. διοριστικη, alia ἱδραστικη s. στηριστικη limitabantur. 3) Orta vero in Pleroma disharmonia, cum infimus Æon, σοφια, arctiorem communionem Bythi inire studeret, principium aliqvod vitæ sublimioris, ἡ κατω σοφια s. ευϑυμησις s. αχαμωϑ dictum, ex Pleromate in materiem delapsum est, qvod materiei vitam psychicam communicabat, et Demiurgum ex materie psychica fingebat. 4) Demiurgus mundum creavit, eundemqve adversus vim Satanæ, regno absolutæ disharmoniæ præfecti, tueri conabatur; itaqve psychicum Messiam, corpore ætherico (εκ της αφανης ψυχικης ουσιας) instructum, de coelo suo demisit, ut, perfecta sanctitate hominibus tradita, omnem vim του ὑλικου elementi mundi tolleret. 5) Interea vero ex æonibus illis emanaverat ὁ σωτηρ — Ιησους — qvi, dum psychicus ille Messias baptismum subiret, cum eo conjungebatur, idemqve se cum ceteris hominibus conjungi patitur. Qvod ubi contigerit, materiali mundo dissoluto, entia pneumatica in Pleroma, psychica in τοπον μεσοτητος, qvæ sedes est τοὺ Acamoth, ingredientur.**

Ptolomæus, **discipulus Valentini, teste Tertalliano æones Valentini "in personales substantias" interpretatus fuerat. Exstat epistola aliqva ex eo Floræ, mulieri, data, in qva systema suum traditioni apostolicæ deberi contendit, et Demiurgum ponendi necessitatem arguere conatur.**

Heracleon, **Alexandrinus, discipulus Valentini, commentarios confecit evangelii Johannis, (num etiam Lucæ?), qvod allegorice exposuit. Veteris Testamenti prophetas a Demiurgo emissos esse docuit.**

Marcion, **Sinope in Ponto natus ex patre episcopo, nullam qvidem γνωσιν prætendebat fontem esse sapientiæ religionis; hunc vero qværebat in ipsis libris sacris, qvos ad litteras intelligendos esse censuit. Sed Judaismo mirum qvantum infestus, ut illius et brutæ naturæ originem explicaret, circa ann. 140 Romæ, Gnosticismum**

Cerdonis, **Syri, amplexus, tandem docuit: præter duo principia rerum absoluta — ὁ ἀγαϑος ϑεος et ἡ ὑλη — ens aliqvod intermedium est, Demiurgos, ϑεος δικαιος, qvi hominum generi imperabat, neqve vero vim της ὑλης superare potuerat; qvam ob causam, ὁ αγαϑος ϑεος Christum, omnis materiei expertem, XVmo imperii Tiberii anno in terras et post mortem suam in orcum decendere jussit, omnibus sive defunctis sive vivis hominibus, neqve minus gentilibus qvam Judæis, veram religionem ɔ: cognitionem του αγαϑου ϑεου oblaturus. Qvam qvi libere admiserint et severam ascesin secuti fuerint, beati fiunt; qvi respuunt, arbitrio του δημιουργου traduntur. — Canon Marcionis unum evangelium, haud dubie evangelium Lucæ mutilatum, omnesqve epistolas Pauli, si tres epistolæ pastorales, qvæ dicuntur, eximantur, continuit. Cæterum ex patria sua expulsus fuerat; neqve lætiorem fortunam Romæ expertus est.**

Bardesanes, **circa ann. 172, Edessenus, discipulus Valentini falso dictus, duo posuit principia absoluta, sed ex bono illo mundum creatum fuisse posuit, et homines libero arbitrio, emanatione qvadam τοὺ Pleromæ, instructos. Hymnis suis, qvibus Ephræmus Syrus sub finem seculi IV, 56 hymnos opposuit, multos ad partes suas traduxit, et Antonino Vero libro aliqvo, qvi inscribebatur: περὶ εἱμαρμένης, sua persuadere conatus est.**

Nota: *Carpocrates* ejusqve filius *Epiphanes*, utrum Gnostici fuerint, an theosophi eclectici, merito dubitatur. Doctrina morum, qvam tradebant, turpissima fuit.

PERIODUS PRIMA.

64—306.

IV.

Ævum Tertulliani s. degenerati Gnosticismi et florentis Montanismi.

180—220.

B.

Cum theologi ævi Antoninorum (num etiam Athenagoras?) Λογον hypostasin dixissent, iisqve assentirent Irenæu et Tertullianus, multis periculum videbatur, ne, hac sententia probata, unitatis Dei fides tolleretur, qvare eam tuend causa *alii* deitatem Christi negabant, unde sunt Alogi vocati; *alii*, hos ipsos refellendi studio forsan adducti, nefa ducebant plenam deitatem Numini ante tribuere, qvam in Christo comparuerat, unde vocabantur Patripassiani; *ali* deniqve, neutram sententiam amplexi, divinitatis Numinis tantum radios nonnullos animum Christi efficere, fingebant (de qvibus vide pag. 12.)

Qvo tempore Gnostici jamdudum male audierant, qvod meris argutiis speculativis incumbere solerent, Encratitæ vero rigorem asceseos, multis plaudentibus, tradebant et exemplo suo commendabant, Chiliastæ denique miseris hominibus solamen in persecutionibus tunc temporis grassantibus, suis commentis præbebant; eo tempore in Phrygia, exstasi Bacchantium olim gavisa, exstitit *Montanismus*.

Monarchiani.

a. Alogi.

Theodotus, Byzantinus, Romæ a Victore excommunicatus, et *Artemon*, — uterqve philosophiæ Aristotelicæ atqve adeo dialectices peritior, qvam sensuum fervore et pietate insignis, criseos vero Novi Testamenti studiosissimus —, Christum hominem esse ducebant, "solitarium et nudum," et "inferiorem qvam Melchisedecum," eundemqve tamen inde ab incunabulis, majori, qvam prophetæ, sapientiæ et gratiæ Numinis copia instructum fuisse; unde υιον του Θεου appellandum. Theodotiani Natalium confessorem episcopum sibi præfecerant, is vero brevi ad fidem catholicam rediit.

b. Patripassiani.

Praxeas, ex Asia minore oriundus, fuerat sub Marco Aurelio confessor. Sub Eleuthero episcopo Romam et Româ Carthaginem proficiscebatur, partim Montanismum Tertulliani redarguens, partim ipse docens, Deum, ut in theophaniis Veteris Testamenti identidem comparuisse, ita in Christi tandem corpore, plena deitate insignem comparuisse. "Itaqve," inqvit Tertullianus, "post tempus pater natus, et pater passus;" "duo negotia diaboli Praxeas Romæ procuravit: prophetiam (o: Montanismum) expulit et hæresin intulit, Paracletum fugavit, et patrem *crucifixit*."

Montanismus,

cujus nomen ducitur a Montano, Phryge, homine vana apparitionum, sibi factarum, fide elato, summæ vero virtutis pietatisqve fervore incenso, qvi sibi, legato divino, et adeo "paracleto illo" (Joh. 14, 16. al.) imbuto, fidem non verebatur arrogare. Sane vero multos sibi adscivit socios, tam homines doctissimos, qvos inter Tertullianus maxime eminet, qvam mulieres simplices, (ut Priscillam et Maximillam), per totum orbem Romanum; qvi vero, etsi ab Irenæo et Eleuthero æqvius ferrentur, tandem, opera et studio Praxeæ, hæresium arguebantur, et a communione ecclesiæ romanæ excedere jubebantur. Doctrina Montanistarum hæc fere est:

1. gratia Dei qvovis tempore et ex qvovis genere hominum excitat prophetas, paracleto imbutos. Per eos ecclesiastica "disciplina dirigitur, scripturæ revelantur, intellectus reformatur" (Tertull.), qvanqvam ipsi qvidem ejus rei non sunt conscii; "sed sensu excidentes, obumbrati scilicet virtute divina," extremam exstasin patiuntur.
2. ascesin præter modum severam officium jubet, ut omnis in persecutionibus fuga, vel eas evitandi prudentia plane damnanda sit, alterum vero matrimonium omnino improbandum;
3. qvibus demum moribus fit, ut homines digni reddantur regni millenarii, jamjam, — et, ut Montanus malebat, Pepusæ urbe ejus patria — instaurandi felicitatis.

Sectæ illi varia nomina tribuebantur, ut Cataphryges, Pepusiani, Priscillianistæ, Artotyritæ, Ascodrogitæ, Ascodrutæ, Ascodrupitæ, Ascitæ, al.

V.
Ævum Neoplatonicorum grassantium
220—260.

A.

Numero christianorum indies crescente, quum scriptores eorum gentiles graviter oppugnassent et indubitate redarguissent; concideret necesse fuit ista religionum farrago et christianæ fidei cederet, nisi illa sic mutaretur, ut non minus studiis doctiorum satisfaceret, qvam dubiam mentem plebis, adversa civitatis fortuna et lasciva suorum incredulitate misere agitatam, a Christo ad sua sacra adverterent. Neqve defuerunt philosophi, Neoplatonici dicti, qvi antiqvis religionibus formam ita speciosam affingere callerent, tantaqve uterentur in religione ipsius Christi, qvem ne tantillum qvidem a se abhorruisse ferebant, dijudicanda moderatione, tamqve fallaci Christi discipulis, plane alia tradentibus, qvam qvæ Christus docuissset, fidem detrahendi artificio, ut simul essent "Christi laudatores et christianæ religionis obliqvi obtrectatores" (Augustin.) Qvo factum est, ut religiones gentilium nondum ruinam traherent, contra studiosius ab ipsis imperatoribus servarentur, chni vero male audirent, ut homines "polluti et contaminati et errore implicati" (verba Porphyrii Neopl. ap. August.) Ex qvo si magistratuum aliqvis, ut odium suum expleret, aut ipsi imperatores religionem suam tuendi causa in chnos animadvertissent, excusatio in promtu erat. Qvare non est mirandum, chnos, pace XL annorum ut numero plures ita animo fortiores factos, crudelissime vexatos fuisse.

Imperatores.	Fata Christianorum.
Alexander Severus .... †235.	homo vere pius, in religione eclecticus, Christum hominem de genere mortalium meritissimum reveritus est, ut non minus ejus qvam Abrahami, Orphei et Apollonii Thyanensis statuas in sacrario suo positas, et effatum Christi Luc. 6, 31. parieti insculptum haberet, ipsum vero Christum inter Deos recipere cogitavisse dicatur. Neqve tamen religionem christianam licitam promulgavit.
Maximinus Trax .... †238.	vir crudelis, chnos, qvi Alexandro Severo, a se trucidato, amicissimi fuissent, crudeliter perseqvebatur. (Pontianus, episc. Rom. †.) Fertur legenda de Ursula & Undecimilla, qvarum ossa 1168 detecta fuisse credebantur,
Gordianus †244	chnis non erat infensus.
Philippus Arabs .... †249.	cui ausus est Origenes litteras dare, qvo tempore contra Celsum, philosophum gentilem, scriberet, qvanqvam Hieronymus errat, chnum eum fuisse existimans, tamen, qvod esset in religione eclecticus, ipsam religionem chnorum probabat.
Decius .... †251.	cui propositum fuit chnam religionem funditus tollere, terribili edicto 250, chnis ut sacra majorum obirent, interposita vinculorum, cruciatuum, mortis deniqve minatione, imperabat. Unde martyres non ita pauci (*Fabianus* episc. Roman., *Babylas* ep. Antioch., *Alexander* ep. Hierosol, *Timotheus* et *Maura*, per IXdies noctesqve cruci affixi) et confessores longe plurimi (Numidcius, Carthag.); sed multi *lapsi* sunt; Cyprianus vero prudenter, ut suis consuleret, persecutioni se subduxit.
Gallus .... †253	Ab initio anni 251 ad medium anni 252 mitius cum chnis agebatur; sed, peste exorta, imperator edixit, ut omnes romani imperii cives Diis sacra facerent; qvod cum christianorum multi facere detrectarent, reviviscebat persecutio, neqve ea tamen universalis. Episcopi Romani Cornelius & Lucius †.
Æmiliano .... †254	imperante, christiani tute degebant.
Valerianus .... †259	254—57 chnis benignum se præbuit. Subito vero anno 257 in omnes ecclesiæ præsules, neqve tamen igni ferroqve, sævire coepit, et, anno 258 episcopos, presbyteros et diaconos, neqve non senatores et eqvites Romanos, si ademtis facultatibus chni esse perseverassent, capite mulctandos esse edixit. Martyres fuere Romæ: Stephanus et Sixtus 2., episcopi, Laurentius, diaconus, lento igne ustus; Carthagine: Cyprianus, episcopus, Lucius, Montanus et Flavianus, diaconi.

V.

Ævum Neoplatonicorum,

220—

B.

Crudelissimæ hujus ævi persecutiones quum haud paucos christianos ad deficiendum a religione sua sollicitavissent, coetum suum recipere. Quæ ipsa religio nonnullorum in occidente schismatum parens facta est. Ista vero chnæ obfuit, quod celeberrimi quique hujus ævi scriptores ad imitationem ejus sacros libros allegorice interpretari qvæ huic exegesi opponebatur litteralis sacræ scripturæ interpretatio Chiliasmum in Apocalypsi Johannis reperire sibi

Scriptores.

Hippolytus, **episcopus Ostiæ aut Aden, urbis Arabiæ, discipulus Irenæi dictus, propinquus Origenis, Noeti adversarius.**
1) ὑπερ του κατα Ιωαννην ευαγγελιου και αποκαλυψεως, **haud dubie adversus *Alogos Romanos.*** (periit).
2) κεφαλαια προς Γαιον. **(interiit.)**
3) περι χαρισματων. **(interiit.)**
4) προτρεπτικον προς Σηβηρεινην, **imperatricem gentilem (Severam, uxorem Philippi Arabis?) (fragm.)**
5) περι του αντιχριστου.
6) **contra hæreses XXXII (conciones Irenæi).**
7) **contra Noetum.**

Origenes, αδαμαντινος **s.** συνταχτης **s.** χαλκευτερος **dictus, discipulus Clementis et Ammonii Saccæ, philosophi Neoplatonici, primum catecheta Alexandrinus, postea Cæsareæ scholam celeberrimam condidit. Obiit 254, annos 69 natus.**
Opera critica: Tetrapla, Hexapla, (in quo recognoscendo annos 28 consumsit), Octopla. Opus dogmaticum περι αρχων, **quod partim communem chnorum fidem expenit, partim philosophemata ipsius Origenis, quæ tamen ab illa sedulo sejuncta sunt. Opera exegetica: 1)** ὁμιλιαι, **2)** τομοι **(commentarii), 3)** σημειωσεις **(scholia) libros sacros allegorice explicant; ut singulis effatis præter litteralem sensum remotiorem inferant, qui iterum vel moralis sit vel mysticus, hic autem in Vetere Test. allegoricus, in Novo Test. anagogicus. Opus apologeticum adversus Celsum libri VIII.**

Julius Africanus, **ex Libya oriundus, Emmai (Nicopoli) in Palæstina presbyter, senex grandævus obiit 232.**
Χρονογραφια. **libr. V. fragmenta supersunt;** κεστοι, **opus argumenti varii (fragment.); *epistola ad Aristidem* de genealogiis Matthæi et Lucæ; *epistola ad Originem* de historia Susannæ.**

Minucius Felix, **ex jurisconsulto Romano chnus.**
Dialogus inter Cæcilium gentilem et Octavium chnum judice Minucio; apologia concinna.

Cyprianus, **(Thasius Cæcilius) ex rhetore christianus, episcopus Carthaginiensis, mortuus 258.**
1) epistolæ LXXXIII, 2) de idolorum vanitate, libr. III, 3) testimoniorum libri III, Quirino sacri, 4) de unitate ecclesiæ, 5) de oratione dominica allegoricæ interpretationis, 6) de exhortatione martyris, 7) de habitu virginum.

Firmilianus, **episcopus Neo-Cæsareæ, cujus ad Cyprianum datam epistolam de baptismo hæreticorum repetendo latine conversam habes in ep. Cypr. 75. Erat amicus Origenis, qui in Maximini persecutione ad eum confugit.**

Heraclas, **discipulus et familiaris Origenis, catecheta, et 231-47 episcopus Alexandrinus.**

Dionysius **Alexandrinus episcop. 247-265 (†), discipulus Origenis; Sabellium oppugnavit, nec non cum Paulo Samosateno, Nepote et Coracione congressus est.**
1) **de promissionibus divinis** (περι επαγγελιων), **in quo Chiliasmum Nepotis docte et placide refellit.**
2) **de poenitentia et tentationibus.**

Monarchiani.

b.

Noetus, **episcopus Smyrnensis circa ann. 230, ad modum Praxeæ docuit:** ἑνα ειναι θεον και πατερα, αφανῆ μὲν ὅταν ἐθελῇ, φαινομενον δε ἡνικα αν βουληται . . . . . και γεννήτὸν και αγὲννητον· αγεννητον μεν ἐξ αρχῆς· γεννητον δε, ὅτε εκ παρθενου γεννηθῆναι ηθελησέ— απαθῆ και αθανατον· και παλιν αὖ παθητον και θνητον.
Ex urbe patria expulsus est.

c.

Beryllus, **episcopus Bostrensis, in Arabia, negabat filium** ιδιαν θεοτητα εχειν. **Eidem vero et divinitatem et personalitatem tribuendam esse censebat, ex quo déitatis numinis particula humanum corpus obsesserat. Hic in concilio Bostrensi 244 argumentis Origenis cessisse videtur.**

Sabellius, **Ptolomaide, urbe Pentapolis in Ægypto, presbyter 250-60, perennem personalitatem filio haud tribuens, docuit:** τον αὐτὸν θεὸν ἑνὰ ὑποκειμενῳ ὄντα, προς τας ἑκαστοτε παραπιπτουσας χρειας μεταμορφουμενον, νῦν μεν ὡς πατέρα, νυν δε ὡς ὑιον, νυν δε ὡς πνευμα ἁγιον διαλεγεσθαι. **Itaque patrem dixit eum, qui loquitur, filium vero verbum, in patre manens, et tempore creationis patefactum, completis vero rebus, in Deum remeans.—Dictum est systema hocce *modalisticum*, quod ponit,** τρεῖς ενεργειας εν μιᾳ ὑποστασει· **1)** το ειδος πασης της ὑποστασεως· **2)** το φωτιστικον· **3)** το θαλπον.
Sabellium adortus est Dionysius Alexander., sed parum circumspecte, ut ipse filium ποιημα **haberet, eumque fuisse** πριν γενηται, **negaret.**

Arabici.

Hoc nomine Augustinus primus indicavit pusillam aliquam in Arabia sectam, qui, haud dubie quod doctrina de resurrectione corporum, prave intellecta, ipsos corporis admiratione parum justa imbuisset, animum humanum ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνησκειν τοις σωμασι και διαφθειρεσθαι· αὖθις δε ποτε κατα τον της αναστασεως καιρον συν αυτοις αναβιώσεσθαι.
Origenes invitatus est, ut in synodo Arabica 248 cum iis disputaret. Neque hic sociis suis defuit, sed hæreticos illos erroris convicit.

Chiliastæ.

Chiliasmo jamdudum multi addicti fuerant v. c. Papias, Irenæus, Tertullianus, ante omnes vero Montanistæ. Sed quum hi haberentur hæretici, allegorica autem sacros libros interpretandi ratio, quæ litterali exegesi Chiliastarum ex diametro opposita fuit, satis divulgata fuisset: Chiliasmus per tempus aliquod desierat. Jam Nepos, episcopus Ægyptius, in libro suo ελεγχος Αλληγοριστων **litteralem s. s. interpretationem defendit; eaque studium et fidem Chiliasmi in clericis Ægypti longe plurimis refocillabat. Quo comperto, Dionysius Alexandrinus, concilio convocato, postquam per triduum cum Coracione, Chiliasta, disputavisset, effecit, ut hic, erroris convictus, dogmata sua ultro damnaret. Dionysius jam edidit librum suum** περι επαγγελιων, **quo Chiliasmum iterum redarguit. Quibus omnibus error Chiliasmi exstinctus est.**

V.

rel Origenis et Cypriani

—260.

B.

ut alii Diis sacrificassent, alii aliis modis lapsi fuissent, ceteris religio oriri potuit, an sibi liceret homines ejusmodi in philosophia Neoplatonica, quæ persecutiones quodam modo pepererat, etiam hoc nomine quodam modo rei coepti sunt, qva re non minus ludicris phantasiæ qvam arbitrio ac temeritati philosophandi via parata fuit. Atqui visa est. Praxeæ monarchianismus, cum refutatus non fuisset, imitatores habuit.

Turbæ origenisticæ.

Quandoquidem Origenes generi mortalium absolutam libertatem moralem vindicaret, ut, quæcunque esset ipsis sors et conditio vitæ, eam ex agendi ratione, qua usi fuerant, ultro fingi crederet, ei consentaneum erat ponere et præexistentiam animorum et æternam mundorum creatorum successionem, et fore aliquando, ut ipse Satanas, αντεξουσιος ων, in meliorem frugem rediret (μετανοησαι) et divinæ gratiæ consors fieret, mortales autem, de statu primæ beatitudinis moti, et in hunc mundum ab eam causam detrusi, quod in altero mundo libertate haud recte usi fuissent, per varios ordines enixi, perfectionem attingerent; quo facto, mundum, igne reliquas omnes sordes animorum auferente, deletum iri existimavit.

Sed quum idem Origines ea, qua per orbem chnum inclaruerat, fama et celebritate, incurrisset in invidiam Demetrii, episcopi Alexandrini, hic quidem Originem ob philosophemata ista, olim inaudita et a communi fide chnorum abhorrentia, excommunicavit. Quare Alexandria relicta, Cæsareæ sedem suam fixit. Neque excommunicationem illam assensu suo probaverant ecclesiæ Palæstinæ, Arabiæ, Achajæ &c. &c., ut munere presbyteri, ipsi jampridem collato, ad cineres usque fungeretur. Necessarium tamen duxit, occidentalis ecclesiæ antitistibus ut, (Fabiano Romano) heterodoxiæ ejus fama agitatis, orthodoxiam suam persuadere. Ac bene quidem tenendum est, Originem nunquam sua qualiacunque cum populo communicasse sed ea prosuliise "discutiens magis et pertractans, quam pro certo ac definito statuens". (ipsius verba.)

Schisma Felicissimi.

Qui in Deciana persecutione lapsi fuerant Christiani, eos, finita persecutione, delictorum poenituit. Itaque cum in ecclesiam et communionem coenæ sacræ recipi gestirent, et, a confessoribus commendati, ut reciperentur, jure aliquo postularent, Carthagine Cyprianus episcopus id primum interdixit, postea vero certa lege permitteret. Qua inconstantia cum neutri parti satis fecisset, privati quidam inimici ejus, presbyteri plerique, odium in eum concitare conabantur. Ante omnes vero Felicissimus, diaconus, cum Cyprianus qua tuum viros clericos Carthaginem ad ærarium ædium sacrarum "usitanaum" misisset, gravissimi discidii autor exstitit, magnum sibi sectatorum cohortem, absolutione quibuscunque lapsis temere data, comparans. Quod tamen schisma Cyprianus in synodo Africanaa 251 pæne compressit, Cornelio, episcopo Romæ, assensum ferente.

Schisma Novatiani.

Romæ Cornelius post martyrium Fabiani, quanqvam alii Novatianum eligerent, episcopus factus, lapsorum nemini pacem ecclesiæ interdixerat, sed ipsos sacrificatos in communionem ecclesiæ receperat. Quam lenitatem cum Novatianus non minus a veræ poenitentiæ natura quam ab ecclesiæ, quæ sancta esset, notione alienissimam haberet, e communione Cornelii eorumque, qui cum eo faciebant, episcoporum (Cypriani Cartagin., Dionysii Alexandrini) excessit, multosque secum consentientes habuit, tam in Oriente, ubi Montanistarum reliquiis placebat, quam in Occidente. Itaque licet contra eum habebantur concilia Carthagine 251 & 255, Romæ 255, tamen tantum abfuit, ut sententiam suam damnaret aut leniret, ut potius neminem omnino excommunicatum in ecclesiam recipi posse contenderet. Eandem severitatem synodus Illiberitana 305 sanxit his verbis: "placuit nec in fine (sub mortem) accipere." Omnino schisma hoc non ante dirimi poterat, quam notionem ecclesiæ visibilis et invisibilis discernere calluissent; quod vero discrimen neutra certantium pars adhuc tenebat.

Controversia de baptismate hæreticorum

provocavit schisma inter *ecclesiam romanam* (— cujus antistes Stephanus baptismum hominis hæretici, modo adhibita fuisset baptizandi formula, baptismus autem in nomine Christi institutus fuisset, ratum habens, omnes hæreticos, quum gradus poenitentiæ absoluissent, in ecclesiam recepit, fortasse etiam, ut discederet a Novatianis, qui chnos ad se transire gestientes „rebaptizare" solebant —) *et ecclesiam Afrorum* (— hæreticos antebaptizandos esse, quam in ecclesiam orthodoxam reciperentur, contendentium —) qvibus cum faciebant ecclesiæ Asiæ minoris, Cappadociæ, Ciliciæ et Galatiæ.

Initium controversiæ repetendum est ex binis synodis Carthag. 255 & 256, qvæ dubiis nonnullorum clericorum istam sententiam opponebant. Quam Stephanus Romanus ægerrime ferens, Cyprianum "Pseudochristum, Pseudoapostolum et dolosum operarium" nuncupavit. Sed Cyprianus par pari retulit, suorumque sententiam in nova synodo Carthag. 260 confirmavit. Neque Dionysio Alexandrino Stephanus placuit.

Defunctis utriusque sententiæ antesignanis, schisma ita tollebatur, ut decerneretur, nullum hæreticum rebaptizandum esse, qui in Patris Filii et Spiritus sancti nomine fuisset baptizatus.

VI.

Ævum discipulorum

260—

Cum prisca stirps regia Persarum anno 226 Persiam occupavisset, reges studio incensi sunt tam vetus
qui, a Magusæis traditus, sub imperio Arsacidarum communi assensu comprobatus fuerat. Jam cum ann. 274
losophiæ Zoroastri, neqve non Magusæorum inter se conciliandi; quæ nova religionum farago ex eo dicta est
defendebant. Interea vero Neoplatonici, qvorum autor Ammonius Saccas († 243), Plotino discipulo († 270),
eminebant Porphyrius et Hierocles. Ille, in Syria aut Phoenicia a. 233 natus, et per Plotinum et Longinum
qvantum infestus fuit; qvam tamen verbis tantum, sed satis callide offendit. Cum enim omnia, qvæ in ea sibi
religionem contexuit, divina oraculorum auctoritate confirmatam. Hierocles vero, sub Diocletiano Bithyniæ postea
ejusqve miraculis præstigias Apollonii Thyanensis anteposuit, sed ipsi Diocletiano persvasit, ut in chnos, qva-

Imperatores.	Fata christianorum,	Scriptores.
Gallienus .... † 268.	gentilibus jussit, ἀπό τῶν τόπων τῶν θρησκευσίμων αποχωρειν, et christianis permisit τα τῶν καλουμένων κοιμητήριων απολαμβάνειν χωρία. Ex quo religio christiana *licita* facta est, et quidem in Occidente 259, in Oriente 261, et licita permansit non solum sub	*Gregorius Thaumaturgus*, discipulus Origenis (a. 241); Neo-Cæsareæ in Ponto episcopus. 1. Epistola canonica. 2. paraphrasis ecclesiastes Salomonis. 3. ἐκθεσις της πιστεως (de trinitate). 4. Εις Οριγενην προσφωνητικος, και πανηγυρικος λόγος. († 270).
Claudio .... † 270,		
Aureliano .... † 275.	qui fertur inter edictos contra christianos promulgandum percussus fuisse; sed etiam dum	*Methodius*. Olympi et postea Tyri episcopus, Origenis adversarius. †. 1. Συμποσιον δεκα κορακιων, seu de castitate (i. e. coelibatu).
Cl. Tacitus († 276), *Aurelius Probus* († 282) &		
Carus († 281)	regnarent. Neque	
Diocletianus ...... cum	Maximiano, primis imperii annis christianos vexabant. Postea vero "maximi criminis esse" existimans, "retractare, quæ semel ab antiquis tractata et definita sunt", cum vellet "juxta leges veteres et publicam disciplinam Romanorum cuncta corrigere adversus christianos," qui, aiebat, "rempublicam evertebant", Cæsare Galerio, genero ejus, christianis infestissimo, malis artibus et calumniis ipsi persvadente, religionem christianam perniciocissimam esse, tandem a. 303 biblia sacra comburi jussit, et a. 304 omnibus christianis sacrificandi ("θυειν και σπενδειν") officium, ad quod servandum cogerentur, injunxit. Ex quo christiani, tanto furore et crudelitate vexati sunt, ut in inscriptionibus hujus ævi: "superstitio christiana ubiqve deleta fuisse" dicatur. Interea Constantius Chlorus, Galliæ et Hispaniæ Cæsar, chnis bene cupiens, lenius agebat.	2. Περι αυτεξουσιου (quod etiam alii scriptori tribuitur.) 3. Περι αναστασεως. 4. Περι των γενητων. 5. Commentarii in Gen. X. Cant. Cant. *Pamphilus*, disc. Orig., presbyter Cæsareæ Stratonis, ubi bibliothecam condidit, et scholæ theologicæ (διατριβη) autor fuit. † 309. Apologiam Origenis, V. librorum, in carcere scripsit. *Arnobius*, rhetor Siccensis in Numidia VII libros disputationum adversus gentes, in persecutione Diocletiana scriptos. *Lucianus*, presb. Antiochenus, lectiones LXX ad textum hebraici codicis emendabat; et de interpretatione N. T. bene merebatur. †. 311.
a. 305.	Diocl. et Maximianus munere se abdicarunt.	*Hesychius*, episc. Ægyptius: textum LXX recognovit. †. 311.

VI.

Origenis vel Manichæismi.

—306.

---

imperium quam veterem religionem Zoroastri integram restituendi. Itaque rejecerunt dualismum absolutum, Manes, seu Manichæus, Persa, christianam religionem cognovisset, periculum fecit, dogmata cum eius tum phi-
Manichaeismus. — Discipuli Origenis vel doctrinam magistri sinistre sequebantur, vel læsam illius famam pie hic autem Porphyrio (+ 304) sapientiam suam tradidit, religionem chnam aperte aggressi sunt, qvos inter Neoplatonismo instructus, cum summa pietatis esse duceret τιμαν το θειον κατα τα πατρια, religioni chnæ mirum repugnare aliqva specia videbantur, diligentius corrasit, tum in opere: περι της εκ λογιων φιλοσοφιας, suorum Alexandriæ præfectus, non solum in libro: λογοι φιλαληθεις περι τους χριστιανους multa de Christo mentitus est, draginta annorum securitate lætatos, igni ferroqve sæviret.

Monarchianismus.

Paulus, Samosatæ in Phrygia episcopus, idemque ad aulam Zenobiæ ducenarius procurator, docuit, eundem λογον θεου προφορικον, quo V. T. prophetæ imbuti fuerant, in Christo, ("ἐνοικῆσαι εν αυτῳ ὡς εν ουδενι αλλῳ") homine principium fuisse, quemadmodum ἐν ανθρωπου καρδιᾳ ο ἰδιος λογος; itaque filium μη ειναι ἐνυποστατον."

Contra eum habebantur synodi Antiochiæ, a. 266 & 269, quarum tamen decretis, non magis quam dialecticæ Malchionis presbyteri, aut autoritati Domni in locum eius suffecti, vel Dionysii Alexandrini audiens fuit. Quare res Aureliano arbitro commissa est; cui, damnationem eius confirmanti, tandem paruit.

Novatianismus

damnatus quidem fuerat, sed non sublatus; nam ista severitas ævo illi magnopere arridebat. Quid? quod lex quædam Constantini M. *"ecclesiæ Novatianorum domos"* **vindicabat.**

Qui in Phrygia erant, severitati disciplinæ ecclesiasticæ addebant summum morum rigorem, ut alterum matrimonium omnino vetarent. Ibi quoque Quatuordecimanorum placita amplectebantur.

Sed maxime in Hispania Novatianismus florebat, ut Synodus Illeberitana (a. 305) de peccatoribus gravioribus et lapsis decerneret, eos ne "in fine" (sub mortem) quidem accipere (in ecclesiam recipere).

Turbæ Origenisticæ.

Fama heterodoxiæ Origenis orbem chnum ita percrebuerat, ut stultissima quæque atque adeo a philosophia ipsius alienissima commenta ipsi vulgo tribuerentur. Ejusmodi calumnias novem (v. c. dixisse Origenem "Christum purum hominem fuisse", vel "eum duos Christos prædicare", vel negavisse eum "inferenda esse peccatoribus supplicia", vel humanas animas "in muta animalia, vel serpentes vel pecudes transmutari post mortem"—), Pamphilus redarguit.

Prodiit etiam doctus adversarius Origenis, Methodius ille Olympensis, qui ipsa philosophemata Origenis, ut successionem illam creationis docte refutavit.

Hierax,

seu Hieracas, Leontopoli in Ægypto degens, asceta, videtur Origenis sententias latius exornavisse. Docuit hic:

1. **vitam coelibem gravissimum esse hominis chni criterium, eamque 1 Cor. 7; Math. 25, 1; Hbr. 12, 14, commendatam fuisse.**
2. **nullam esse corporis resurrectionem.**
3. **pueros ante baptismum mortuos non esse plena felicitate fruituros, eos autem statum aliquem intermedium manere.**

Manichæismus

duobus comprehenditur principiis: dualismo absoluto et pantheismo, h. e. duo sunt numina, æterna illa et inde ab æterno diversissima, quæ in suo quodque mundo ut modificationes suimetipsius vim suam exserunt. Hinc

1. **duo mundi sunt;**
2. **duæ in homine quovis animæ;**
3. **corpus hominum ac V. T. a malo numine profecta sunt;**
4. **utramque igitur vilipendendum.**
5. **Nulla esse potest animi libertas, nam omnia honesta haud secus ac inhonesta a suo quævis numine efficiuntur.**
5. **Christus, cui sol et luna sedes sunt, cum Spiritu, qui in æthere versatur, regnum lucis contra vim mali principii ac dæmonum vindicabit.**

Manes suis, quos vel electos (ϑελειους) vel auditores esse volebat, ascesin rigidissimam, (— signaculum oris, manus et sinus —), imperavit.

Ipse Manes, in cuius fatis tradendis orientales et occidentales scrp. dissentiunt, jussu regis Persiæ in vinculo conjectus, gladio percussus est. a a. 275.

VII.
Religio christiana, et

propagabatur

initio per apostolos eorumque discipulos; sed quot ei populos, qvasue potissimum gentes ad Christum converterint, dictu est eo difficilius, qvo plura de ea re antiqvi finxerint. Itaque nulla prorsus fide digna est traditio: *Germanos* per Maternum, Eucharium et Valerianum, triumviros legatos apostolorum [1]), *Gallos* per Dionysium Areopagitam (Act. 17, 34), Trophimum (Act. 20, 4) et Sergium Paulum (Act. 13, 7) [2]), *Britannos* per Simonem Zeloten et Josephum Arimathensem, *Hispanos* per Jacobum majorem, *Russos* per Andream conversos fuisse; majore forsan traditio: Paulum usque ad Hispaniam (Rom. 15, 24. Clem. Rom. ep. I. v. 5. τερμα δυσεως), religionem docuisse.

Sed verissimum esse videtur, qvod tradunt antiqvi: *Marcum* Evangelistam condidisse ecclesiam Alexandrinam, *Andream* in Scythia, *Bartholomæum* in India, *Thomam* in Parthia, *Philippum* Hierapoli in Phrygia, *Johannem* in Asia minore docuisse.

Post obitum virorum apostolicorum tam per discupulos horum, (— ut Pothinum, a Polycarpo Lugdunum et Viennam missum —), et alios viros doctos, (— ut Pantænum, ad Indiam profectum —), atqve ipsos missionarios (— ut Decii tempore *Gatianum*, Turonicis episcopum datum, *Trophimum* Arelatensibus, *Paulum* Narbonæ, *Saturninum* Tolosæ, *Dionysium* Parisiacis, *Stremonium* Arvernis (Clermont), *Martialim* Lemovicinis (Limoges), cujus rei testis est Gregorius Turonensis, seculi sexti scriptor, qvam per legiones Romanorum, huc illuc iter facientes, religio ad exteras gentes (— ut in Britanniam —) delata est. — Igitur definiri neqvit, qvo qvævis regio tempore christianam religionem didicerit; id tantum certum esse scimis: religionem chnam e Palæstina satis mature in Syriam, Asiam minorem, Græciam et Italiam delatam fuisse; eandemqve viguisse inter Medos, Persas, Parthos et Bactrios ante ætatem Bardesanis Edesseni (a. 160), in Arabia autem tempore Origenis, huc ad religionem tradendam et contra Beryllum tuendam arcessiti [3]); in Ægypto inferiore jam ævo apostolorum; in Africa proconsulari sub finem seculi IIdi; in Provincia Galliæ medio seculo IIdo; in reliqva parte Galliæ non ante Decium imperatorem.

[1]) Triumviri illi non ante finem seculi IIItii Germaniam adierunt.

[2]) Nominum similitudine decepti, qvos Decii tempore Galliam visebant, ad ævum apostolicum retulerunt.

[3]) De India non licet indubitatum qvid proferre siqvidem India nunc de Parthia, nunc de Æthiopia, nunc de ipsa India intelligi soleat.

dirigebatur per clericos,

qvorum ab initio duo genera erant:

a) πρεσβυτεροι, etiam επισκοποι dicti (cf. Act. 20, 17, 18. Tit. 1, 5, 7. 1 Tim. 3, 1—8.).
b) διακονοι (Act. 6, 1), ministri presbyterorum.
Post tempus aliqvod
a) επισκοπος presbyteris præficiebatur ad exemplum pontificis maximi Judæorum, hæresibus id simul svadentibus.
b) χωρεπισκοποι deligebantur, qvi ecclesiis, ex urbe ruri conditis, præessent.
c) πρεσβυτηρ.
d) διακονος.

At hierarchia in dies magis exornabatur, ut clerici sub finem seculi IIItii singularem statum efficerent, divisi in:

I. Ordines majores.

a) *patriarcha* salutabatur episcopus Romanus, Alexandrinus et Antiochenus.
b) *metropolitæ* orti sunt, qvum concilia cogerentur (circ. ann. 170). Jam suæ qvisqve provinciæ (επαρχια) præerat, ceterarumqve coetuum consociationi consulebat missis ad eos epistolis formatis (γράμματα τετυπωμενα), qvæ erant:
a) communicatoriæ;
b) commendatoriæ;
c) pacificæ;
d) dimissoriæ;
e) encyclicæ s. circulares;
f) synodicæ;
g) tractoriæ);
c) *episcopi* (præpositi, papæ dicti), qvorum jura fuerunt:
a) ordinare presbyteros et diaconos;
b) inqvirere in mores cleri;
c) peculium et bona ædium distribuere;
d) epistolas formatas ad alias ecclesias mittere.
d) *chorepiscopi*.
e) *presbyteri*.
f) *diaconi*.

II. Ordines minores.

g) *subdiaconi*.
h) *acoluthi*.
i) *exorcistæ*.
k) *anagnostæ s. lectores*.
l) *janitores s. ostiarii*.

VII.

cultus cum ea junctus.

celebrabatur

a) ubi?

1. *in domibus privatis:*
vide Rom. 16, 4; 1 Cor. 16, 19; Coloss. 4, 15.
2. *super sepulchris martyrum,*
("dormitoriis," „κοιμητηριοις").
3. *in ædibus sacris,*
et qvidem post tempora Gallieni imperatoris, quum per XL annos omnia pacata essent, in templis (οικοις εκκλησιας, s. εκκλησιαις, s. κυριακοις), magnifice exstructis, sed nullis picturis ornatis.

b) qvoties?

1. *in qvavis septimana:*
initio: semel qvovis die (vide Act. 2, 46.) etiam qvovis mane et vespere (vide epist. Plinii ad Trajanum);
postea die solis (Act. 20, 7. Apocalyps: 1, 10. Justin. Martyr).
Die Mercurii et Veneris, (diebus stationum) jejunium agebant.
2. *in festis annuis;*
qvorum initio duo erant: festum paschatis et festum pentecostes, qvod per 50 integros dies extendebatur. Posthac non nisi dies qvinqvagesimus, et, qvi interjaciebat, dies reditus Christi in patrem festivo cultu habebantur. Itaqve tria festa annua celebrabantur:
α) festum paschatis,
β) festum ascensionis Christi in coelum,
γ) festum pentecostes.

Dubitatur, num qvoqve festum natalium Christi et festum epiphaniæ Christi ante a. 300 celebrata fuerint.

c) qva ratione?

1. *publice:*
α) *carmina* decantabantur;
β) *pericopæ* scriptorum, tam Veteris et Novi Testamenti, qvam patrum ecclesiæ, prælegebantur;
γ) *concio* dehine habebatur;
δ) *preces* christiani in festis annuis stantes, in solitis conventibus humi prostrati, fundebant;
ε) *osculo pacis* se fratres salutabant:
τ) *sacramentum,*
vel *baptismi,*
vel *coenæ sacræ* (qvacum initio αγαπαι junctæ erant), celebrabatur.
2. *privatim:*
Homines christiani, pro suo qvisqve arbitrio et pectoris desiderio, *jejunium* agebant. Sed nonnullas tamen dies solenni jejunio consecrati erant, ut XL dies paschati præcedentes ("qvadragesima"). Cujusqve septimanæ die qvarto et qvinto jejunabant ad horam pomeridianam tertiam.

N o t a:

Ad cæremonias sacras etiam pertinet, quod corpora mortuorum hominum, studiosius pollinctum, sepeliebant, nunqvam vero igne comburebant, et matrimonium ineundum [1]), variis cæremoniis usi, publici juris faciebant.

[1]) Observes, legibus vetitum fuisse:
ne matrimonium iniretur inter chnos et gentiles vel Judæos;
ne clerici bis uxores ducerent.

patebat

a) *hominibus chnis;*
b) *catechumenis* qvorum tres classes erant:
1. ακρόωμενοι, qvibus licuit prælectioni et concioni interesse:
2. γονυκλινουτες, qvi precibus qvoque intererant:
3. βαπτιζομενοι.

c) *excommunicatis,* postqvam gradus poenitentiæ:
1. προσκλαυσιν·
2. ακροασιν·
3. ὑποπτώσιν·
4. συστασιν
absolvissent, delicta sua publice confessi fuissent, et poenarum ecclesiasticarum fuissent absoluti; qvæ fuit disciplinæ ecclesiasticæ ratio.
d) *lapsis,* si eos delictorum poeniteret (vid. tamen p. 18 de schismate Novatiani). Eorum varia genera erant:
1. thurificati;
2. sacrificati;
2. libellatici;
4. acta facientes;
5. traditores (in persecutione Diocletiani).

augebatur

vita ascetica.

Ascesis qvædam, rigorem dico morum, tam inter Judæos qvam gentiles, jampridem viguerat; qvam igitur gravitate ethices chnæ commendari multi existimantes, præceptis Christi rigidiorem severitatem annectebant; et eam ob rem in summo honore habebantur. Qvo factum est, ut hominibus longe plurimis sola hæc vivendi ratio placeret. — Qvanqvam vero freqvens esset hæc opinio, haud tamen potiori parti chnorum placuit rigor neqve Encratitarum neqve Montanistarum; et seculo tertio Clemens Alexandrinus eundem gravissimis verbis oppugnavit. Nonnulli tamen semper fuerunt, qvi ascesi ista mirifice delectabantur; et in Deciana persecutione, quum qvidam horum deserta petiissent, summa abstinentia et extrema severitate morum sibi placere studebant. Dicebantur ερημιται, μοναχοι, ex iisqve postero tempore exstitit vita monastica (vid. pag. 33).

Ex iis, qvæ de *cleri* ordinibus, multiplicatis et variis, tam muneribus, qvam juribus instructis, neqve non dignitate inter se distinctis, paucis perstrinximus, ultro patet, plane aliam ecclesiæ Christi rationem per decursum temporum invaluise, qvam qvæ, in Novo Testamento descripta, primis ecclesiæ temporibus viguerat. Cujus rei causam qvi solam dominandi libidinem episcoporum fuisse arguunt, parum juste judicant. Namqve fieri non potuit, ut, qvæ a Paulo commendata fuit communis docendi potestas, ea, exstincto primævæ ecclesiæ enthusiasmo, et præclusa copia των χαρισματων, integra etiamnum maneret. Neqve homines, de religione providi, æqvis animis pati potuerunt, ut immodica illa, de religione Christi pro suo ingenio censendi disserendiqve, licentia nullis non modis a fide piorum hominum turbanda prohiberetur. Qvo factum est, ut homines christiani episcopos suos, episcopi vero antistites ecclesiarum, ab apostolis conditarum, consulerent, vel concilia cogerent, et, qvæ in his decreta fuissent, datis litteris, cum reliqvis communicarent. Verum his omnibus accidit, ut clericis plura tribuerentur munera, propria concederentur jura, alter vero eorum alteri dignitate cederet. Neque opus est dicere, ecclesiæ antistites unitatem fidei in externam fidem habentium consociationem consulto mutavisse. Qvis enim nescit, mortale genus hominum sæpenumero medium vel effectum rei cum ipsa re commutare? Qvid? qvod sine ulla culpa fieri potuit, ut, qvod religio chna ex Mosaica illa enucleata fuisset, Mosis de rebus sacris instituta retinenda esse censerent, itaqve diacono Levitarum, presbytero sacerdotum, episcopo pontificis maximi jura vindicarent.

Qvod ad *patriarcham Romanum* attinet, summa qvi demubivis gentium dignitate eminuit. Fuerunt etiam e patriarchis, qvi nimio fastu et arrogantia utebantur (Victor, Stephanus); at dictis eorum alieni episcopi audientes non erant. Sed quum neqve studia omnium portificum Romanorum averent, neqve rationes politicæ illorum temporum sinerent, ut hierarchiæ ecclesiaticæ primas capesserent; oleum et operam suam perdet, qvi historiam concinnat primatus pontificis Romani per hæc tempora affectati, et artibus singulorum pontificum confecti. Consulto igitur omittimus historiam singulorum Romanæ sedis episcoporum enarrare; maluimus autem singulos recensere, ne qvis dubitet, qvo qviqve tempore degerit.

patriarchæ Romani,

I. 64—117.

Linus, episcopus Judæo-christanorum,
dum Clemens præest ecclesiæ ethnico-christianorum.
Anacletus et Clemens.
Clemens totius ecclesiæ Romanæ antistes 92—102.
Euaristus.
Alexander I.

II. 117—138.

Sixtus I.
Telephorus.

III. 138—180.

Hyginus.
Pius I.
Anicetus (vid. pag. 7).
Soter.

patriarchæ Romani,

IV. 180—220.

Eleutherius	†	193.
Victor I. (vid. pag. 7)	†	202.
Zephyrinus	†	218.

V. 220—260.

Calixtus I.	†	225.
Urbanus I.	†	231.
Pontianus	†	239.
Anterus	†	240.
Fabianus (vid pag. 11 & 12)	†	251.
Cornelius (vid. pag. 11 & 13)	†	254.
Lucius I. (vid. pag. 13)	†	255.
Stephanus I. (vid. pag. 11 & 13)	†	259.
Sixtus II. (vid. pag. 11)	†	260.

VI. 260—306.

Dionysius I. (vid. pag. 15)	†	270.
Felix I.	†	275.
Eutychianus	†	277.
Cajus	†	293.
Marcellinus	†	306.

PERIODUS SECUNDA.

306—604.

PERIODUS
306—

I.
Initia imperii Con-
306—

Quæ per tria priora secula passim agitata fuerant dogmata ac sententiæ, horum controversiæ, institutis nititur, indagatus, et argumentis idoneis refutatus fuerit. — De nonnullis tamen inter chnos nondum convene- plinæ ecclesiasticæ gravitas, neque controversia Stephanum inter et Cyprianum, qvo modo fide ejus, qui bap- que supremi relatione hypothesibus prolatis, singularis quædam omnibus probata fuerat; contra neque Orige- habentis, sententia æqualibus probata fuerat. — Quæ quum ita essent, consentaneum est, doctos viros de his ex politicis, qvas illi seqvebantur, rationibus, unice pendebat.

Imperatores et fata Christianorum.

Gallerius jam in Oriente, maxime in Palæstina et Ægypto, per 5 annos 305—310, interjectis quidem parvis pacis intervallis, chnos crudelissime vexaverat. Subito vero a. 311 inexspectato edicto iis permittit: "ut denuo sint christiani, et conventicula sua componant," ea tantum lege: "ut ne quid contra disciplinam (i. e. leges civitatis) agant." — Sed, eo brevi post mortuo, a. 311 *Maximinus* Ægypti, Syriæ et Asiæ minoris imperator factus est; qui, admiratione gentilium religionum captus, quanquam novis edictis nullis christianis supplicia imposuit, tamen quum animi plebis odiis arderent in chnos, passus est celeberrimos quosque chnos martyrium subire. (Victoria, Hilarianus, Pamphilus Cæsariensis et Torphyrius, servus ejus, Vincentius, Hesychius (†. 310), Petrus, ep. Alex. (†. 311), Lucianus Antiochenus (†. 312)).

In Occidente *Maxentius* et *Maximianus*, Cæsares Italiæ et Africæ, ut chnorum fide contra hostes suos uterentur, persecutionem continuari interdixerunt. In utraque Gallia et Britannia Constantinus Chlorus, Cæsar ille æquissimus, jam a. 306 diem supremum obierat. Sed *Constantinus*, filius, licet nondum chnæ religioni addictus "nil egit prius, quam chnos cultui ac deo suo reddere" (Euseb.). A. 312 arma cum Licino junxit, atque superato, ut dici solet, ope "labari" Maxentio, cum Licino post prævia nonnulla edicta A. 313 decrevit "et chnis et omnibus liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset," et quidem "citra ullam inqvietudinem ac molestiam sui;" cui edicto ipse Maximinus assensus est. Hic autem in bello, cum Licino brevi post orto, Tharsi mortuus est a. 313. Sed eodem anno bellum oriebatur inter Licinum et Constantinum M., quod anno 314 foedere ita dirimebatur, ut tamen post novem annos repetitum sit. Per hoc tempus Constantinus tanta usus fuerat, non minus in gentiles, quam in chnos, æquitate, ut utrosque sibi bene cupientes haberet; Licinus contra chnos indies magis ludibrio et contemtui habuit; itaque, bello isto a. 324 orto, chni omnes Constantini, gentiles non ita pauci Licini castra sequebantur. Jam Constantinus, postqvam eodem anno Licinum superavisset et injuste trucidavisset, ut datis litteris omnibus persvadere studuit, se ope "dei omnipotentis vicisse," ita clero chno jura tribuit gravissima reditusque amplissimos, et numerum chnorum quovis medio — pecuniis datis, intercessionibus promissis, et al. — adauctum voluit. —

Schisma Meletianum.

Meletius, Lycopoli in Thebaide metropolita, qui in Diocletiana persecutione, dum Petrus patriarcha, postea martyr, aufugisset, confessoris laude florebat, omnes lapsos ægerrimo animo ferens, quum decreta ista concilii Illiberitani (pag. 15) cognovisset, absentia patriarchæ ita impotenter usus est, ut, quos vellet, clericos vel ordinaret, vel excommunicaret. — Quo comperto, Petrus ille, qui absens in epistola, ad clerum suum data, disciplinæ rationem, pro varietate peccatorum variam magna cum prudentia instituerat, novis litteris clero suo jussit omnem Meletii communionem vitare. Propterea schisma in Ægypto exstitit, quod neque martyrio Petri, patriarchæ, compositum est, neque æquissimis concilii Nicæni decretis (— Meletium, quæ ejus erat dominatio impotens, munere suo removendum esse; quos vero ille muneribus ecclesiaticis præfecerat, iis munera optimo jure tenenda esse —) prorsus sublatum. —

SECUNDA.
–604.

I.
-stantini magni
–325.

disputationibus, maximam partem sublatæ fuerant. Neque ulla controversia prius cessabit, quam error, quo
rat. Neque enim occidentales schisma vel Novatiani vel Felicissimi docuerat, quæ esse debeat justa disci-
tizatur, quive baptizat, basitismi vis determinetur. Neque in Oriente, multis licet de mutua Christi Numinis-
nis sententia, qua Beryllum redarguerat — Christum a patre genitum esse—, neque Dionysii, Christum κτισμα
ipsis rebus disputavisse. — Conditio autem christianorum, qvod plures Cæsares orbi Romano præfecti erant,

Schisma Donatisticum.

In persecutione Diocletiani alii præcipites mortem oppetebant; alii libros sacros comburendos leviter tradebant; alii vero, inter quos Mensurius, episcopus Carthaginiensis, et Cæcilianus, diaconus, mediam viam sobrie ingrediebantur, quam ob causam neutri factioni, extremam aut nequitiam aut levitatem secutæ, probari poterant. Igitur quum, Mensurio brevi post finitam persecutionem Diocletianam a. 311 mortuo, Cæcilianus ille a suis maturius episcopus electus, et a Felice Aptungitano consecratus fuisset: episcopi Numidici, quibus præfuit Secundus quidam Tigisanus, jampridem Mensurio et Cæciliano infestissimus, Carthaginem profecti, quum non ita paucos clericos Carthagenienses (v. c. Bothrum et Celesium, Cæciliano invidentes), socios deprehendissent, neque non pecuniis Lucillæ, mulieris, a Cæciliano propter superstitionem ossium, quæ secum ferebat, olim reprehensæ, non nihil allecti, & detrectabant Cæcilianum, a traditore, ut ferebant, consecratum, episcopum salutare, & Majorinum, virum, Lucillæ carum, episcopum designabant. Propterea schisma exstitit, eo difficilius tollendum, quo ægrius Felix ille neglectæ fidei suspicionem redarguere posset. — Tamen Constantinus Imperator quater fecit periculum schisma hoc tollendi. Primo enim Donatus, Casarum nigrarum episcopus, coram Melchiade Romano, Cæciliani accusator comparere jussus est; quo facto, Romana synodus a. 313 Cæcilianum omnium criminum absolvit, ipsum vero Donatum multorum delictorum reum pronuntiavit. Deinde Charthagine in lapsum Felicis inquirebatur, isque crimine isto prorsus liberatus est. Tum nova synodus Arelatensis neque Felicem reum judicabat, et vim sacramentorum — non minus baptismi quam ordinationis — a subjectiva ejus, per quem administratum sit, ratione pendere negabat. Tandem ipse Constantinus, Mediolani causam utriusque factionis cognovit; jamque, probata causa Cæciliani, severas in Donatistas, (ut ex Donato, ab a. 315 successore Majorini, dicebantur), leges tulit; ex quibus per Ursacium, hominem crudelem et immitem a. 315—16 in eos animadvertebat. Sed a. 317 omnem vexationem interdixit et a. 321 Donatistis pro arbitrio suo "libertatem agendi" tribuit.

Arianismus.

Arius, presbyter Alexandrinus, Dionysii Alex. de λογῳ sententiam amplexus, docuit:

1. οὐχ αει ἦν ὁ ὑιος·
2. οὐχ ην προ του γεννηθηναι· ουδε γαρ εστι αΐδιος, ἢ συναΐδιος·
3. οὐχ ἔστιν ἐκ του πατρος, αλλ' εξ οὐκ ὄντων υπεστη και αὐτός·
4. οὐχ ἔστιν ἴδιος της του πατρος οὐσιας·
5. οὐχ ἔστιν αληθινος ὁ θεος, ὁ χριστος· οὐδε μερος ἀυτου ὁμοουσιον·
6. κτισμα εστι και ποιημα·
7. θελήματι τοῦ θεοῦ πρό χρὸνων και προ αἰώνων κτισθεις·
8. οὐχ εστιν ατρεπτος, ὡς ὁ πατηρ· αλλα τρεπτος εστι φυσει, ὡς τα κτισματα.

qua ille hypothesi errores et Valentini, et Manis, et Sabellii, et Hieracæ vitare se posse arbitrabatur. — Contra *Alexander*, episcopus, Christum θεῳ ὁμοουσίον, neque creatum sed genitum, et quidem interna patris necessitate genitum esse contendit. — Arium, cedere nolentem, excommunicavit; hic vero in Bithyniam profectus, quum multos et in Syria et in Asia minori amicos sibi conciliasset, in synodo Bithyniæ orthodoxus pronuntiatus est. Jam vero imperator, postquam duumviros istos, de re, ut ipsi videbatur, prorsus inutili litigantes, inter se conciliare frustra conatus fuisset, concilium Nicænum, *primum oecumenicum*, a. 325 cogi jussit; in quo, præsentibus 318 episcopis, quum Athanasius, diaconus Alex., pro sententia Alexandri dixisset, Arius cum Eusebio Nicomedensi, Mari Chalcedonensi et Theogni Nicæno a communione ecclesiæ catholicæ removebantur, et symbolum exarabatur, in quo Christus dicebatur γεννηθεις εκ του πατρος s. εκ της ουσιας του πατρος, θεος εκ θεου· ὁμοουσιος τῳ πατρι.

B.

Jam totus orbis Romanus unius viri imperio subjectus fuit, eidemqve chnæ religionis fautori, unde lætis-
visis, Christi religio haud potuit placere: maxime qvod, qvo tempore gentiles florebant philosophi et rhetores
stius († 390), Libanius († 395), eo nulli nec philosophi nec rhetores christiani eminuerunt; qvare noli mi-
Qvam homines chni inierant viam, qvæstiones philosophicas non argumentorum vi dirimendi, sed civilis imperii
lis Ariana, sed qvoqve *schisma Donatisticum*, per longum seriem annorum continuabantur. *Manichæismus*

Imperatores.	Fata Christianorum.
Constantinus Magnus . . . ., † 337.	qvanqvam nec ipse plane desineret "τοις πατριος ιερος χρησθαι" (Zozimus), et baptismum non ante instantem mortem suam subiret, tamen plurimis modis chnis per totam vitam suam favebat. Idem vero gentiles æqvissimo jure habuit, neqve ante annum 336 sacrificia eorum interdixit.
Constantinus, *Constans* et *Constantius*. † 361.	Cæso Constantino, filio Ct. Magni, a. 340, Constantius, Orientis imperator, augures veritus, severe in gentiles animadvertebat. Nam a. 341 lege aliqva jussit: "cesset supertitio, sacrificiorum aboletur insania," et a. 346 "placuit omnibus locis atqve urbibus universis claudi protinus templa." Qva tamen severitate tantum abfuit, ut religio gentilium aboleretur, ut ei potius novo animo ac studio sacra sua amplecterentur.
Julianus . . . ., † 363.	qvi, a puero chnus, jampridem animo gentilis fuerat, (qvam animi mutationem plures eæqve gravissimæ causæ effecerant, in qvibus consvetudo Neoplatonicorum, summorumqve virorum, ut Sallustii, Maximi, Aedesii, Crysanthii (Libanii?), non est levissima dicenda), ut primum totum imperium Romanum obtinuit, summam dabat operam, ut sacris gentilibus pristinum splendorem redderet, et chnæ religionis novitati omnem detraheret dignitatem. Qvo animo ductus, non solum multus erat in sacris istis, qvæ mythice intellecta volebat, laudibus in coelum efferendis, et sacris indefesso studio ipse intererat, neqve non "cæremoniarum ritus immodice cum impensarum amplitudine, antehac inusitata et gravi, augebat," sed etiam novis utebatur institutis, plerisqve qvidem a societate chna mutuis acceptis, et artibus, callidissimis qvidem, sed parum honestis (— v. c. qvod chnos jussit diruta templa gentilium e sua re familiari exstruere, iisdemqve interdixit classicos scriptores græcos et latinos publice interpretari; vel qvod, pecuniis inter pauperes chnos distributis, eos ad religionem suam deserendam allexit —). Itaqve clandestine qvidem et furtim, nunqvam vero aperte chnos adortus est. Illuc referas, eum diversissimæ fidei clericos, sub Constantio exsulatos, in patriam sum revocasse, sperantem, fore ut, qvum alter eorum alteri invideret et insidias strueret, ipsa religio Christi collaberetur, neqve puduisse eum viros laicos contra episcopos concitare, cujus rei exemplum est memoria Titi Bostrensis. Si vero plebs gentilis homines qvosdam chnos (— ut Gregorium Alex., Marcum Arethusanum —) contumeliis et cruciatibus affecisset, nulla iis supplicia indixit.
Jovianus . . . . († 364)	inter Julianum et Constantium mediam viam ingressus, et gentilium religiones æqvissime ferebat, et chnæ, cui ipse addictus erat, bene cupiebat.
Valentinianus I. . . . († 375) *Valens* . . . . († 378)	eodem consilio ductus "unicuiqve, qvod animo imbibisset, colendi liberam facultatem permisit. Contra Orientis imperator, gentiles iniqvius tractavit.
Gratianus . . . .,	ab omni gentilium religione graviter abhorrens, non solum aram Victoriæ e senatu tollebat, sed etiam a. 382 plures leges ferebat, qvibus collegia sacerdotum et ipsas virgines Vestales juribus suis, templa autem patrimoniis ipsorum privabat. Sed tantum abfuit, ut vi et armis in gentiles animadverteret, ut eos numina sua colendi libertate neqvaqvam orbaret.

II.

Arianismi

–381.

A.

dum, scepticismnm fidei eo usqve processisse, ut, Sabellianismo maximam partem probato, ipsam *personalitatem*
non minus spiritui sancto qvam filio nos adstringit, consentaneum est, etiam *de mutua patrem inter et spi-*
nisset, filium perfectum Deum esse, horum religionem ea lædere potuerunt, qvæ de Filio, humana natura
systema. Sed dum his Ariana animos hominum ad studium metaphysices converteret, *vitæ asceticæ* cultores
diderunt.

Personalitatem Logi

negavisse feruntur *Marcellus* Ancyrensis et *Photinus Sirmensis*. Prior horum Nicææ fuit strenuus sententiæ Alexandri defensor. Qvæ vero in verbis epistolæ Alexandri inesse videntur Sabellianismi vestigia, ab Ario silentio non prætermissa, ea Marcellus in opere suo "de subjectione Domini," cujus fragmentum superest, pressius seqvebatur: Logon sapientiam divinam nuncupans, neqve ante incarnationem nomine filii dei dignum. Hic gravissimum adversarium habuit Eusebium Cæsariensem, cui cedens, inconcilio Hieros. a. 335 erravisse se confessus est. Sed brevi post ipse munere suo orbatus est. Qvare ad Occidentem profugus, Sardicæ qvidem heterodoxiæ absolutus est, sed Sirmii a. 351 ab Eusebianis iterum damnatus est.

Photinus, hujus viri discipulus, episcopus Sirmiensis, eandem doctrinam fusius exornaverat; sed. cum Antiochiæ ab Eusebianis, tum Mediolani a. 346 a Catholicis damnabatur. Qva eius damnatione, in ternis synodis Sirmiensibus repetita, ipse munere suo depulsus est. Sed sententiæ ejus patroni ad ævum usqve Theodotii vigebant, qva de causa hic in symbolo Constant. a. 381 ambigue symboli Nicæni verbo γεννηθεις addidit προ παντων των αιωνων, et verba: ου της βασιλειας ουκ εστι τελος, contrariæ sententiæ Marcelli opposuit.

Humanitatem Logi

negavit Apollinaris, lector Antiochenus, filius presbyteri eiusdem nominis, nterqve sub Juliano; Christianis omnem literaturæ Græcæ aditum præcludente, de litteris bene meritus, qvum eo tempore essent qvi notionem ὁμοουσιος ad ipsum corpus Christi referrent, tam ut dogma Athanasi tueretur, qvam ut idem cum iis conciliaret, qvæ in N. T. toties de Christo vero homine dicta sunt: systema excogitavit, multas non vero omnes dificultates tollens. Qvippe posuit Christum corpore (σωματι), eodemque animato (ψυχη) instructum, loco νοος seu πνευματος, id est rationis humanæ, τον λογον tenuisse. Qvod eius systema damnatum est, ipse autem ex ecclesia pulsus.

Divinitatem Spiritus sancti

negavit *Macedonius*, vir moribus parum honestis.

Eusebio Nicomedensi, qvem Constantius patriarcham Constantinopolitanum fecerat, defuncto, Macedonius ab Eusebianis, annuente Constantio, ecclesiæ Constantinopolitanæ præfectus est; qvod munus contra Athanasianos cædibus malisqve artibus tuebatur; donec a. 347 minis Constantis removebatur. Idem vero a. 355, a Constantio patriarchatui suo redditus est; huncqve inter turbas nonnullas tenebat ad a. 360, qvo anno, Acacio auctore, iterum exsulatus est.

Ab hoc tempore palam docuit, spiritum sanctum κτισμα esse; multosqve secum facientes (— *Pneumatomachos* vulgo nominatos —), habuit.

Qva re commoti Eustathius Sebastenus, Basilius M. et uterqve Gregorius hanc sententiam gravissimis verbis oppugnarunt. Ac placuit concilio Constantinopolitano (a. 381) sancire: "spiritum sanctum esse dominum, et vivificantem, qvi e patre procedit, qvi cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qvi locutus est per prophetas."

Schismata, ex lite Ariana orta.

a) Meletianum.

Postqvam a. 328 Eustathius a cathedra Antiochena motus fuisset, *Eusebiani* per XXX. annos Antiochiæ episcopos præficiebant (1. Eulalium († 331); 2. Euphronium († 333); Flacillam († 345); Stephanium (a. 348 pulsum); Leontium († 357); Eudoxium) *catholici* vero neminem præter Eustathium patriarcham agnoscebant.

Jam vero a. 360, Eudoxius, auctore Acacio, cathedræ Constantinopolitanæ præficiebatur, Meletius autem Antiochiæ patriarcha præpositus; qvi vero contra opinionem Acacii cum catholicis faciebat. Qva re divulgata, Meletius post XXX. dies loco suo pulsus est, et Euzoius, strenuus Arianismi patronus, in ejus locum suffectus. Itaqve sub Juliano *alii* Eustathium, adhuc superstitem, episcopum esse malebant, *alii* Meletium, qvod Nicænam formulam tuebatur, patriarcham salutabant, *alii* deniqve Euzoium, Arianum, præsulis titulo ornabant.

In mediis his turbis Lucifer Calaritanus Paulinum patriarcham elegit, qvem occidentales tantum non omnes patriarcham agnoscebant.

Meletius, a Valente imperatore a. 370 exsulatus, post mortem ejus rediit.

Neqve schisma hoc morte Meletii a. 381 finitum est.

b) Luciferianum.

Lucifer, episc. Calaritanus, non solum sub Constantio Arianos strenue adortus est, sed etiam sub Juliano, qnum Athanasius animos Arianorum vellet reconciliare, et scriptis, (v. c. "de non conveniendo cum hæreticis;" "de non parcendo in Deum delinqventibus"), prohibere studuit, ne qvis lapsos hæreticos in ecclesiam reciperet, et re e communione ecclesiæ catholicæ excessit. Multos ille in Sardinia, Italia, Hispania et Africa sectatores habuit, sed hi a plerisqve male audiebant.

Sectæ asceticæ.

1. *Eustathiani.*

Eustathius Sebastenus non solum clericis nuptias interdixit, sed etiam conjugibus divortia svasit, et matrimonium nemini licitum voluit. Idem suis, qvos in Paphlagonia et Ponto multos habebat, vini carnisqve usum prohibuit; et jejunium præter modum commendavit. — Sed synodus Gangrensis a. 306 tantam abstinentiam improbavit.

2. *Euchetæ,*

etiam *Messaliani* dicti, tantam precibus tribuebant vim atqve pretium, ut ab omni opificio omniqve cultu externo abstinerent, solis precibus vacantes.

3. *Audiani.*

Audæus, Syrus, magis corruptis moribus cleri, qvam vitæ monasticæ principiis commotus fuisse videtur, ut rigidiorem morum disciplinam traderet. Ceterum ei vitio datum est, qvod Deo formam humanam tribueret, ex qvo sectatores ejis Antropomorphitæ nominati sunt.

B.

Jam totus orbis Romanus unius viri imperio subjectus fuit, eidemqve chnæ religionis fautori, unde lætis-
visis, Christi religio haud potuit placere: maxime qvod, qvo tempore gentiles florebant philosophi et rhetores
stius († 390), Libanius († 395), eo nulli nec philosophi nec rhetores christiani eminuerunt; qvare noli mi-
Qvam homines chni inierant viam, qvæstiones philosophicas non argumentorum vi dirimendi, sed civilis imperii
lis Ariana, sed qvoqve *schisma Donatisticum*, per longum seriem annorum continuabantur. *Manichæismus*

Imperatores.	Fata Christianorum.
Constantinus Magnus . . . ., † 337.	qvanqvam nec ipse plane desineret "τοις πατριος ἱεριος χρησθαι" (Zozimus), et baptismum non ante instantem mortem suam subiret, tamen plurimis modis chnis per totam vitam suam favebat. Idem vero gentiles æqvissimo jure habuit, neqve ante annum 336 sacrificia eorum interdixit.
Constantinus, *Constans* et *Constantius*. † 361.	Cæso Constantino, filio Ct. Magni, a. 340, Constantius, Orientis imperator, augures veritus, severe in gentiles animadvertebat. Nam a. 341 lege aliqva jussit: "cesset supertitio, sacrificiorum aboletur insania," et a. 346 "placuit omnibus locis atqve urbibus universis claudi protinus templa." Qva tamen severitate tantum abfuit, ut religio gentilium aboleretur, ut ei potius novo animo ac studio sacra sua amplecterentur.
Julianus . . . ., † 363.	qvi, a puero chnus, jampridem animo gentilis fuerat, (qvam animi mutationem plures eæqve gravissimæ causæ effecerant, in qvibus consvetudo Neoplatonicorum, summorumqve virorum, ut Sallustii, Maximi, Aedesii, Crysanthii (Libanii?), non est levissima dicenda), ut primum totum imperium Romanum obtinuit, summam dabat operam, ut sacris gentilibus pristinum splendorem redderet, et chnæ religionis novitati omnem detraheret dignitatem. Qvo animo ductus, non solum multus erat in sacris istis, qvæ mythice intellecta volebat, laudibus in coelum efferendis, et sacris indefesso studio ipse intererat, neqve non "cæremoniarum ritus immodice cum impensarum amplitudine, antehac inusitata et gravi, augebat," sed etiam novis utebatur institutis, plerisqve qvidem a societate chna mutuis acceptis, et artibus, callidissimis qvidem, sed parum honestis (— v. c. qvod chnos jussit diruta templa gentilium e sua re familiari exstruere, iisdemqve interdixit classicos scriptores græcos et latinos publice interpretari; vel qvod, pecuniis inter pauperes chnos distributis, eos ad religionem suam deserendam allexit —). Itaqve clandestine qvidem et furtim, nunqvam vero aperte chnos adortus est. Illuc referas, eum diversissimæ fidei clericos, sub Constantio exsulatos, in patriam sum revocasse, sperantem, fore ut, quum alter eorum alteri invideret et insidias strueret, ipsa religio Christi collaberetur, neqve puduisse eum viros laicos contra episcopos concitare, cujus rei exemplum est memoria Titi Bostrensis. Si vero plebs gentilis homines qvosdam chnos (— ut Gregorium Alex., Marcum Arethusanum —) contumeliis et cruciatibus affecisset, nulla iis supplicia indixit.
Jovianus . . . . († 364)	inter Julianum et Constantium mediam viam ingressus, et gentilium religiones æqvissime ferebat, et chnæ, cui ipse addictus erat, bene cupiebat.
Valentinianus I. . . . († 375) *Valens* . . . . († 378)	eodem consilio ductus "unicuiqve, qvod animo imbibisset, colendi liberam facultatem permisit. Contra Orientis imperator, gentiles iniqvius tractavit.
Gratianus . . . .,	ab omni gentilium religione graviter abhorrens, non solum aram Victoriæ e senatu tollebat, sed etiam a. 382 plures leges ferebat, qvibus collegia sacerdotum et ipsas virgines Vestales juribus suis, templa autem patrimoniis ipsorum privabat. Sed tantum abfuit, ut vi et armis in gentiles animadverteret, ut eos numina sua colendi libertate neqvaqvam orbaret.

II.
rianismi.
-381.

B.

imæ religionis incrementa succrescebant. Sed doctissimis qvibusqve inter gentiles, Neoplatonicorum arte gastumatissimi (— v. c. Jamblicus († 333), discipulus Porphyrii (vid. pag. 15), Himerius († 390), Themiiri, multos gentiles nostræ fidei homines contemtui habuisse et, data occasione (a. 361—63), persecutos fuisse. — actoritate ponendi aut rejiciendi, quum ea sit naturæ hominum, solis rationibus cedentium, plane contraria, non solum ero inter strepitum illum clandestine proficiebat.

Scriptores occidentales.

actantius (Cæcilius Firmianus) Italus, discipulus Arnobii, rhetor Nicomediæ, præceptor Crispi, filii Constant. M. † 330.

Institutionum divinarum libri VII, opus apologeticum adv. gentiles.

De mortibus persecutorum.

De opificio.

Maternus, Siculus:

De errore profanarum religionum.

Hilarius, episc. Pictaviensis, gentilis natus, "flagellum Arianorum" vulgo nominatus:

De trinitate libr. XII.

Optatus, Milevitanus.

De schismate Donatistarum libr. VII.

Scriptores Orientales.

Eusebius, Pamphili, episcopus Cæsareæ Stratonis, Arianus falso dictus. † 340.

Opera historica: 1. historia ecclesiastica libr. X; 2. vita Constantini Magni libr. IV; 3. Chronicon libr. II.

Opera apologetica et polemica: 1. προπαρασκευὴ εὐαγγελικὴ (præparatio evangelica) libr. XV, adversus gentiles; 2. εὐαγγελικὴ αποδειξις (demonstratio evangelica) libr. X, adversus Judæos; 3. adversus Hieroclem libr. I; 4. adversus Marcellum libr. II; 5. apologia pro Origene (periit).

Opera dogmatica: 1. περὶ τῶν τοπικῶν ἐν τῇ θεία γραφῇ, 2. περι της εκκλησιαστικης θεολογιας.

Athanasius, diaconus Alexandrinus 325, patriarcha jam a. 326. Sæpius munere suo motus, exul degebat: 1. a. 335—38; 2. a. 341—47; 3. a. 356—61; 4. a. 362; 5. a. 367. — Odium et flagellum Arianorum dictus est, sed non minus Sabellianos, Pneumatomachos, et Apollinarim, qvam Arianos re, scriptis et verbis vicit. † 373.

Opera: 1. IV orationes contra Arianos; 2. historia Arianorum; 3. Apologia sui; 4. vita Antonii; 5. epistolæ plurimæ.

Cyrillus, *Hierosolymitanus* episcopus, cum Acacio Cæsariensi de jure metropolitæ acriter contendens, bis sub Constantio munere suo privatus. Semiarianus habebatur, sed in concilio Const. 381 catholicam fidem confirmatam voluit.

Opera: 1. catecheses ad competentes XVIII; 2. catecheses mystagogicæ V. † 386.

Titus, Bostrensis in Arabia episcopus, Manichæos aggressus est.

Serapion, ex monacho episcopus Ægyptius, Athanasio acceptus, Manichæos impugnavit.

Ephræmus Syrus, patre gentili, christianus factus Eremitæ vitam aliqvamdiu degit, posthac multa itinera fecit, et Edessam redux ad mortem usqve vitæ sanctimonia et scriptorum multitudine inclaruit. † 378.

Supersunt carmina, homiliæ, ac tractatus, in qvibus vel vitam asceticam collaudat vel Eunomianos offendit.

Basilius Magnus, Ancyranus, antistes Neo Cæsariensis, pater Ascetarum dici solet. Fuit autem Semiarianorum signifer.

Scripsit regulas monasticas; de Spiritu sancto; de baptismo libr. II.

Gregorius Nazianzenus, familiaris Basilii, tanto ferebatur vitæ asceticæ studio, ut munere episcopi Sazimæ, Basilio auctore ipsi delato se ultro abdicaret, et Constantinopolin arcessitus, ut motus ecclesiasticos componeret, et patriarcha designatus (a. 381), brevi post turbis ecclesiasticis se subduceret.

Scripsit orationes, v. c. adversus Julianum, Eunomium; epistolas; carmina.

Gregorius Nyssenus, frater Basilii, sub Valente exulatus, a. 378 revocatus est, et in concilio IIdo (a. 381) gravissimas partes egit.

Scripsit: 1. institutionem catecheticam major.; 2. de infantibus, præmatura morte abreptis; 3. de anima et resurrectione.

Schisma Donatisticum.

Ab a. 321—331 æqvitas *Constantini Magni* Donatistis securitatem spopondit, qva tamen ita utebantur, ut in ecclesiam catholicam, qvæ ipsos ferret, in dies furiosius sævirent. Scilicet in Africa jamdudum degerat "genus hominum ab utilibus operibus otiosum, crudelissimum in mortibus alienis, vilissimum in suis, maxime in agris territans", qvi, vitæ pertæsi, aut potius martyrum laudum æmuli, quum jam non possent, ut sub ethnicis imperatoribus, idolorum fanis et statuis evertendis in vitæ discrimen incurrere, fanatismo Donatistarum tanto furore succurrerunt, ut optimos qvosqve ecclesiæ catholicæ viros foedissimis cruciatibus afficerent.

Hunc autem furorem *Constans*, imperator, quum Ursacio et Leontio pecuniam inter Donatistas distribuere jussisset, graviter confirmavit. Neqve qvod armis in eos utebantur, pax restitui potuit; qvo enim plures causæ suæ martyres cernerent, eo maiori constantia et præfracta fortitudine pro suis sententiis certabant. Qvid? qvod a. 347 Maximus et Paulus, legati Constantis, postqvam pecunia eos corrumpere frustra tentavissent, ipsos non alio successu superaverunt, qvam ut atrocius, qvam antea, causam Donatistarum tuerentur. Jam qvidem ædes eorum destruebantur, episcopi exulabantur, sed brevi post *Julianus* imperator, pro ea arte, qva in catholicos uti solebat, omnes exules Donatistas patriæ et cultui suo reddidit. Qvo pacto Donatistæ victores crudelissimam de catholicis vindictam sumebant. Neqve *Gratiani* edicto (a. 377), qvod omnes conventus eorum interdixit, commovebantur, sed ut crudelitate, ita numero indies proficiebant.

Manichæismus,

dum catholici ad alia non attenderent, qvam ut furorem Donatistarum comprimerent, et heterodoxiam Arii reprimerent, furtim totum orbem Romanum infecerat.

Valentinianus I, postqvam jam Titus Bostrensis et Serapion, monachus Ægyptius, scriptis eos adorti fuissent, primus legem in eos tulit anno 372, in qva "doctores gravi censione multari", "domus autem et habitacula fisci viribus indubitanter adscisci", edixit.

Theodosius eis, jam a. 381, "testandi et vivendi jure Romano omnem protinus eripuit facultatem."

III.

Ævum magnæ populorum transmigrationi

381–

Hoc ævum a reliqvis, qvæ perlustravimus, eo maxime differt, qvod, quum fuerit theologicæ chnorum e mis, subtiliter et copiose disseruere. Etenim si demas *reliqvias* nonnullas *Arianorum*, *Manichæorum*, *Dona* in qvos tamen ipsos theologi novis et litteris dignis armis utebantur, — qvæ reliqva agitata sunt, ea nov

Scriptores occidentales.

Ambrosius, nat. a. 333 vel 340, Mediolanensis episcopus ex gentili præfecto Liguriæ a. 374 præter opinionem factus, a. 375—380 contra Justinam, reginam, ac Palladium et Secundianum, episcopos Aqvilejenses, Arianismum feliciter adortus est; a. 381—388 cum Symmacho, urbis præfecto, de ara Victoriæ in senatu erigenda dimicavit; a. 388 eidem Justinæ restitit, Bonosum hæreseos arguit, et Augustinum errorum Manichæismi convicit; a. 389 Jovinianum debellavit; a. 390 Theodosium Magnum ob cædem Thessalonicæ commissam sacris interdixit, ejusdemqve in Arianos latarum legum auctor in posterum fuit. . . . . † 397.

1. De fide libri V;
2. de spiritu sancto libri III;
3. in Symmachum epp. II;
4. de incarnationis dominicæ sacramento;
5. de officiis ministrorum lib. III.

Martinus, Turonensis episcopus, vitæ monasticæ in Gallia vindex. . . . . † 401. confessio, fidei de sancta trinitate.

Rufinus, monachus: Aqvilejensis, in deserto Nitriensi, et in Palæstina, Hierosolymis presbyter constitutus, tandem presbyter Aqvilejensis factus. . . . . . † 410.

1. historiæ ecclesiasticæ libr. II;
2. expositio symboli apostolici;
3. Apologia s. invectivarum in Hieronymum lib. II;
4. comment. in libros V. T.
5. versiones latinæ recognitionum Clementis, librorum Origenis περι αρχων., apologiæ Pamphili pro Origene, operum Josephi, al.

Sulpitius Severus, Gallus. . . . . † 420.

1. historia ecclesiastica, res a mundo creato ad annum usqve 400 persecuta;
2. vita Martini Turonensis;
3. dialogi;
4. epistolæ.

Pelagius:

1. commentarii in epp. Paulinas;
2. confessio fidei.

Coelestius:

1. confessio fidei;
2. fragmenta scriptorum nonullorum.

Hieronymus, Stridone in Dalmatia natus, post multa itinera, a. 374 in desertis Syriæ monachus, a. 378 presbyter Antiochiæ, deinceps Damaso Romano a secretioribus ad a. 384, tandem non procul a Bethlehemo monachus considebat usqve ad mortem suam. . . . . † 420.

Scripta exegetica:

1. Qvæstiones hebraicæ in Genesin;
2. de situ et nominibus locorum hebraicorum librum Eusebii latine interpretatus est;
3. commentarii in Ecclesiasten, Prophetas, evang. Matthæi, epist. ad Galatas, Ephesios, Titum et Philemonem;
4. vulgatam N. T. versionem rivisit;
5. versio latina veteris Testamenti.

Scripta historica:

1. de viris illustribus;
2. vitæ Pauli Eremitæ, Malchi monachi et Hilarionis.

Epistolæ:

Hodie leguntur 116. vid. pag. 48.

Augustinus, in Numidia a. 355 natus, matre Monica, primum grammaticen et rhetoricen Carthagine et Romæ tradidit, deinceps per IX annos Manichæus, ab Ambrosio convictus est a. 387. — Hippone a. 393 presbyter electus, brevi post Valerio episcopo adjungebatur, cujus morte ipse episcopatum obtinebat. . . . . † 430.

Scripta exegetica:

1. qvæstionum in Pentateuchum libb. VII.
2. de consensu Evangelistarum libb. IV.
3. de sermone Domini in monte libb. II.
4. in evangelium Johannis tractatus XXIV.
5. expositio qvarundam propositionum ex ep. ad Romanos.

Scripta dogmatica:

1. Enchiridion ad Laurentium de fide, spe et caritate;
2. de fide et symbolo liber.

Scripta moralia:

1. De catechisandis rudibus liber;
2. soliloqviorum libb. II;
3. de moribus ecclesiæ catholicæ libb. II.

Scripta polemico-dogmatica.

a) Ante litem Pelagianam:

1. De diversis qvæstionibus LXXXIII a. 388—95;
2. de libero arbitrio libri III. a. 388;
3. de diversis qvæstionibus ad Simplicianum a. 397.

b) In lite Pelagiana:

1. de peccatorum meritis et remissione lib. III a. 412;
2. de natura et gratia contra Pelagium a. 415;
3. de gestis Pelagii, script. post. synodum Diospolitanam a. 416;
4. de gratia Christi et de peccato originali lib. II. a. 418;
5. de nuptiis et concupiscentia lib. II. a. 419—420;
6. contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium libb. IV. a. 421;
7. contra Julianum libb. VI, a 421;
8. de correptione et gratia a. 427;
9. de gratia et libero arbitrio a. 427;
10. de prædestinatione sanctorum lib. ad Prosperum;
11. de dono perseverantiæ lib. ad Prosperum et Hilarium a. 428—429;
12. operis imperfecti contra secundam Juliani responsionem lib. VI, a. 430.

c) Contra Fortunatum, Adimantum et Faustum (libb. XXXIII), Manichæos;

Scriptores orientales.

Diodorus, primum presbyter Antioch nus, postea episcopus Tharsensis, sch læ exegeseos grammatico-historicæ a tor habetur. Hic in omne tam vet qvam novum testamentum commenta rios scripserat, qvorum tantum exigu fragmenta supersunt.

Didymus, Alexandrinæ scholæ, licet a infantia coecus, præfectus, allegorica interpretationem adhuc amplectebat Supersunt:

1. brevis enarrationes in epp. can nicas;
2. de spiritu sancto liber. . . † 39

Johannes Chrysostomus, discip. Diodor Antiochiæ primum diaconus, deinc a. 386 presbyter, tandem a. 397. Co stantinopoli patriarcha. 40

1. Epistolæ CCXLIX;
2. homiliæ VIII. adversus Judæos;
3. homiliæ VI. de fato et providenti
4. homiliæ XXI. ad populum Anti cheanum;
5. commentarii, maxime in N. T. lib
6. de providentia libb. III;
7. de sacerdotio libb. VI.

Epiphanius, in Palæstina natus, in de serto Syriæ vitæ asceticæ incubuit, u qve dum a. 386 Salaminæ in Cypro e scopus deligebatur. Cultum Mariæ imaginum in ædibus sacris apparatu ferre noluit. Origenem hæreticum h buit, ac ideo Johanni Hierosolymita et Chrysostomo infestissimum se pr buit. . . . . † 40

1. Panarion, sede hæresibus LXXX
2. ancoratus s. de fide (in Christu et Spiritum sanctum);
3. Anacephalæosis;
4. de ponderibus et mensuris;
5. de gemmis XII. in veste Aronis.

Theophilus, Alexandrinus episcopus 385—412; V. epistolæ ejus supersu

Theodorus, discipulus Diodori, prim Antiochiæ presbyter, postea Mops stiæ in Cilicia episcopus a. 392—42

1. Expositio fidei;
2. multi commentarii, qvi perieru

Palladius, monachus, postea episcop Helenopolitanus. Historia Lausiaca ɔ: vitæ patru Lausio, cubiculi præfecto, sacræ

Synesius, ex philosopho gentili Ptol maide in Cyrenaica episcopus, de pr videntia libri II.

III.

vel Ambrosii, Hieronymi et Augustini.
—427.

cultionis velut fastigium, theologos produxit, qvi de rebus, et longe plurimis et ab antea tractatis diversissi-
tistarumqve, et *schismata Meletianorum, Luciferianorumqve,* qvæ ante a. 381 haud fuerant composita, —
erant et antea inaudita.

Reliqviæ hæresium.

1. *Arianismi.*

Theodosius Magnus severis legibus canones conc. Const. (a. 381) tuebatur, ut Arianos et conventus religiosos habendi, et testamenta faciendi potestate privaret, etiam "ab humana communione" eos secludi juberet. Neque is orthodoxis Occidentis defuit. Qvi quum a Justina, matre Valentiniani II, sibi infestissima, juberentur Arianis ædes sacras nonnullas reddere (a. 386), Valentiniano, fidem suam contra Maximum imploranti, persvasit, ut a. 388 gravem in Arianos legem ferret.— Mediolani Ambrosius strenuus erat fidei catholicæ adversus Arianos vindex.— Honorius autem et Arcadius patris in Arianos severitatem imitabantur. Qvibus omnibus Arianismus inter Romanos exstincta est.

Interea barbari populi, qvi in orbe Romano considebant, qvod meditando parum idonei essent, Ariani facti sunt. Itaqve Arianismus inter Ostrogothos, Burgundiones, Visigothos, Alanos, Svevos et Vandalos nova cepit incrementa.

2. *Manichæismi.*

Manichæis, jam detectis, Theodosius M. a. 381 "testandi ac vivendi jure Romano eripuit facultatem;" qvi idem a. 389 edixit: "ex omni qvidem orbe terrarum sed qvam maxime de hac urbe pellantur sub interminatione judicii." Neqve minus Honorius in Occidente, Manichæismi, qvod voluit "publicum crimen esse" damnavit, ac ipsos Manichæos "bonorum publicatione" punivit. Valentinianus III autem, lege a. 425, eos gravissime afflixit. Qvibus tamen hæresis illa non tollebatur. Subito vero in Hispania nova prodiit Manichæismi familia *Priscillianistarum,* qvi continentiæ vitæ admodum incumbebant. Priscillianus, coryphæus eorum, tametsi a. 380 in synodo Cæsaraugustana, auctoribus Idacio et Ithacio, episcopis, damnatus, et brevi post lege Gratiani solum vertere jussus fuisset, tamen cum Instantio et Salviano, sociis suis, Romam profectus, ab imperatore impetravit, ut muneri suo redderetur. Eo autem tempore Maximus, tyrannus, Galliam occupaverat; qvi, quum Idacius et Ithacius Priscillianum coram se hæreseos postulassent, lubentissime eum in synodo Burdegalensi damnavit, et Triveris a. 385 capitali supplicio affecit. Qvod vero omnes ægerrime tulerunt. Martinus Turonensis tanta Maximum gravitate reprehendit, ut hic copias, qvas, contra Priscillianistas paratas, ad Hispaniam miserat, revocaret. Ambrosius vero in synodo Toletana a. 400 Priscillianistarum episcopos haud paucos fidei suæ devinxit. Sed qvæ est ratio hominum, crudelissimis qvibusqve vexationibus ovantium, Priscillianistæ ante multos annos haud tollebantur.

Reliqviæ schismatum.

1. *Donatistarum.*

Donatistæ morte Parmeniani, qvi Donato episcopo successerat, Primianum episcopum designarunt. Postqvam vero ille in invidiam et odium Maximiani incurrisset, Donatistarum autem non pauci Maximianum episcopum salutarent: schisma oriebatur, qvod non ante compositum fuit, qvam severissimæ leges Honorii imperatoris a. 404—411 in Donatistas latæ fuissent. Jam a. 411 colloqvium inter Catholicos episcopos numero 280 et Donatistarum episcopos numero 279 jussu imperatoris institutum est; cui Flavius Marcellinus, tribunus, præfuit. In eo vero Augustinus Donatistis tam strenue ac subtiliter obstitit, ut, quum neqve Felicem traditoris culpæ arguere possent, neqve auderent lapsos omnes absolute damnare, qvare sese, qvod Maximianitas in ecclesiam receperant, ipsi damnavissent: cedere cogebantur. Jam qvidem multi ad ecclesiam catholicam redierunt, ceterorum autem sors miserrima fuit, usqvedum eis sub Vandalis, qvod hi catholicos omnes odio haberent, tutius vivere licuisset. Sed seqventi tempore neqve numero neqve vi eminuerunt; qvare nullam eorum mentionem posthac faciemus.

2. *Meletianorum.*

Schisma hoc, qvod a Meletio nomen traxerat, neqve morte ejus († 381) neqve obitu Paulini († 388) sublatum fuit; nam suum qvæqve factio episcopum elegit: Flavianum et Euagrium, qvorum hic a. 394, ille a. 404 obiit. Neqve novus patriarcha Porphyrius († 412) Eusthatianorum animos reconciliare potuit. Qvod tandem a. 418 factum est placida Alexandri († 421) episcopi prudentia. Itaqve post 85 demum annos omne Antiochenæ ecclesiæ dissidium exstinctum fuit.

3. *Luciferianorum.*

Luciferiani, qvod cum æqvalibus suis internæ ecclesiæ notionem cum externa commutarent, erroris non facile poterant convinci. Qvid? qvod Faustinus et Marcellinus, presbyteri, datis litteris Theodosium imperatorem obtestati sunt, ut se contra injurias Damasi, patriarchæ Romani, tueretur. Noli igitur mirari, Hieronymi dialogum adversus Luciferianos, auctore Damaso conscriptum, schisma illud non tam sustulisse qvam confirmavisse.

III.

Ævum magnæ populorum transmigrationis 381—

B.

Qvæ inter Chnos nova agitata fuerunt ex triplici fonte, jamdudum bulliente, suborta sunt. Qvæ enim ex solum ad initia vitæ Jesu, sed ad ipsam naturam mulieris, qvæ eum pepererat, converterent, variæ exstiterunt genem nimis colendi aut prorsus contemnendi, hæc ansam dedit *turbarum Origenianarum*. Qvod tandem tatis, admiratio, ea cum varii generis *superstitionis* fons erat, qvam qvi offendebant religionem offendisse

Fata gentilium.

Per hæc tempora cultus gentilium religionis indies magis desiit; qvanqvam imperatores, qvi omnes chni erant, superstitionem illam uno ictu perculsam voluerunt. Videlicet quum timerent, ne gentiles aut novas res molirentur, aut ad exteras gentes confugerent, et suorum, præcipue monachorum, in eos crudelitatem constrinxerunt, et multis sacris gentilibus, maxime in Occidente, connixerunt. Qvid? qvod leges, in illos latas, vel intra breve tempus revocabant, vel impune negligi aut migrari patiebantur. — Legibus tamen *Theodosius*

1. a. 381 (— et ejus exemplum secutus *Gratianus* a. 382 —) iis, qvi ad paganorum religionem transierant "facultatem jusqve testandi" eripuit;
2. a. 385 auguria eis interdixit;
3. a. 386 edicto, Cynegio, præfecto prætorio, dato, omnia templa claudi jussit;
4. a. 391 edixit: "nemo se hostiis polluat, nemo delubra adeat, nemo templa perlustret;"
5. a. autem seqvente: "nullus omnino .... in nulla urbe sensu carentibus simulacris vel insontem victimam cædat, vel accendat lumina, imponat thura, serta suspendat," et tam sacrificantibus supplicia mortis, qvam judicibus et "curialibus", delicta ista plectere negligentibus, mulctæ poenam minitatus est;
6. idem deniqve a. 394, quum totum orbem Romanum ditione teneret, publica in senatu habita oratione, impetravit, ut religio chna senatus consulto orbis Romani religio pronunciaretur.

Patris exemplum secuti *Honorius* et *Arcadius*, *ille* qvidem, barbarorum incursionibus territus, cautius et lenius, — ut a. 409, quum Alaricus Romam obsideret sacra diis fieri permitteret—, *hic* vero liberius et severius, gentilium religionem oppugnarunt; ita ut a. 423 nullus haberetur publicus gentilium sacrorum cultus.

De virgine Maria.

1. *Antidicomarianitæ* ab Epiphanio dicti sunt homines nonnulli in Arabia, qvi, qvod fratres et sorores Jesu in N. T. passim commemorati fuerint, statuendum esse putaverant, Mariam præter Christum plures liberos peperisse. Epiphanius litteras iis dedit, qvæ virginitatem Mariæ demonstrare conantur.

2. *Collyridianitæ* ab eodem Epiphanio dictæ sunt mulieres nonnullæ, qvæ in festo qvodam, qvotannis habendo, pane (κολλυρίς), ipsi consecrato, vescebantur. Epiphanius hunc cultum Mariæ ægre tulit, ægrius autem, qvod foeminæ *sacrificare* ausæ fuissent.

3. *Helvidius* Mediolanensis, Romæ apologiam religionis edidit, in qva eandem, ac Antidicomarianitæ, sententiam obiter perstrinxerat. In eum Hieronymus, auspice Damaso Romano, librum edidit, qvi auctori suo summo est dedecori.

4. *Bonosus*, cujus historia satis obscura est, æqvales suos offendit, qvod Mariæ justum honorem detrahere videbatur. Qvamqvam vero ipse Ambrosius synodos in eum cogeret, hic tamen tot habuit in Illyria sodales, ut proprium ecclesiam conderet, Sericius autem, patriarcha Romanus, non auderet cum eo congredi. Hinc jure colligimus, Bonosum haud solo cultu Mariæ a suis discessisse.

5. *Jovinianus*; de qvo vid. columu. proxim.

Superstitionem

aggressi sunt

1. *Jovinianus*, monachus Romanus, qvi non solum a Sericio, patriarcha, et ab Ambrosio Mediolanensi, qvi majori, qvam ille, auctoritate fuit, damnatus est, sed etiam jussu Honorii imperatoris loris cæsus, in insulam Boram relegatus est. Hieronymus autem, tunc temporis prope Bethlehemum degens, in Jovinianum tam acerbe scripsit, ut non erubesceret ei vitio vertere, qvod mundis vestibus uti soleret, tamqve imprudenter, ut ipse Manichæismi suspicionem moveret. Cæterum Jovinianus docuit, virginitatem Mariæ, ex qvo tempore Christum pepererat, sublatam esse, coelibi autem vitæ, jejuniis et operibus, qvæ dicuntur, operatis singulare pretium inesse negavit.

2. *Sarmatio et Barbatianus*, monachi Mediol.; qvi, quum Ambrosium hostem experti fuissent, in Galliam aufugerunt.

3. *Vigilantius*, Gallus, qvi in Palæstina a. 396 familiaritatem Hieronymi inierat. Hic, presbyter Barcellonæ factus, librum edidit, in qvo negavit, martyrum sepulchra vel reliqvias veneranda esse; peregrinationes autem, vigilias, vitam coelibem et monasticam contemtui habuit. Qvæ omnia Hieronymi bilem moverunt.

III.

vel Ambrosii, Hieronymi et Augustini.
—427.

B.

humana Logi natura adversus Appolinarim vindicata orta fuerat humanitatis Christi reverentia, quum eam non *de virgine Maria* sententiæ. Qvæ vero jamdudum inter Palæstinenses et Ægyptios invaluerat diversitas Ori-viguerat studium metaphysices, qvæve vitæ asceticæ admiratio et, cum eo juncta, speciosa honestatis, non pie-putabantur, tum *systematum Pelagii et Augustini* provocabat.

Turbæ Origenianæ.

1. in Palæstina a. 394—398.

Qvemadmodum celebriores ævi proximi theologi Origenem multi fecerant, ita hoc tempore triumviri in Palæstina degentes: Johannes episcopus Hierosol., Hieronymus et Rufinus, scripta ejus studiosius legebant et cum suis communicabant. Sed non defuere, qvos ipsum nomen Origenis offenderet; inter qvos Epiphanius primum locum tenet. Hic vero, quum, Hierosolymas profectus, contra cultores Origenis sine ulla vi concionatus fuisset, Hieronymo, timido, ne hæreseos argueretur, persvasit, ut cum monachis suis Johannem munere antistitis, Rufinum autem, qvocum familiaritatis qvidem vinculo per multos annos conjunctus fuisset, hominis orthodoxi nomine indignum declararent. Brevi tamen turbæ istæ, interveniente Theophilo Alex., qvi nondum erat Origeni infestus, sedatæ fuerunt.

2. in Ægypto a. 399—401.

Sed idem Theophilus, quum orta fuisset simultas inter ipsum et monachos qvosdam Ægypti, hi autem ad monachos Nitrienses, qvi Origenem multi faciebant, confugissent, non dubitavit ipsum Origenem damnare, omnesqve monachos ipsum colentes vi ex Ægypto exturbare.

3. Constantinopoli.

Hi vero Constantinopolin adierunt, fidem imperatoris implorandi causa. Neqve hic eis defuit, sed quum Chrysostomum vidisset monachos illos colere, Theophilum jussit coram tribunali Chrysostomi reum comparere. Tantum vero abfuit, ut hic judicio Chrysostomi sese submitteret, ut, intelligens, qvam essent severi mores Chrysostomi aulæ et clero invisi, synodum exiguam ad Qvercum coëgit, in qva Chrysostomus excommunicatus est. Neqve causæ Origenitarum profuit, qvod Chrysostomus, seditione populi orta, revocabatur, nam hic anno seqventi (404) invidiæ Eudoxiæ, reginæ, cedere, Origenitæ autem gratiam Theophili supplices ambire coacti sunt.

4. in Occidente.

Occidentales ipsum nomen Origenis latuerat, usqve dum Rufinus scripta Origenis in lingvam latinam convertisset. Nihilo tamen secius Anastatius, patr. Rom., Origenem hæreticum damnabat. Rufinus Anastatio apologiam suam scripsit, sed non constat, qva cum ratione Anastatius affecerit. Supersunt vero scripta Hieronymi, in qvibus non solum superstiti Rufino invidiam conflare sed defunctum etiam hæreseos arguere studebat.

Augustinianismus & Pelagianismus.

Pelagius, monachus Brittanicus, persvasissimum sibi habens, "appetendi (ɔ: studii bene agendi) omnem conatum perire conseqvendi desperatione," quum hominum ignaviam excutere vellet, nimium virium mortalibus tribuit; Augustinus vero, ut mortale genus hominum grato in Deum animo imbueret, eos justo imbecilliores descripsit.

Docuit hic:

a. Adamum lapsu suo posteros 1. mortales reddidisse, 2. "occulta tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificavisse", ut *vitium*, qvod dicebat *originis* seu hæreditarium, ɔ: corruptio naturæ absoluta, in eos propagata sit, 3. æternæ damnationi subjecisse.

b. qvæ igitur homines bene vel egerint vel decreverint vel inceperint el studuerint, ea non ipsis sed *gratiæ numinis* deberi. Deum enim "interna atqve occulta, mirabili ac ineffabile potestate operari in cordibus hominum non solum veras revelationes sed etiam bonas voluntates.

c. neqve igitur homines felicitatis vitæ futuræ participes fore propter bona opera sua, sed *electione Dei* ex libero ejus arbitrio profecta, qvæ eadem neqve est prævisione Dei determinata, nam "prædestinatione Deus præscivit opus suum, qvo nos sanctos et immaculatos facit", et irresistibilis est.

Pelagius contra

a. neqve mortalitatem ad lapsum Adami retulit, neqve malum aliqvod nobiscum nasci putavit, neqve concedere voluit, "Deum, qvi peregrina remittit peccata aliena, imputare."

b. posuit vero "in omnibus, in Christianis, Judæis et Gentilibus, esse liberum arbitrium æqvaliter per naturam", ut homo, "boni ac mali capax, naturaliter utrumqve posset, et ad alterutrum voluntatem deflecteret, sed in solis Christianis *juvari a gratia*."

c. Dei vero electionem *præscientia* eorum, qvæ homines libere agerent, determinari.

Cæterum Pelagius, cum Coelestio comite suo, primum Romæ docuerat, postea Carthagine, ubi a. 412 damnatus est. Jam Orientem adiit, et, tamensi qvatuor episcopi Gallici: Orosius, Mercator, Heros et Lazarus ab Johanne Hieros. peterent, ut Pelagium damnarent, hic suffragiis synodi Diospolitanæ a. 415, cui præfuit Johannes ille, orthodoxus renuntiatus est. Ac binis qvidem synodis Africanis, Carthagine et Milevæ habitis, damnatus est, sed a Zosimo Romano a. 417 in communionem ecclesiæ receptus. Verum a. 418 damnatio ejus Carthagine repetita est, et ipse adeo Zosimus eum damnavit. Julianus qvidem Eclanensis posthac causam ejus tuebatur, sed nullo successu.

Pelagium præter Augustinum Orosius, Mercator et Hieronymus acerbe adorti sunt.

IV.

Evum Semipelagianismi et litium Monophysiticarum.

427—527.

A.

Doctrina Augustini, licet tanti nominis viri auctoritate defensa, et conciliorum decretis confirmata, cu hominibus, meditando parum adsvetis, subtilior visa est, tum sanæ menti hominum, liberum arbitrium adsid persentium, gravius repugnat, qvam ut diu valeret. Haud igitur mirandum est, eam post obitum Augustini i eis terris Occidentis, ubi nulla edicta principum orthodoxiam constituebant, mitigati Pelagianismi, qvem *Semi-pelagianismum* Scholastici dixerunt, si non veriori at simpliciori doctrinæ cessisse. Nec mirari subit, nome Augustini in summa virorum doctorum mediocritate tantum valuisse, ut, defunctis Semipelagianismi corypha integra doctrinæ ejus laus restitueretur.

Fata Gentilium.

In Occidente, ubi freqventes erant barborum populorum, eorundemqve gentilium incursiones, imperatores autem vel imbecilliores vel a fide catholica alieni erant, ipse cultus gentilium sacrorum vigebat. Qvid? qvod Gregorius Magnus narrat, in Sicilia et Sardinia multos suo tempore gentiles fuisse.

Scriptores occidentales.

Orosius (Paulus), presbyter Tarraconensis:
1. Historia adversus Paganos libr. VII, qvæ calumnias gentilium — imperium Romanum per chnos collapsum fuisse — refellit;
2. Apologeticus contra Pelagianos de arbitrii libertate;
3. commonitorium de errore Priscillianistarum et Origenitarum.

Johannes Cassianus, Scytha, primum monachus Palæstinensis et Ægyptius, postea Constantinopoli discipulus Chrysostomi, Romæ deinceps presbyter, Massiliæ tandem, ubi duo monasteria condidit, presbyter factus . . . . † 440.
1. de institutis coenobiorum libr. IV;
2. collationes patrum Sceticorum, numero 24;
3. de octo capitalibus vitiis libr. VIII.

Vincentius Lerinensis, ex milite monachus, postea presbyter, qvem catholici posthac in notione traditionis definienda secuti sunt. . . . . . † 450.
commonitorium pro catholicæ fidei antiqvitate et universitate adversus profanas omnium hæreticorum novitates.

Prosper Aqvitanicus, Leoni Magno ab epistolis secretioribus . . . . † 463.
1. de promissionibus et prædictionibus Dei;
2. de vita contemplativa;
3. responsiones et epistolæ;
4. de gratia et arbitrio liber contra collatorem.

Eucherius, monachus Lerinensis, postea episcopus Lugdunensis . . . . † 456.
de contemtu mundi et secularis philosophiæ, epistolæ.

Salvianus, presbyter Massiliensis. . . . . . †485.
1. de providentia et gubernatione Dei libr. VII;
2. adversus avaritiam, præsertim clericorum lib. IV.

Faustus, abbas Lerinensis, postea episcopus Regiensis s. Rejensis (Riez.) . . . . † 490.
de gratia Dei et humanæ mentis libero arbitrio libr. II.

Arnobius, junior:
1. commentarius in Psalmos; 2. Prædestinatus.

Gennadius, presbyter Massiliensis: de scriptoribus ecclesiasticis . . . . † 497.

Fulgentius, *Ruspensis* episcopus, a Thrasimundo, rege Vandalorum, bis in exilium ad Sardiniam expulsus, sed post mortem ejus restitutus . † 533.
1. de veritate prædestinationis et gratia Dei lib. III;
2. homiliæ LXX.

Semipelagianismus.

Brevi ante mortem Augustini *Johannes Cassianus*, monachus orientalis, Massiliæ per ultimos vitæ annos degens, novus prodiit systematis eju adversarius; cujus rei duæ rationes sunt. Primum, qvod hoc monachorum de pretio bonorum operum doctrinam funditus tolleret, alterum, qvod Cassianus orientalibus, qvorum nemo cum Augustino fecerat, magistris gavisus, ab ista doctrina plane abhorreret. Idem præterea mediam inter Augustinum et Pelagium viam ingredi dicebatur; eo autem tempore in Gallia nulla erat auctoritas neqve imperatorum neqve antistitum Romanorum. Ob has causas Gallorum longe plurimi sententiam ejus amplectebantur. Augustinus de ea re per Prosperum Aqvitanicum et Hilarium, duum viros magis admiratione Augustini qvam doctrina et ingenio insignes, certior factus, in "Massilienses" illos duos libros gravissimos (vid. scripta Aug conscripsit, et Coelestium, pontificem Romanum, adduxit, ut fulmine su omnes feriret, qvi doctrinas, Augustinianis contrarias, foverent. Sed neutrum voluntati Augustini satisfecit; ipse autem ante paucos menses diem obiit supremum a. 430. Qvo defuncto Prosper magna qvidem acerbitate in Massilienses utebatur, sed quum argumenti loco contenderet nefas esse a tanti viri sententiis recedere, sententia Johannis Cassiani († 448) pluribus Indicus probata est, qvos inter nominare sufficit Vincentium Lerinensem et Faustum Rejensem, qvorum *ille* eo magis Augustinianismo nocuit, qvo magis opere suo ("commonitorium" &c.) catholicam fidem tuitus fuisse habebatur, *hic* vero pro episcopali sua auctoritate Lucidum, presbyterum Augustinianismi studiosissimum, compulit, ut dogmata Augustini damnaret, reliqvos vero suffraganeos suos, ut in synodo Arelatensi (a. 475) libro suo ("de gratia" &c.) nomina subscriberent, et in nova synodo, Lugdu habita, munus additamenta libro isti subjungendi in se conferrent.

Faustus et sodales ejus multa Augustino tribuerant conseqventia qvæ ipse nullo modo probavisset, et in opere "Prædestinatus", ne tanti viri famam lædere viderentur, sectam esse finxerunt, nomen non Augustini sed Prædestinatianorum præ se ferentem. Qvibus omnibus factum est, ut Hormisdas, patriarcha Romanus, Faustum non damnaret.

Interea Romani pontifices omnes, ut Afrorum animos sibi devincerent. Afri autem, admiratione Augustini capti, dogmata ejus uno ore collaudabant. Qvare quum monachi qvidam Scythiani, Romam profecti, scripta Fausti summopere vituperassent, Africani episcopi, qvi, a Vandalis expulsi in Sardiniam se contulerant, auspice Fulgentio Ruspensi, auctoritatem Augustini tanta vi defendebant, ut synodus in ipsa Gallia, Arausione (Orange) (a. 529), habita Semipelagianismum sollenniter damnaret.

IV.
Ævum Semipelagianismi et litium Monophysiticarum.
427—527.

B.

Qvæ in Oriente hucusqve in disputationem vocata fuerant dogmata chna, de singulis eorum certa statuendi norma decreta fuerat. Sed qualis inter utramque Christi naturam intercederet relatio, tantum abfuit, ut, systemate Apollinaris damnato, definèretur, ut hoc ipso amplum cogitandi spatium theologis offerretur. Quum vero damnatus ille Apollinaris Antiochiæ degisset, consentaneum est, *Antiochenos omnes theologos* humanam Christi naturam a divina studiosius distinxisse, sed ita qvidem specie unitatis personæ Christi turbatæ, in Scyllam, dum Charybdin vitare vellent, incidisse. Quos alii; *Ægyptios* dico, aggressi, ipsi hæreseos Apollinarismi rei facti sunt. Neqve felicior fuit tertia, ab *Eutyche* quodam prolata, hypothesis. Quibus graviter agitatis, qvarta tandem statuendi ratio majoris numeri hominum assensum tulit. Ecquis vero existimet, vulgum, si metaphysices quæstionum judex et arbiter factus fuerit, nominum auctoritati veritatem prælaturum esse? Haud igitur mirabimur, *multos vulgi motus,* etiam post cardinem rei a theologis satis subtiliter definitum, pacem ecclesiæ turbavisse. Quod si vero principes tale quid experti fuerint, nisi eximio veritatis amore incensi sint, vulgi animos facilius qvam honestius conciliare student; quod hoc etiam tempore factum esse infra videbimus.

Scriptores orientales.

Socrates Scholasticus, a:. jurisconsultus, Constantinopoli natus:

historiam ecclesiasticam libr. VII. ab a. 333 ad a. 430 pertexuit, in qva autorem veritatis studiosissimum fuisse invenies.

Sozomenus, in Palæstina natus, Constantinopoli jurisconsultus degit:

historiam ecclesiasticam lib. IX. ad a. 430 scripsit, in qva multa ascetarum miracula tradidit.

Philostorgius, Capadox idemqve Arianus,

historiam ecclesiasticam ab initio litis Arianæ ad mortem Honorii, cujus tantum fragmenta apud Photium leguntur.

Theodoretus, discipulus Theodori et Chrysostomi, Cyri in Syria episcopus, ab a. 420, munere pulsus a. 449, restitutus a. 451, obiit a. 457:

1. commentarii multi, maxime in V. T. libros;
2. historia ecclesiastica libr. V;
3. de fabulis hæreticis libr. V;
4. de curandis morbis s. affectionibus Græcorum libri XII;
5. de providentia orationes X.

Ibas, Edessenus episcopus a 433—457, fermeeadem fata subiit, ac Theodoretus,

epistola ad Marin Persam.

Basilius, Seleuciæ in Isauria episcopus, mentis inconstantia inclytus. . . . . † 458.

orationes in Vetus Testam. 43;
orationes in Novum Testam. 21;
demonstratio contra Judæos de adventu Christi.

Procopius, Gazæus, Sophista,
interpretationes s. s., ex veterib. excerptæ.

Lites monophysiticæ.

1. a. 427—431. *Hypothesis Nestoriana damnata.*

Nestorius, presbyter Antiochenus, a. 427 patriarcha Constantinopolis factus est, sed plurimos hostes illico habuit. Clerus Constant. ægre tulit, hominem Antiochenum, non virum e medio suo electum, sibi præfectum fuisse: aulici, maxime vero Pulcheria, soror imperatoris, morum et sermonum ejus gravitate haud parum offendebantur: Memnon, Ephesinus, quem habuit suffraganorum omnium potentissimum, odio ejus ardebat, quod ille se ob morem Quatuordecimanorum, quem Memnon, ut omnes Ephesii, sequebatur, vituperaverat; Coelestinus, patr. Rom., non minus ei infensus fuit, Nestor enim Pelagianos nonnullos, ab illo damnatos, exceperat. Ante omnes vero Cyrillus Alexandrinus, dignitatis, qua patriarcha Constant. post annum 381 (vide pag. 36) sibi antecelleret, exosus, studiosius optabat, fore tandem, ut Nestorium hæreseos postularet; qvæ quidem occasio ei brevi post oblata est. Etenim Anastasius, presbyter quidam, vel ut alii asserunt, Dorothæus, Dorylaunensis episcopus, verbum θεοτοκος, de Maria ante tempus aliquod, ut ab utroque Gregorio, usurpari solitum, ægre ferens, siquidem illud Apollinarismum sapere videretur, publicam de ea re concionem Constantinopoli habuit, quam postea Nestorius, et Constantinopoli et per litteras in Cyrillum Alexandrinum, acrem formulæ istius vindicem, tuebatur, negans "deum habere matrem" vel "creaturam (Mariam) peperisse increabilem," largiens tamen „creaturam peperisse hominem deitatis instrumentum." Qua de causa verbum χριστοτοκον longe præferendum esse censuit.

Quanquam igitur cardo rei de duobus verbis, utrum aptius esset, neque de dogmate, religionis versaretur, ipse autem Nestorius verbum θεοτοκος recipere se velle confiteretur, Cyrillus tamen hæresin Pauli Samosateni in verbo illo indagare potuit, et duodecim theses Nestorianas in synodo Alexandrina damnavit. Jam ipse Nestorius ab imperatore petiit, ut synodus oecumenica ad eam rem definiendam Ephesi a. 431 cogeretur. In qva tamen Cyrillus, adventum Antiochenorum haud exspectans, cum Memnone illo Nestorium indicta causa damnavit. Antiocheni quidem, quum supervenissent, Cyrillum et Memnonem excommunicatos pronuntiabant, ac edictum aliquod imperatoris ea, qvæ Cyrillo auctore decreta fuerant, irrita faciebant; sed idem ille Cyrillus epistolam ad Dalmatiam, monachum, Constantinopoli summa sanctitatis fama clarum, dedit; qva ille commotus protinus in monachis et plebe Constant. tantos motus concitavit, ut imperator, legatis Cyrilli admissis, Nestorium, munere pulsum, solum vertere juberet. Simul quidem Memnonem et Cyrillum, causa eorum per Candidianum, Irenæum et Johannem, legatos, ter cognita, muneribus suis exuit, sed eisdem eos, nescimus quibus id artibus factum fuerit, restituit. Quibus omnibus hypothesis Nestorii, qua duas Christi naturas συναφεια inter se conjunctas esse posuit, improbata est.

IV.
Ævum Semipelagianismi et litium Monophysiticarum.
427—527.

C.

Imperator. Græci.	Patriarchæ Constant.	Ægyptii.	Antioch.	Hieros.	Romani.
Theodosius II.	*Nestorius,*	*Cyrillus.*	*Johannes.*	*Juvenalis.*	*Sixtus III.*
cujus lenitate vel Eudoxia, regina, vel Pulcheria, soror, ad suam qvæqve factionem theologicam muniendam abutebantur.	pulsus 431. † 437. *Maximianus.*				
	† 434. *Proclus.*				
					† 440. *Leo I., M.*
			† 441. *Dominus,*		
	† 447.				
		† 444. *Dioscurus.*			
	Flavianus.				
	† 449.		pulsus 449. *Maximus.*		
† 450.	*Anatolius.*				
Pulcheria, qvæ Marciano nupset.					
		† 451.			

Lites Monophysiticæ.

2. a. 431—435. *Sententia Cyrilli a multis repudiata*

Quum clerus Antiochenus, sortem Nestorii ægerrime ferens Cyrillum, Memnonem (Ephesinum) et Maximianum justos ecclesiæ antistites agnoscere detrectaret, imperator summam dedit operam ut pax restitueretur. Quæ qvidem inter Johannem Antiochenum et Cyrillum ea lege pacta est, ut Cyrillus formulæ cuidam, qua duas in Christo naturas esse dabat, nomen suum subscriberet, Johannes vero Nestorii damnationem justam declararet. Sed tantum abfuit, ut animi litigantium hoc pacto sedarentur, ut, qvotqvot IX provinciis patriarchatus Antiocheni præerant antistites, Johannem neglectæ fidei et pietatis, Nestorio debitæ, accusarent, ac, postqvam ille, Pulcheria fautrice fretus, minis et armis eos ad orthodoxiam Cyrilli confitendam et damnationem Nestorii ferendam compulisset, qvi hisce non cessissent, in Persiam, annuente Pheroxe, rege Persarum, a. 435 sese conferrent; ubi Barsumas, patriarcha, seu, ut dici malebat, catholicus eorum, ecclesiis suorum, qvos *Nestorianos* dixerunt, Seleuciæ et Ctesiphonte, expulsis ceteris omnis, qvi Græca dogmata seqvebantur, florentibus per multos annos præerat. Itaque sententia Cyrilli: γεγέννηκε (sc. Maria) σαρκίκῶς σαρκα γεγονότα τον εκ Θεοῦ λὸγον, vel, brevius expressa: naturarum Christi ἕνωσις φυσικη est, non nisi armis vindicata, sed a doctissimis quibusque repudiata est.

3. a. 448—450. *Nova hypothesis Eutychis ad breve tempus vicit*

Per duo lustra et qvod excurrebat arma litigantium siluere. Interea Flavianus, patr. Const., nova formula: Christum fuisse ὁμοουσιον ἡμιν, rationem humanæ ejus naturæ accuratius definitam voluit. Qvam quum *Eutyches*, presbyter, forsan novitate verbi divinitati Christi describendæ hactenus adhibiti, perculsus, laudare recusaret, jussus, ut definiret, qvalis tandem humana Christi natura esset, ejusdemqve cum divina relatio, in miram delapsus est formulam: ἐκ δύω φύσεων γεγεννῆσθαι τόν κυριον ἡμῶν προ τῆς ἑνώσεως· μετα δὲ τὴν ἕνωσιν μιαν φυσιν· qva formula prolata et defensa, anathematizatus est.

Sed quum Eutyches, cui Eudoxia favebat, gratia imperatoris uteretur, hic synodum Ephesin. a. 449 coëgit, cui Nestorianismi fautorum nemini interesse licuit, Dioscurus vero, Monophysitarum facile princeps, præficiebatur. Itaqve in ea Euthychis formula monophysitica illa, orthodoxa pronuntiata est, Flavianus vero et qvi cum eo facerent, minis, armis militum præsentium, fustibus et pugnis crudelissime affecti. Hinc synodus illa haud injuste ληστρικη dicta est.

Sed his cognitis injuriis, honesti omnes jure irascebantur. Præcipue vero Leo Romanus tum ipse litteras de ea re ad Pulcheriam et Theodosium dedit, tum Valentiniano III, imperatori Occidentis, ejusqve et matri et uxori, qvæ Constantinopolitana princeps erat, persvasit, ut ad Theodosium gravissima verba scriberent. Qvæ tamen omni effectu carebant. Theodosius in decretis synodi Ephesinæ subsistendum esse putabat.

4. *Ipsa tandem res a.* 451 *per Leonem Magnum definita est.*

Vix autem Pulcheria, morte fratris, imperatrix facta fuit, quum novum concilium oecumenicum, Chalcedone a. 451 haberi juberet. In qvo patres, Leonis ad Flavianum datam epistolam secuti, Christum dicebant esse ὁμοουσιον τῳ πατρι et ὁμοουσιον ἡμῖν, eundemqve ἕνα και τὸν αὐτὸν Χριστον esse (εκ δυω φυσεων) ἐν δυω φυσεσι, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, αδιαιρετως, αχωριστως γνωριζομενον. In eodem concilio Dioscurus munere suo pulsus est: ceteris autem clericis, qvi facinorum synodi Ephesinæ rei fuerant, venia data est. Theodoreto et Ibati laus orthodoxiæ, ab Ægyptiis jamdudum negatæ, restituta est; eidem vero Nestorium, cui Pulcheria infestissima fuerat, damnare jubebantur.

II.

A r i a n i s m i

—381.

A.

dum, scepticismnm fidei eo usqve processisse, ut, Sabellianismo maximam partem probato, ipsam *personalitatem* non minus spiritui sancto qvam filio nos adstringit, consentaneum est, etiam *de mutua patrem inter et spi-* nisset, filium perfectum Deum esse, horum religionem ea lædere potuerunt, qvæ de Filio, humana natura systema. Sed dum his Ariana animos hominum ad studium metaphysices converteret, *vitæ asceticæ* cultores diderunt.

Personalitatem Logi

negavisse feruntur *Marcellus* Ancyrensis et *Photinus Sirmensis*. Prior horum Nicææ fuit strenuus sententiæ Alexandri defensor. Qvæ vero in verbis epistolæ Alexandri inesse videntur Sabellianismi vestigia, ab Ario silentio non prætermissa, ea Marcellus in opere suo "de subjectione Domini," cujus fragmentum superest, pressius seqvebatur: Logon sapientiam divinam nuncupans, neqve ante incarnationem nomine filii dei dignum. Hic gravissimum adversarium habuit Eusebium Cæsariensem, cui cedens, inconcilio Hieros. a. 335 erravisse se confessus est. Sed brevi post ipse munere suo orbatus est. Qvare ad Occidentem profugus, Sardicæ qvidem heterodoxiæ absolutus est, sed Sirmii a. 351 ab Eusebianis iterum damnatus est.

Photinus, hujus viri discipulus, episcopus Sirmiensis, eandem doctrinam fusius exornaverat; sed. cum Antiochiæ ab Eusebianis, tum Mediolani a. 346 a Catholicis damnabatur. Qva eius damnatione, in ternis synodis Sirmiensibus repetita, ipse munere suo depulsus est. Sed sententiæ ejus patroni ad ævum usqve Theodotii vigebant, qva de causa hic in symbolo Constant. a. 381 ambiguo symboli Nicæni verbo γεννηθεις addidit προ παντων των αιωνων, et verba: ἐυ τῆς βασιλειας ουχ εστι τελος, contrariæ sententiæ Marcelli opposuit.

Humanitatem Logi

negavit Apollinaris, lector Antiochenus, filius presbyteri eiusdem nominis, uterqve sub Juliano; Christianis omnem literaturæ Græcæ aditum præcludente, de litteris bene meritus, qvum eo tempore essent qvi notionem ὁμοουσιος adipsum corpus Christi referrent, tam ut dogma Athanasi tueretur, qvam ut idem cum iis conciliaret, qvæ in N. T. toties de Christo vero homine dicta sunt: systema excogitavit, multas non vero omnes difficultates tollens. Qvippe posuit Christum corpore (σωματι), eodemque animato (ψυχη) instructum, loco νοος seu πνευματος, id est rationis humanæ, τον λογον tenuisse. Qvod eius systema damnatum est, ipse autem ex ecclesia pulsus.

Divinitatem Spiritus sancti

negavit *Macedonius*, vir moribus parum honestis.

Eusebio Nicomedensi, qvem Constantius patriarcham Constantinopolitanum fecerat, defuncto, Macedonius ab Eusebianis, annuente Constantio, ecclesiæ Constantinopolitanæ præfectus est; qvod munus contra Athanasianos cædibus malisqve artibus tuebatur; donec a. 347 minis Constantis removebatur. Idem vero a. 355, a Constantio patriarchatui suo redditus est; huncqve inter turbas nonnulias tenebat ad a. 360, qvo anno, Acacio auctore, iterum exsulatus est.

Ab hoc tempore palam docuit, spiritum sanctum κτισμα esse; multosqve secum facientes (— *Pneumatomachos* vulgo nominatos —), habuit.

Qva re commoti Eustathius Sebastenus, Basilius M. et uterqve Gregorius hanc sententiam gravissimis verbis oppugnarunt. Ac placuit concilio Constantinopolitano (a. 381) sancire: "spiritum sanctum esse dominum, et vivificantem, qvi e patre procedit, qvi cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qvi locutus est per prophetas."

Schismata, ex lite Ariana orta.

a) Meletianum.

Postqvam a. 328 Eustathius a cathedra Antiochena motus fuisset, *Eusebiani* per XXX. annos Antiochiæ episcopos præficiebant (1. Eulalium († 331); 2. Euphronium († 333); Flacillam († 345); Stephanium (a. 348 pulsum); Leontium († 357); Eudoxium) *catholici* vero neminem præter Eustathium patriarcham agnoscebant.

Jam vero a. 360, Eudoxius, auctore Acacio, cathedræ Constantinopolitanæ præficiebatur, Meletius autem Antiochiæ patriarcha præpositus; qvi vero contra opinionem Acacii cum catholicis faciebat. Qva re divulgata, Meletius post XXX. dies. loco suo pulsus est, et Euzoius, strenuus Arianismi patronus, in ejus locum suffectus. Itaqve sub Juliano *alii* Eustathium, adhuc superstitem, episcopum esse malebant, *alii* Meletium, qvod Nicænam formulam tuebatur, patriarcham salutabant, *alii* deniqve Euzoium, Arianum, præsulis titulo ornabant.

In mediis his turbis Lucifer Calaritanus Paulinum patriarcham elegit, qvem occidentales tantum non omnes patriarcham agnoscebant.

Meletius, a Valente imperatore a. 370 exsulatus, post mortem ejus rediit.

Neqve schisma hoc morte Meletii a. 381 finitum est.

b) Luciferianum.

Lucifer, episc. Calaritanus, non solum sub Constantio Arianos strenue adortus est., sed etiam sub Juliano, qnum Athanasius animos Arianorum vellet reconciliare, et scriptis, (v. c. "de non conveniendo cum hæreticis;" "de non parcendo in Deum delinqventibus"), prohibere studuit, ne qvis lapsos hæreticos in ecclesiam reciperet, et re e communione ecclesiæ catholicæ excessit. Multos ille in Sardinia, Italia, Hispania et Africa sectatores habuit, sed hi a plerisqve male audiebant.

Sectæ asceticæ.

1. *Eustathiani.*

Eustathius Sebastenus non solum clericis nuptias interdixit, sed etiam conjugibus divortia svasit, et matrimonium nemini licitum voluit. Idem suis, qvos in Paphlagonia et Ponto multos habebat, vini carnisqve usum prohibuit; et jejunium præter modum commendavit. — Sed synodus Gangrensis a. 306 tantam abstinentiam improbavit.

2. *Euchetæ*,

etiam *Messaliani* dicti, tantam precibus tribuebant vim atqve pretium, ut ab omni opificio omniqve cultu externo abstinerent, solis precibus vacantes.

3. *Audiani.*

Audæus, Syrus, magis corruptis moribus cleri, qvam vitæ monasticæ principiis commotus fuisse videtur, ut rigidiorem morum disciplinam traderet. Ceterum ei vitio datum est, qvod Deo formam humanam tribueret, ex qvo sectatores ejus Antropomorphitæ nominati sunt.

Justinianus summo Monophysitas ad ecclesiam reducendi studio flagabat. Idem vero, catholicæ fid
qvam Monophysitarum, qvid crederent, qvidve damnarent imperare, qvam, autem Zenonis secutus, ad placi
artibus vel Theodoræ imperatricis, Monophysitarum fautricis, vel hominum, qvi imperatori a secretioribus eran
ex edictis principum oriri qveat, non est cur miremur, istiusmodi edicta Justiniani neqve Monophysitis pl
voluntati imperatoris restitisse, *Monophysitas* autem celerius et commodius ex omni, etiam civili, catholicæ ec
in *diversissimas sententias abierunt*. Qvum autem illi *Origenem* multi facerent, adversarii eorum eum dan
patriarchis Constantinopolitanis, qvi, qvod ab ipso imperatore vulgo constituebantur, ejus sententias plerumq
scopi oecumenici cum Gregorio Magno, patriarcha Romano, acerbe gesta.

Imperator. Græci.

Justinus I. † 527.

Justinianus. † 565.

Justinus II. † 578.

Tiberius. † 582.

Mauritius. † 602.

Phocas. † 604.

Scriptores occidentales.

Boethius (Anicius Manlius Torqvatus Severinus) Theodorico regi ab intimis, ab inimicis proditionis accusatus, capitali supplicio affectus est:

1. de trinitate;
2. de consolatione;
3. de arithmetica, geometria, musico.

Cassiodorus (Marc. Aurelius), ab Odoacero comes Herulorum creatus; sub Theodorico præfectus Siciliæ, consul, præfectus prætorio; post mortem ejus administrator regni; cui muneri sub Vitige renuntians in otio vitæ monasticæ litteris vacabat.

1. variarum epistolarum libri XII;
2. historiæ ecclesiasticæ tripartitæ lib. II;
3. chronicon ab Adamo usqve ad. a. 519;
4. de rebus gestis Gothorum libri XII;
5. institutiones ad divinas lectiones;
6. de anima;
7. de VII disciplinis.

Arator causidicus et comes domesticorum apud Athalaricum, regem, postea subdiaconus Romanus:

1. carmen epicum de actis app.;
2. carminis eliaci epistola ad Parthenium.

Fulgentius Ferandus, discip. Fulgentii Ruspensis, diaconus Carthaginensis, edicta Justiniani de tribus capitulis redarguit. . . . . † 530.

1. vita Fulgentii Ruspensis;
2. breviatio canonum ecclesiasticorum.

Dionysius Exiguus, Scytha, abbas Romanus, æræ christianæ inventor . . . † 556.

1. collectio canonum ecclesiasticorum;
2. collectio decretorum pontificum Romanorum.

Cæsarius, monachus Lerinensis, postea episcopus Arelatensis, a qvo dogma ignis purgatorii exposita est . . . . † 542.

homiliæ 46; tractatus; exhortationes; regulæ monachorum.

Benedictus Nursiensis, celeberrimus ordinis monachorum conditor

1. regulæ monachorum;
2. liber de ordine monasterii;
3. sermones, epistolæ.

Facundus, Hermianensis episcopus, legatus ecclesiæ Africanæ in concilio V^to^ (a. 553), decretis ejus et Vigilio Romano restitit.

1. pro defensione trium capitulorum libri XII.
2. epistola catholicæ fidei.

Liberatus diaconus Carthaginensis

breviarium causæ Nestor. et Eutychianorum.

Gregorius, Turonensis archiepiscopus, primus historiæ Francorum scriptor. † 576.

1. Annalium Francorum libri X.
2. de gloria martyrum libri II.
3. de vitis patrum.

Gildas, Britannus, ob doctrinam sapiens nominatus, monachus in monasterio Bannochorensi, postea Hiberniam profectus, de religioni chna propaganda promeruit:

de excidio Britanniæ.

Gregorius Magnus, qvi, qvum senator, patricius et præfectus urbis fuisset, vitæ monasticæ totum se dedit, postea diaconus factus est, et apocrisiarii munere Constantinopoli functus, tandem patriarcha Romanus electus est. Hic principes adulabatur, Judæos et Gentiles placide, clerum severe tractabat. Augustinum monachum in Britanniam misit, ut religionem traderet. Dogma ignis purgatorii latius exornavit.

1. moralium in Jobum libri 35;
2. dialogorum de vita et miraculis patrum Italicorum libri IV;
3. epistolarum libri VII;
4. liber pastoralis curæ ad Johannem, Ravennæ episcopum.

Scriptores orientales.

Severus, patriarcha Antiochenus, Monophysitarum fulcrum gravissimum:

epistolæ, homiliæ, commentarii.

Joh. Maxentius, presbyter Antioch., q Hormisdam in causa monachorum Sc tharum aggrediebatur.

1. capitula, s. anathematismi VII contr Nestor.
2. dialogorum contra Nestorianos libri II

Agapetus, diaconus Constant.

Justiniano sacra esse voluit admoniti num de imperio bene gerendo capit LXXXII.

Anastatius Sinaita, ex monacho Sinai mo tis patriarcha Antioch., Justiniano i causa Aphthardocetarum fortiter resi tit, qvam ob causam annos 23 in exili degit:

1. dux viæ adversus Acephalos;
2. anagogicarum contemplationum Hexameron. libr. XI;
3. orationes dogmaticæ V;
4. qvæstiones et responsiones in s. s.
5. compendiaria fidei institutio.

Johannes Climacus, monachus Sinai mont

scala (κλιμαξ) paradisi.

Johannes Scholasticus, Antiochenus, p triarcha Constantin.

1. canones ecclesiæ ad ordinem reale digestos edidit;
2. in libro "nomocanon" canonibus s nodorum edicta principum adjunxi

Johannes, Jejunator ex abstinentia sua n minatus, patriarcha Constant.

1. de poenitentia, continentia et virgi nitate homilia,
2. de pseudoprophetis et falsis doctor bus homilia,
3. libellus poenitentialis.

II.

Arianismi

—381.

A.

dum, scepticismnm fidei eo usqve processisse, ut, Sabellianismo maximam partem probato, ipsam *personalitatem* non minus spiritui sancto qvam filio nos adstringit, consentaneum est, etiam *de mutua patrem inter et spi-*nisset, filium perfectum Deum esse, horum religionem ea lædere potuerunt, qvæ de Filio, humana natura systema. Sed dum his Ariana animos hominum ad studium metaphysices converteret, *vitæ asceticæ* cultores diderunt.

Personalitatem Logi

negavisse feruntur *Marcellus* Ancyrensis et *Photinus Sirmensis*. Prior horum Nicææ fuit strenuus sententiæ Alexandri defensor. Qvæ vero in verbis epistolæ Alexandri inesse videntur Sabellianismi vestigia, ab Ario silentio non prætermissa, ea Marcellus in opere suo "de subjectione Domini," cujus fragmentum superest, pressius seqvebatur: Logon sapientiam divinam nuncupans, neqve ante incarnationem nomine filii dei dignum. Hic gravissimum adversarium habuit Eusebium Cæsariensem, cui cedens, in concilio Hieros. a. 335 erravisse se confessus est. Sed brevi post ipse munere suo orbatus est. Qvare ad Occidentem profugus, Sardicæ qvidem heterodoxiæ absolutus est, sed Sirmii a. 351 ab Eusebianis iterum damnatus est.

Photinus, hujus viri discipulus, episcopus Sirmiensis, eandem doctrinam fusius exornaverat; sed. cum Antiochiæ ab Eusebianis, tum Mediolani a. 346 a Catholicis damnabatur. Qva eius damnatione, in ternis synodis Sirmiensibus repetita, ipse munere suo depulsus est. Sed sententiæ ejus patroni ad ævum usqve Theodotii vigebant, qva de causa hic in symbolo Constant. a. 381 ambigue symboli Nicæni verbo γεννηθεις ε didit προ παντων των ε ωων, et verba: ἐν τῆς β λειας ουχ ἐστι τελος, c riæ sententiæ Marc posuit.

Humanitatem Logi

negavit Apollinaris, lector Antiochenus, filius presbyteri eiusdem nominis, nterqve sub Juliano, Christianis omnem literaturæ Græcæ aditum præcludente, de litteris bene meritus, qvum eo tempore essent qvi notionem ὁμοουσιος ad ipsum corpus Christi referrent, tam ut dogma Athanasi tueretur, qvam ut idem cum iis conciliaret, qvæ in N. T. toties de Christo vero homine dicta sunt: systema excogitavit, multas non vero omnes dificultates tollens. Qvippe posuit Christum corpore (σωματι), eodemque animato (ψυχη) instructum, loco νοος seu πνευματος, id est rationis humanæ, τον λογον tenuisse. Qvod eius systema damnatum est, ipse autem ex ecclesia pulsus.

Divinitatem Spiritus sancti

negavit *Macedonius*, vir moribus parum honestis.

Eusebio Nicomedensi, qvem Constantius patriarcham Constantinopolitanum fecerat, defuncto, Macedonius ab Eusebianis, annuente Constantio, ecclesiæ Constantinopolitanæ præfectus est; qvod munus contra Athanasianos cædibus malisqve artibus tuebatur; donec a. 347 minis Constantis removebatur. Idem vero a. 355, a Constantio patriarchatui suo redditus est; huncqve inter turbas nonnullas tenebat ad a. 360, qvo anno, Acacio auctore, iterum exsulatus est.

Ab hoc tempore palam docuit, spiritum sanctum κτισμα esse; multosqve secum facientes (— *Pneumatomachos* vulgo nominatos —), habuit.

Qva re commoti Eustathius Sebastenus, Basilius M. et uterqve Gregorius hanc sententiam gravissimis verbis oppugnarunt. Ac placuit concilio Constantinopolitano (a. 381) sancire: "spiritum sanctum esse domi- n. et vivificantem, qvi e procedit, qvi cum adora- r, qvi ophe-

Schismata, ex lite Ariana orta.

a) *Meletianum.*

Postqvam a. 328 Eustathius a cathedra Antiochena motus fuisset, *Eusebiani* per XXX. annos Antiochiæ episcopos præficiebant (1. Eulalium († 331); 2. Euphronium († 333); Flacillum († 345); Stephanium (a. 348 pulsum); Leontium († 357); Eudoxium) *catholici* vero neminem præter Eustathium patriarcham agnoscebant.

Jam vero a. 360, Eudoxius, auctore Acacio, cathedræ Constantinopolitanæ præficiebatur, Meletius autem Antiochiæ patriarcha præpositus; qvi vero contra opinionem Acacii cum catholicis faciebat. Qva re divulgata, Meletius post XXX. dies loco suo pulsus est, et Euzoius, strenuus Arianismi patronus, in ejus locum suffectus. Itaqve sub Juliano *alii* Eustathium, adhuc superstitem, episcopum esse malebant, *alii* Meletium, qvod Nicænam formulam tuebatur, patriarcham salutabant, *alii* deniqve Euzoium, Arianum, præsulis titulo ornabant.

In mediis his turbis Lucifer Calaritanus Paulinum patriarcham elegit, qvem occidentales tantum non omnes patriarcham agnoscebant.

Meletius, a Valente imperatore a. 370 exsulatus, post mortem ejus rediit.

Neqve schisma hoc morte Meletii a. 381 finitum est.

b) *Luciferianum.*

Lucifer, episc. Calaritanus, non solum sub Constantio Arianos strenue adortus est, sed etiam sub Juliano, qnum Athanasius animos Arianorum vellet reconciliare, et scriptis, (v. c. "de non conveniendo cum hæreticis;" "de non parcendo in Deum delinqventibus"), prohibere studuit, ne qvis lapsos hæreticos in ecclesiam reciperet, et re e communione ecclesiæ catholicæ excessit. Multos ille in Sardinia, Italia, Hispania et Africa sectatores habuit, sed hi a plerisqve male audiebant.

Sectæ asceticæ.

1. *Eustathiani.*

Eustathius Sebastenus non solum clericis nuptias interdixit, sed etiam conjugibus divortia svasit, et matrimonium nemini licitum voluit. Idem suis, qvos in Paphlagonia et Ponto multos habebat, vini carnisqve usum prohibuit; et jejunium præter modum commendavit. — Sed synodus Gangrensis a. 306 tantam abstinentiam improbavit.

2. *Euchetæ,*

etiam *Messaliani* dicti, tantam precibus tribuebant vim atqve pretium, ut ab omni opificio omniqve cultu externo abstinerent, solis precibus vacantes.

3. *Audiani.*

Audæus, Syrus, magis corruptis moribus cleri, qvam vitæ monasticæ principiis commotus fuisse videtur, ut rigidiorem morum disciplinam traderet. Ceterum ei vitio datum est, qvod Deo formam humanam tribueret, ex qvo sectatores ejis Antropomorphitæ nominati sunt.

A.

p r o g a b a t u r.

In *Habyssinia* Theophilus, Indus, vir Ario addictus, primus religionem tradidit; at majori, qvam ille, successu Frumentius et Ædesius, juvenes Tyrii, Athanasio cari; qvorum ille interpretationis sacræ s., qvæ adhuc tempore Chrysostomi Auxumæ valebat, autor fuisse existimatur.

Inter *Arabiam* et orbem Romanum magnum erat mercatorum commercium, ex qvo non minus qvam hominum chnorum, ut monachorum, in vicinis tractibus degentium, vel Asectarum, ut Simeonis Stylitæ in Syria, admiratione Arabes religionis chnæ notitia instrui poterant. Sed præter ea tenendum est, Constantium legatione, cui præerat idem ille Theophilus, ad regem Himjaritarum missa, ut potestatem suis ædem sacram exstruendi expeterent, præter exspectationem impetravisse, ut rex ille Arabum, ad religionem Christi conversus, chnis tria templa suo sumtu exstrueret. Qvæ autem de *Mariæ*, regina, a. 372 a Mose, homine chno, conversa, et religioni Christi miris modis proficiente, tradita sunt, ea rationibus chronologicis nimis adversantur. Chni, qvi in Persia vexati fuerant, in Arabiam aufugere, et per eos haud pauci, ut *Ashebethos*, princeps tribus Arabiæ, et *Terebon*, filius ejus, ad sacra chnorum traducti sunt. Ceterum Judæi, qvorum in Arabia magna multitudo erat, *Dunovæ*, regi, persvaserunt, ut chnos crudelissime perseqveretur; hic vero in duobus, ab *Elesbaam*, rege Habyssiniorum, pro re chnorum gestis bellis superatus, tandem cecidit.

Graviora mala chni, qvi in *Persia* erant, experti sunt intra annum 440. Regis Persiæ ejus ævi fuere: 1) Hormuz II. 301—308; 2) Schabur II. 308—381; 3) Ardeschir II. † 384; 4) Schabur III. † 389; 5) Baharam IV. † 399; 6) Jezdegerdus I. † 420; 7) Baharam V. † 441; qvorum secundus ter (a. 330, a. 342, a. 343) chnos misere vexavit, tres proximi eos tuiti sunt. Neqve Jezdegerdus I, qvi Maruthan Tagritanum magni faciebat, initio imperii sui hostili in chnos animo fuit; quum vero Abdas, episc., templum aliqvod solis diruisset, novæ ortæ sunt calamitates a. 418, qvæ per triginta annos chnos Persiæ affligerunt. Jam postqvam Nestoriani in Persiam aufugissent, regibus Persarum ne levissima qvidem timendi ratio erat, ne chni Persiæ contra se cum Græcis facerent. Qvare ab eo tempore vexationes desiere.

Iberios mulier qvædam, nomine Nuniæ, convertit.

Armeniæ apostolus jure habetur *Gregorius*, cognomine τοῦ φωτιστοῦ (init. sec. IV.), qvi Tiridatem regem convertit. Pari laude *'Miesrob* (init. sec. V.) dignus est, qvippe qvi alphabetæ Armenicæ autor, biblia in patriam lingvam transtulerit. — Persæ fidem chnorum, qvi in Armenia degebant, inde a medio seculo V^to^ sæpius infestabant.

Gothis religio chna innotuit per homines chnos, qvos in bellis, cum imperatoribus Romanis gestis, captivos duxerant, sed ante tempora Valentis non ita multi eorum chni erant. Hic vero iis intra fines imperii Romani considere ea lege permisit, ut paterentur se per magistros chnos, et eos qvidem Arianos, ad religionem Christi converti. Itaqve illa inter Gothos, maxime ope Ulphilæ, alphabetæ Gothicæ autoris et sacræ scripturæ interpretis, felicia cepit incrementa.

Inter *Marcomannos Fritigil* rex chnus factus fuisse dicitur sec. IV.

Qva ratione religio Christi *ultra citrave Danubium* propagata sit, nescimus, sed integri populi, ut Heruli, chni fuere.

Italiam occupavere *Longobardi* a. 568, qvorum maxima pars gentiles erant; sed brevi post omnes, si non Athanasiano dogmati, at chnæ fidei addicebantur.

Hiberniam adierat *Palladius*, a Coelestino a. 420 legatus, sed parum is proficiebat. *Patricius* vero, juvenis summa phantasiæ fervore summaqve animi constantia insignis, ei successit, et Hibernios longe plurimos chnam religionem docuit. † 460.

Interea Anglo Saxones, gentiles, in *Britanniam* transvecti, pæne omnia fidei chnæ vestigia delebant. Neqve ante exitum seculi VI^ti^ religio Christi iterum ibi tadita est. Tunc vero Augustinus, monachus, cum XL Benedictinis Kentiam appulsus, ope Berthæ reginæ, principis Galliæ chnæ, Adelberto regi tandem persvasit, ut ipse lavacrum sacrum subiret, et religioni inter suos propagandæ consuleret. Augustinus insulæ Britanniæ metropolita a Gregorio M. constitutus est.

In *Gallia* gens Francorum, auspice Chlodovæo, a. 496 ad sacra Christi transiit; eorum autem exemplum Allemanni secuti sunt.

celebrabatur:

α) u b i ?

1) *super sepulchris martyrum*, rarius tamen, quam antea. Ædes sacra super iis passim exstruebatur.

2) *in ædibus sacris*, jam magnifice constructis, argento, auro, gemmis repletis, picturis et imaginibus, quas multi ægre ferebant, (v. c. Epiphanius) alii pluris faciebant, (v. c. Gregorius M.) nemo vero colebat, ornatis, maxime autem reliquiis, undique corrasis, et ab ipso Gregorio Magno sparsis per orbem christianum, repletis.

b) q u o t i e s ?

1) *in qvavis septimana*, aliis in locis quater coenam sacram celebrabant, in aliis tantum die Saturni et Solis. Conventui religioso consecratus erat dies solis, et a Constantino M. feria judiciorum factus. Omne in hoc die opificium interdictum fuit.

2) *in festis annuis*, quibus cultus nocturnus praecedere solebat (παννυχίδες, vigiliæ). Erant ea

α) *festum paschatis*, in quo solemnis baptismus institui solebat. (Quartodecimani adhuc erant Ephesi et in Britannia);

β) *festum ascensionis Christi in coelum* in Occidente, testante Augustino, maturius institutum et celebrius celebratum, quam in Oriente;

γ) *festum pentecostes*, die post pascha L^mo^

δ) *festum epiphanias*, sc. baptismi Christi et

ε) *festum nativitatis Christi;* quæ duo nonnullis in locis unum efficiebant festum, ab aliis die XXV^to^ Decembris, ab aliis die VI^to^ Januarii celebratum

ζ) *festum purificationis Mariæ*, υπαπαντη dictum, die II^do^ Februarii;

η) *festum annunciationis Mariæ*, ἡ τ. εὐαγγελισμοῦ ἡμέρα, die XXV^to^ Martii;

ϑ) *festa natalium, quæ dicebantur, martyrum*, et multis in locis etiam confessorum, vel virorum illustrium, quin adeo Maccabæorum.

3) *festa semel celebranda erant:* *festa ædium sacrarum inaugurandarum*, quorum primum Hierosol. celebratum fuit a. 335.

cultus cum ea junctus

A.

c) *qua ratione?*

) *publice:*

α) *carmina decantabantur;* de qua parte liturgiæ Ambrosius et Gregorius M. meritissimi fuerunt;

β) *pericopæ V. et N. T. nec non librorum patrum ecclesiasticorum prælegebantur;*

γ) *concio habenda erat,* neque uno loco a solo quidem episcopo; sed haud raro non habita est. Audientes plaudebant;

δ) *preces fundebantur;*

ε) *osculum pacis alter alteri dabat;*

ζ) *sacramenta celebrabantur:*

a) *baptismus,* vel infantum, quem excipiebat

b) *ordinatio,* etiam *insignatio* dicta, qua frons, aures, nasus et pectus ungnebantur;

c) *coena sacra,* cui quæ annexæ fuerant agapæ (αγαπαι), in dies magis abrogabantur

) *privatim:*

jejuniis; de quo more animadvertendum est:

α) desiit mos die Mercurii jejunandi;

β) jejunium diei Saturni alii, maxime Occidentales, religionem, alii nefas ducebant;

γ) jejunium quadragesimæ paschati præcedebat;

δ) jejuninm ante festum pentecostes,

ε) jejunium mense Septembris,

ζ) jejunium ante festum nativitatis Christi, neqve tamen ubivis locorum, agi solebant.

Nota.

Cæterum præter deum colebant maryres, confessores, illustres V. T. viros, irginem Mariam, angelos atque ipsam rucem Christi.

patebat

a) *hominibus christianis,*

b) *cathecumenis,* quibus per tres classes ad coetum christianorum enitendum erat:

1) αχροαμενοι

2) γονυχλινοντες

3) βαπτιζομενοι s. φωτιζομενοι, competentes;

c) *excommunicatis,* quum

α) permensi fuissent gradus poenitentium;

1) προςχλαιοντες s. χειμαζομενοι; qvi erant απεργομενοι της εχχλησιας;

2) αχροαμενοι, in ferula (ναρϑηξ) prælectionem S. S. et concionem percipientes;

3) ὑποπιπτοντες, substrati, de quibus solemnes preces habebantur.

4) συνισταμενοι, qui reliquis ritibus ecclesiasticis intererant, sed χωρις προσφορας.

(Qui tamen gradus, quanquam vel a Theodosio M., auctore Ambrosio, observati, a plerisque negligebantur; haud dubie, quod homines non raro etiam ob levissima delicta excommunicarentur.)

β) *et peccata sua* aut publice, quod varius fiebat, aut soli sacerdoti *confessi essent;*

γ) *et poenarum tandem ecclesiasticarum absoluti essent.*

Nota.

Quum religio auctoritate publica munita esset, varia genera lapsorum esse desierunt.

augebatur

Vita monastica,

quæ, sub persecutione Maximi, Antonio auctore, orta a. 311, et a Pachomio certis habitaculis (χοινοβιον), interclusa certisque regulis adstricta, brevi post, quod securitas cultus religiosi patientiæ, constantiæ cæterisque virtutibus christianis parum proficere videretur, innumeros nacta est admiratores, imitatores et sectatores. Sic Ammon in monte Nitriæ, in Ægypto, claustrum condidit. Hilarius in Palæstina, Eustathius Sebastenus in Armenia et Asia minore, Athanasius ille in Gallia. Quo factum est, ut occidente seculo IVto, gravissimi quique viri — (ut Basilius M. in Asia minore, Chrysostomus in Thracia, Ephræmus in Syria, Ambrosius in Italia, Martinus Turinensis, cui deinde successit Johannes Cassianus Massiliensis, in Gallia, et Augustinus in Africa); — maximi essent vitæ illius, φιλοσοφιας dictæ, laudatores.

Sed hac admiratione cultui religioso male consulebatur vel, quod invaluit mos clericos e medio monachorum eligendi, vel, quod cultus divinus et ratio elegendi clericos in imitationem coenobitarum mutabatur.

Cæterum Benedictus Nursiensis a. 529 in monasterio *Cassinensi*, a se condito, novam eandemqve prudentiorem instituit degendi rationem monachorum.

Hi enim, cercumvagari antea soliti, ab ipso non solum intra claustri suorum muros continebantur, sed præter preces exercitationesqve asceticas, litteris vacare, et pueros instituere jubebantur.

Vita Benedicti († 543), multis fabulis, visionum miraculorumqve narrationibus referta, nobis obscurior est. Sed tanta erat viri fama, tamqve strenuum ipsum colendi studium Placidi, Mauri, Æmiliani, discipulorum ejus, et ipsius Gregorii Magni, ut tota fere Occidens sub finem seculi VIti solam regulam Benedicti seqveretur.

Imperatorum nemo vitæ illi admodum consuluit. E contrario Julianus vi monachos coegit, ut stipendia facerent, Valens autem eos "ad munia patriarum subeunda revocari" jussit, et Arcadius iis interdixit gravissimorum criminum reos vi liberare; qvæ lex a Justiniano repetita est.

III.

Ævum magnæ populorum transmigrationis
381—

B.

Qvæ inter Chnos nova agitata fuerunt ex triplici fonte, jamdudum bulliente, suborta sunt. Qvæ enim ex solum ad initia vitæ Jesu, sed ad ipsam naturam mulieris, qvæ eum pepererat, converterent, variæ exstiterunt genem nimis colendi aut prorsus contemnendi, hæc ansam dedit *turbarum Origenianarum*. Qvod tandem tatis, admiratio, ea cum varii generis *superstitionis* fons erat, qvam qvi offendebant religionem offendisse

Fata gentilium.

Per hæc tempora cultus gentilium religionis indies magis desiit; qvanqvam imperatores, qvi omnes chni erant, superstitionem illam uno ictu perculsam voluerunt. Videlicet quum timerent, ne gentiles aut novas res molirentur, aut ad exteras gentes confugerent, et suorum, præcipue monachorum, in eos crudelitatem constrinxerunt, et multis sacris gentilibus, maxime in Occidente, connixerunt. Qvid? qvod leges, in illos latas, vel intra breve tempus revocabant, vel impune negligi aut migrari patiebantur. — Legibus tamen *Theodosius*

1. a. 381 (— et ejus exemplum secutus *Gratianus* a. 382 —) iis, qvi ad paganorum religionem transierant "facultatem jusqve testandi" eripuit;
2. a. 385 auguria eis interdixit;
3. a. 386 edicto, Cynegio, præfecto prætorio, dato, omnia templa claudi jussit;
4. a. 391 edixit: "nemo se hostiis polluat, nemo delubra adeat, nemo templa perlustret;"
5. a. autem seqvente: "nullus omnino .... in nulla urbe sensu carentibus simulacris vel insontem victimam cædat, vel accendat lumina, imponat thura, serta suspendat," et tam sacrificantibus supplicia mortis, qvam judicibus et "curialibus", delicta ista plectere negligentibus, mulctæ poenam minitatus est;
6. idem deniqve a. 394, quum totum orbem Romanum ditione teneret, publica in senatu habita oratione, impetravit, ut religio chna senatus consulto orbis Romani religio pronunciaretur.

Patris exemplum secuti *Honorius* et *Arcadius*, *ille* qvidem, barbarorum incursionibus territus, cautius et lenius, — ut a. 409, quum Alaricus Romam obsideret sacra diis fieri permitteret—, *hic* vero liberius et severius, gentilium religionem oppugnarunt; ita ut a. 423 nullus haberetur publicus gentilium sacrorum cultus.

De virgine Maria.

1. *Antidicomarianitæ* ab Epiphanio dicti sunt homines nonnulli in Arabia, qvi, qvod fratres et sorores Jesu in N. T. passim commemorati fuerint, statuendum esse putaverant, Mariam præter Christum plures liberos peperisse. Epiphanius litteras iis dedit, qvæ virginitatem Mariæ demonstrare conantur.

2. *Collyridianitæ* ab eodem Epiphanio dictæ sunt mulieres nonnullæ, qvæ in festo qvodam, qvotannis habendo, pane (κολλυρίς), ipsi consecrato, vescebantur. Epiphanius hunc cultum Mariæ ægre tulit, ægrius autem, qvod foeminæ *sacrificare* ausæ fuissent.

3. *Helvidius* Mediolanensis, Romæ apologiam religionis edidit, in qva eandem, ac Antidicomarianitæ, sententiam obiter perstrinxerat. In eum Hieronymus, auspice Damaso Romano, librum edidit, qvi auctori suo summo est dedecori.

4. *Bonosus*, cujus historia satis obscura est, æqvales suos offendit, qvod Mariæ justum honorem detrahere videbatur. Qvamqvam vero ipse Ambrosius synodos in eum cogeret, hic tamen tot habuit in Illyria sodales, ut proprium ecclesiam conderet, Sericius autem, patriarcha Romanus, non auderet cum eo congredi. Hinc jure colligimus, Bonosum haud solo cultu Mariæ a suis discessisse.

5. *Jovinianus*; de qvo vid. columm. proxim.

Superstitionem

aggressi sunt

1. *Jovinianus*, monachus Romanus, qvi non solum a Sericio, patriarcha, et ab Ambrosio Mediolanensi, qvi majori, qvam ille, auctoritate fuit, damnatus est, sed etiam jussu Honorii imperatoris loris cæsus, in insulam Boram relegatus est. Hieronymus autem, tunc temporis prope Bethlehemum degens, in Jovinianum tam acerbe scripsit, ut nos erubesceret ei vitio vertere, qvod mundis vestibus uti soleret, tamqve imprudenter, ut ipse Manichæismi suspicionem moveret. Cæterum Jovinianus docuit, virginitatem Mariæ, ex qvo tempore Christum pepererat, sublatam esse, coelibi autem vitæ, jejuniis et operibus, qvæ dicuntur, operatis singulare pretium inesse negavit.

2. *Sarmatio et Barbatianus*, monachi Mediol.; qvi, quum Ambrosium hostem experti fuissent, in Galliam aufugerunt.

3. *Vigilantius*, Gallus, qvi in Palæstina a. 396 familiaritatem Hieronymi inierat. Hic, presbyter Barcellonæ factus, librum edidit, in qvo negavit, martyrum sepulchra vel reliqvias veneranda esse; peregrinationes autem, vigilias, vitam coelibem et monasticam contemtui habuit. Qvæ omnia Hieronymi bilem moverunt.

III.

vel Ambrosii, Hieronymi et Augustini.

—427.

cultionis velut fastigium, theologos produxit, qvi de rebus, et longe plurimis et ab antea tractatis diversissi-*tistarumqve,* et *schismata Meletianorum, Luciferianorumqve,* qvæ ante a. 381 haud fuerant composita, — erant et antea inaudita.

Reliqviæ hæresium.

1. *Arianismi.*

Theodosius Magnus severis legibus canones conc. Const. (a. 381) tuebatur, ut Arianos et conventus religiosos habendi, et testamenta faciendi potestate privaret, etiam "ab humana communione" eos secludi juberet. Neque is orthodoxis Occidentis defuit. Qvi quum a Justina, matre Valentiniani II, sibi infestissima, juberentur Arianis ædes sacras nonnullas reddere (a. 386), Valentiniano, fidem suam contra Maximum imploranti, persvasit, ut a. 388 gravem in Arianos legem ferret.— Mediolani Ambrosius strenuus erat fidei catholicæ adversus Arianos vindex.— Honorius autem et Arcadius patris in Arianos severitatem imitabantur. Qvibus omnibus Arianismus inter Romanos exstincta est.

Interea barbari populi, qvi in orbe Romano considebant, qvod meditando parum idonei essent, Ariani facti sunt. Itaqve Arianismus inter Ostrogothos, Burgundiones, Visigothos, Alanos, Svevos et Vandalos nova cepit incrementa.

2. *Manichæismi.*

Manichæis, jam detectis, Theodosius M. a. 381 "testandi ac vivendi jure Romano eripuit facultatem;" qvi idem a. 389 edixit: "ex omni qvidem orbe terrarum sed qvam maxime de hac urbe pellantur sub interminatione judicii." Neqve minus Honorius in Occidente, Manichæismi, qvod voluit" publicum crimen esse" damnavit, ac ipsos Manichæos "bonorum publicatione" punivit. Valentinianus III autem, lege a. 425, eos gravissime afflixit. Qvibus tamen hæresis illa non tollebatur. Subito vero in Hispania nova prodiit Manichæismi familia *Priscillianistarum,* qvi continentiæ vitæ admodum incumbebant. Priscillianus, coryphæus eorum, tametsi a. 380 in synodo Cæsaraugustana, auctoribus Idacio et Ithacio, episcopis, damnatus, et brevi post lege Gratiani solum vertere jussus fuisset, tamen cum Instantio et Salviano, sociis suis, Romam profectus, ab imperatore impetravit, ut muneri suo redderetur. Eo autem tempore Maximus, tyrannus, Galliam occupaverat; qvi, quum Idacius et Ithacius Priscillianum coram se hæreseos postulassent, lubentissime eum in synodo Burdegalensi damnavit, et Triveris a. 385 capitali supplicio affecit. Qvod vero omnes ægerrime tulerunt. Martinus Turonensis tanta Maximum gravitate reprehendit, ut hic copias, qvas, contra Priscillianistas paratas, ad Hispaniam miserat, revocaret. Ambrosius vero in synodo Toletana a. 400 Priscillianistarum episcopos haud paucos fidei suæ devinxit. Sed qvæ est ratio hominum, crudelissimis qvibusqve vexationibus ovantium, Priscillianistæ ante multos annos haud tollebantur.

Reliqviæ schismatum.

1. *Donatistarum.*

Donatistæ morte Parmeniani, qvi Donato episcopo successerat, Primianum episcopum designarunt. Postqvam vero ille in invidiam et odium Maximiani incurrisset, Donatistarum autem non pauci Maximianum episcopum salutarent: schisma oriebatur, qvod non ante compositum fuit, qvam severissimæ leges Honorii imperatoris a. 404—411 in Donatistas latæ fuissent. Jam a. 411 colloqvium inter Catholicos episcopos numero 280 et Donatistarum episcopos numero 279 jussu imperatoris institutum est; cui Flavius Marcellinus, tribunus, præfuit. In eo vero Augustinus Donatistis tam strenue ac subtiliter obstitit, ut, quum neqve Felicem traditoris culpæ arguere possent, neqve auderent lapsos omnes absoluto damnare, qva re sese, qvod Maximianitas in ecclesiam receperant, ipsi damnavissent: cedere cogebantur. Jam qvidem multi ad ecclesiam catholicam redierunt, ceterorum autem sors miserrima fuit, usqvedum eis sub Vandalis, qvod hi catholicos omnes odio haberent, tutius vivere licuisset. Sed seqventi tempore neqve numero neqve vi eminuerunt; qvare nullam eorum mentionem posthac faciemus.

2. *Meletianorum.*

Schisma hoc, qvod a Meletio nomen traxerat, neqve morte ejus († 381) neqve obitu Paulini († 388) sublatum fuit; nam suum qvæqve factio episcopum elegit: Flavianum et Euagrium, qvorum hic a. 394, ille a. 404 obiit. Neqve novus patriarcha Porphyrius († 412) Eusthatianorum animos reconciliare potuit. Qvod tandem a. 413 factum est placida Alexandri († 421) episcopi prudentia. Itaqve post 85 demum annos omne Antiochenæ ecclesiæ dissidium exstinctum fuit.

3. *Luciferianorum.*

Luciferiani, qvod cum æqvalibus suis internæ ecclesiæ notionem cum externa commutarent, erroris non facile poterant convinci. Qvid? qvod Faustinus et Marcellinus, presbyteri, datis litteris Theodosium imperatorem obtestati sunt, ut se contra injurias Damasi, patriarchæ Romani, tueretur. Noli igitur mirari, Hieronymi dialogum adversus Luciferianos, auctore Damaso conscriptum, schisma illud non tam sustulisse qvam confirmavisse.

IV.

Evum Semipelagianismi et litium Monophysiticarum.
427—527.

A.

Doctrina Augustini, licet tanti nominis viri auctoritate defensa, et conciliorum decretis confirmata, cum hominibus, meditando parum adsvetis, subtilior visa est, tum sanæ menti hominum, liberum arbitrium adsidue persentium, gravius repugnat, qvam ut diu valeret. Haud igitur mirandum est, eam post obitum Augustini in eis terris Occidentis, ubi nulla edicta principum orthodoxiam constituebant, mitigati Pelagianismi, qvem *Semipelagianismum* Scholastici dixerunt, si non veriori at simpliciori doctrinæ cessisse. Nec mirari subit, nomen Augustini in summa virorum doctorum mediocritate tantum valuisse, ut, defunctis Semipelagianismi coryphæis, integra doctrinæ ejus laus restitueretur.

Fata Gentilium.

In Occidente, ubi freqventes erant barborum populorum, eorundemqve gentilium incursiones, imperatores autem vel imbecilliores vel a fide catholica alieni erant, ipse cultus gentilium sacrorum vigebat. Qvid? qvod Gregorius Magnus narrat, in Sicilia et Sardinia multos suo tempore gentiles fuisse.

Scriptores occidentales.

Orosius (Paulus), presbyter Tarraconensis:
1. Historia adversus Paganos libr. VII, qvæ calumnias gentilium — imperium Romanum per chnos collapsum fuisse — refellit;
2. Apologeticus contra Pelagianos de arbitrii libertate;
3. commonitorium de errore Priscillianistarum et Origenitarum.

Johannes Cassianus, Scytha, primum monachus Palæstinensis et Ægyptius, postea Constantinopoli discipulus Chrysostomi, Romæ deinceps presbyter, Massiliæ tandem, ubi duo monasteria condidit, presbyter factus . . . . † 440.
1. de institutis coenobiorum libr. IV;
2. collationes patrum Sceticorum, numero 24;
3. de octo capitalibus vitiis libr. VIII.

Vincentius Lerinensis, ex milite monachus, postea presbyter, qvem catholici posthac in notione traditionis definienda secuti sunt. . . . . . † 450.
commonitorium pro catholicæ fidei antiqvitate et universitate adversus profanas omnium hæreticorum novitates.

Prosper Aqvitanicus, Leoni Magno ab epistolis secretioribus . . . . † 463.
1. de promissionibus et prædictionibus Dei;
2. de vita contemplativa;
3. responsiones et epistolæ;
4. de gratia et arbitrio liber contra collatorem.

Eucherius, monachus Lerinensis, postea episcopus Lugdunensis . . . . † 456.
de contemtu mundi et secularis philosophiæ, epistolæ.

Salvianus, presbyter Massiliensis. . . . . . †485.
1. de providentia et gubernatione Dei libr. VII;
2. adversus avaritiam, præsertim clericorum lib. IV.

Faustus, abbas Lerinensis, postea episcopus Regiensis s. Rejensis (Riez.) . . . . † 490.
de gratia Dei et humanæ mentis libero arbitrio libr. II.

Arnobius, junior:
1. commentarius in Psalmos; 2. Prædestinatus.

Gennadius, presbyter Massiliensis: de scriptoribus ecclesiasticis . . . . † 497.

Fulgentius, *Ruspensis* episcopus, a Thrasimundo, rege Vandalorum, bis in exilium ad Sardiniam expulsus, sed post mortem ejus restitutus. † 533.
1. de veritate prædestinationis et gratia Dei lib. III;
2. homiliæ LXX.

Semipelagianismus.

Brevi ante mortem Augustini *Johannes Cassianus*, monachus orientalis, Massiliæ per ultimos vitæ annos degens, novus prodiit systematis ejus adversarius; cujus rei duæ rationes sunt. Primum, qvod hoc monachorum de pretio bonorum operum doctrinam funditus tolleret, alterum, qvod Cassianus orientalibus, qvorum nemo cum Augustino fecerat, magistris gavisus, ab ista doctrina plane abhorreret. Idem præterea mediam inter Augustinum et Pelagium viam ingredi dicebatur; eo autem tempore in Gallia nulla erat auctoritas neqve imperatorum neqve antistitum Romanorum. Ob has causas Gallorum longe plurimi sententiam ejus amplectebantur. Augustinus de ea re per Prosperum Aqvitanicum et Hilarium, duum virorum magis admiratione Augustini qvam doctrina et ingenio insignes, certior factus, in "Massilienses" illos duos libros gravissimos (vid. scripta Aug. conscripsit, et Coelestium, pontificem Romanum, adduxit, ut fulmine suo omnes feriret, qvi doctrinas, Augustinianis contrarias, foverent. Sed neutrum voluntati Augustini satisfecit; ipse autem ante paucos menses diem obiit supremum a. 430. Qvo defuncto Prosper magna qvidem acerbitate in Massilienses utebatur, sed quum argumenti loco contenderet nefas esse a tanti viri sententiis recedere, sententia Johannis Cassiani († 448) pluribus indies probata est, qvos inter nominare sufficit Vincentium Lerinensem et Faustum Rejensem, qvorum *ille* eo magis Augustinianismo nocuit, qui magis opere suo ("commonitorium" &c.) catholicam fidem tuitus fuisse habebatur, *hic* vero pro episcopali sua auctoritate Lucidum, presbyterum Augustinianismi studiosissimum, compulit, ut dogmata Augustini damnaret, reliqvos vero suffraganeos suos, ut in synodo Arelatensi (a. 475) libro suo ("de gratia" &c.) nomina subscriberent, et in nova synodo, Lugduni habita, munus additamenta libro isti subjungendi in se conferrent.

Faustus et sodales ejus multa Augustino tribuerant consequentia, qvæ ipse nullo modo probavisset, et in opere "Prædestinatus", ne tanti viri famam lædere viderentur, sectam esse finxerunt, nomen non Augustini sed Prædestinatianorum præ se ferentem. Qvibus omnibus factum est, ut Hormisdas, patriarcha Romanus, Faustum non damnaret.

Interea Romani pontifices omnes, ut Afrorum animos sibi devincerent. Afri autem, admiratione Augustini capti, dogmata ejus uno ore collaudabant. Qvare quum monachi qvidam Scythiani, Romam profecti, scripta Fausti summopere vituperassent, Africani episcopi, qvi, a Vandalis expulsi in Sardiniam se contulerant, auspice Fulgentio Ruspensi, auctoritatem Augustini tanta vi defendebant, ut synodus in ipsa Gallia, Arausione (Orange) (a. 529), habita Semipelagianismum solenniter damnaret.

IV.

Ævum Semipelagianismi et litium Monophysiticarum.

427—527.

B.

Qvæ in Oriente hucusqve in disputationem vocata fuerant dogmata chna, de singulis eorum certa statuendi norma decreta fuerat. Sed qualis inter utramque Christi naturam intercederet relatio, tantum abfuit, ut, systemate Apollinaris damnato, defineretur, ut hoc ipso amplum cogitandi spatium theologis offerretur. Quum vero damnatus ille Apollinaris Antiochiæ degisset, consentaneum est, *Antiochenos omnes theologos* humanam Christi naturam a divina studiosius distinxisse, sed ita qvidem specie unitatis personæ Christi turbatæ, in Scyllam, dum Charybdin vitare vellent, incidisse. Quos alii, *Ægyptios* dico, aggressi, ipsi hæreseos Apollinarismi rei facti sunt. Neqve felicior fuit tertia, ab *Eutyche* quodam prolata, hypothesis. Quibus graviter agitatis, qvarta tandem statuendi ratio majoris numeri hominum assensum tulit. Ecquis vero existimet, vulgum, si metaphysices quæstionum judex et arbiter factus fuerit, nominum auctoritati veritatem prælaturum esse? Haud igitur mirabimur, *multos vulgi motus*, etiam post cardinem rei a theologis satis subtiliter definitum, pacem ecclesiæ turbavisse. Quod si vero principes tale quid experti fuerint, nisi eximio veritatis amore incensi sint, vulgi animos facilius qvam honestius conciliare student; quod hoc etiam tempore factum esse infra videbimus.

Scriptores orientales.

Socrates Scholasticus, s. jurisconsultus, Constantinopoli natus:

historiam ecclesiasticam libr. VII. ab a. 333 ad a. 430 pertexuit, in qva autorem veritatis studiosissimum fuisse invenies.

Sozomenus, in Palæstina natus, Constantinopoli jurisconsultus degit:

historiam ecclesiasticam lib. IX. ad a. 430 scripsit, in qva multa ascetarum miracula tradidit.

Philostorgius, Capadox idemqve Arianus,

historiam ecclesiasticam ab initio litis Arianæ ad mortem Honorii, cujus tantum fragmenta apud Photium leguntur.

Theodoretus, discipulus Theodori et Chrysostomi, Cyri in Syria episcopus, ab a. 420, munere pulsus a. 449, restitutus a. 451, obiit a. 457:

1. commentarii multi, maxime in V. T. libros;
2. historia ecclesiastica libr. V;
3. de fabulis hæreticis libr. V;
4. de curandis morbis s. affectionibus Græcorum libri XII;
5. de providentia orationes X.

Ibas, Edessenus episcopus a 433—457, fermeeadem fata subiit, ac Theodoretus,

epistola ad Marin Persam.

Basilius, Seleuciæ in Isauria episcopus, mentis inconstantia inclytus. . . . . † 458.

orationes in Vetus Testam. 43;
orationes in Novum Testam. 21;
demonstratio contra Judæos de adventu Christi.

Procopius, Gazæus, Sophista,
interpretationes s. s., ex veterib. excerptæ.

Lites monophysiticæ.

1. a. 427—431. *Hypothesis Nestoriana damnata.*

Nestorius, presbyter Antiochenus, a. 427 patriarcha Constantinopolis factus est, sed plurimos hostes illico habuit. Clerus Constant. ægre tulit, hominem Antiochenum, non virum e medio suo electum, sibi præfectum fuisse: aulici, maxime vero Pulcheria, soror imperatoris, morum et sermonum ejus gravitate haud parum offendebantur: Memnon, Ephesinus, quem habuit suffraganorum omnium potentissimum, odio ejus ardebat, quod ille se ob morem Quatuordecimanorum, quem Memnon, ut omnes Ephesii, sequebatur, vituperaverat; Coelestinus, patr. Rom., non minus ei infensus fuit, Nestor enim Pelagianos nonnullos, ab illo damnatos, exceperat. Ante omnes vero Cyrillus Alexandrinus, dignitatis, qua patriarcha Constant. post annum 381 (vide pag. 36) sibi antecelleret, exosus, studiosius optabat, fore tandem, ut Nestorium hæreseos postularet; qvæ quidem occasio ei brevi post oblata est. Etenim Anastasius, presbyter quidam, vel ut alii asserunt, Dorothæus, Dorylaensis episcopus, verbum θεοτοκος, de Maria ante tempus aliquod, ut ab utroque Gregorio, usurpari solitum, ægre ferens, siquidem illud Apollinarismum sapere videretur, publicam de ea re concionem Constantinopoli habuit, quam postea Nestorius, et Constantinopoli et per litteras in Cyrillum Alexandrinum, acrem formulæ istius vindicem, tuebatur, negans "deum habere matrem" vel "creaturam (Mariam) peperisse increabilem," largiens tamen „creaturam peperisse hominem deitatis instrumentum." Qua de causa verbum χριστοτοκον longe præferendum esse censuit.

Quanquam igitur cardo rei de duobus verbis, utrum aptius esset, neque de dogmate, religionis versaretur, ipse autem Nestorius verbum θεοτοκος recipere se velle confiteretur, Cyrillus tamen hæresin Pauli Samosateni in verbo illo indagare potuit, et duodecim theses Nestorianas in synodo Alexandrina damnavit. Jam ipse Nestorius ab imperatore petiit, ut synodus oecumenica ad eam rem definiendam Ephesi a. 431 cogeretur. In qva tamen Cyrillus, adventum Antiochenorum haud exspectans, cum Memnone illo Nestorium indicta causa damnavit. Antiocheni quidem, quum supervenissent, Cyrillum et Memnonem excommunicatos pronuntiabant, ac edictum aliquod imperatoris ea, qvæ Cyrillo auctore decreta fuerant, irrita faciebant; sed idem ille Cyrillus epistolam ad Dalmatiam, monachum, Constantinopoli summa sanctitatis fama clarum, dedit; qva ille commotus protinus in monachis et plebe Constant. tantos motus concitavit, ut imperator, legatis Cyrilli admissis, Nestorium, munere pulsum, solum vertere juberet. Simul quidem Memnonem et Cyrillum, causa eorum per Candidianum, Irenæum et Johannem, legatos, ter cognita, muneribus suis exuit, sed eisdem eos, nescimus quibus id artibus factum fuerit, restituit. Quibus omnibus hypothesis Nestorii, qua duas Christi naturas συναφεια inter se conjunctas esse posuit, improbata est.

IV.

Ævum Semipelagianismi et litium Monophysiticarum.

427—527.

C.

Imperator. Græci.	Patriarchæ Constant.	Ægyptii.	Antioch.	Hieros.	Romani.
Theodosius II.	*Nestorius,* pulsus 431. † 437.	*Cyrillus.*	*Johannes.*	*Juvenalis.*	*Sixtus III.*
cujus lenitate vel Eudoxia, regina,	*Maximianus.*				
vel Pulcheria, soror, ad	† 434. *Proclus.*				
suam qvæqve factionem			† 441. *Dominus,*		† 440. *Leo I., M.*
theologicam muniendam abutebantur.	† 447.	† 444. *Dioscurus.*			
	Flavianus.				
	† 449.		pulsus 449. *Maximus.*		
† 450.	*Anatolius.*				
Pulcheria, qvæ Marciano nupset.					
		† 451.			

Lites Monophysiticæ.

2. a. 431—435. *Sententia Cyrilli a multis repudiata.*

Quum clerus Antiochenus, sortem Nestorii ægerrime ferens, Cyrillum, Memnonem (Ephesinum) et Maximianum justos ecclesiæ antistites agnoscere detrectaret, imperator summam dedit operam, ut pax restitueretur. Quæ qvidem inter Johannem Antiochenum et Cyrillum ea lege pacta est, ut Cyrillus formulæ cuidam, qva duas in Christo naturas esse dabat, nomen suum subscriberet, Johannes vero Nestorii damnationem justam declararet. Sed tantum abfuit, ut animi litigantium hoc pacto sedarentur, ut, qvotqvot IX provinciis patriarchatus Antiocheni præerant antistites, Johannem neglectæ fidei et pietatis, Nestorio debitæ, accusarent, ac, postqvam ille, Pulcheria fautrice fretus, minis et armis eos ad orthodoxiam Cyrilli confitendam et damnationem Nestorii ferendam compulisset, qvi hisce non cessissent, in Persiam, annuente Pheroxe, rege Persarum, a. 435 sese conferrent; ubi Barsumas, patriarcha, seu, ut dici malebat, catholicus eorum, ecclesiis suorum, qvos *Nestorianos* dixerunt, Seleuciæ et Ctesiphonte, expulsis ceteris chnis, qvi Græca dogmata seqvebantur, florentibus per multos annos præerat. Itaque sententia Cyrilli: γεγέννηκε (sc. Maria) σαρκικῶς σαρκα γεγονότα τον εκ θεοῦ λόγον, vel, brevius expressa: naturarum Christi ἕνωσις φυσικη est, non nisi armis vindicata, sed a doctissimis quibusque repudiata est.

3. a. 448—450. *Nova hypothesis Eutychis ad breve tempus vicit.*

Per duo lustra et qvod excurrebat arma litigantium siluere. Interea Flavianus, patr. Const., nova formula: Christum fuisse ὁμοουσιον ἡμιν, rationem humanæ ejus naturæ accuratius definitam voluit. Qvam quum *Eutyches*, presbyter, forsan novitate verbi, divinitati Christi describendæ hactenus adhibiti, perculsus, laudare recusaret, jussus, ut definiret, qvalis tandem humana Christi natura esset, ejusdemqve cum divina relatio, in miram delapsus est formulam: ἐκ δύω φύσεων γεγεννῆσθαι τόν κυριον ἡμῶν προ τῆς ἑνώσεως· μετα δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φυσιν· qva formula prolata et defensa, anathematizatus est.

Sed quum Eutyches, cui Eudoxia favebat, gratia imperatoris uteretur, hic synodum Ephesin. a. 449 coëgit, cui Nestorianismi fautorum nemini interesse licuit, Dioscurus vero, Monophysitarum facile princeps, præficiebatur. Itaqve in ea Euthychis formula, monophysitica illa, orthodoxa pronuntiata est, Flavianus vero et qvi cum eo facerent, minis, armis militum præsentium, fustibus et pugnis crudelissime affecti. Hinc synodus illa haud injuste ληστρικη dicta est.

Sed his cognitis injuriis, honesti omnes jure irascebantur. Præcipue vero Leo Romanus tum ipse litteras de ea re ad Pulcheriam et Theodosium dedit, tum Valentiniano III, imperatori Occidentis, ejusqve et matri et uxori, qvæ Constantinopolitana princeps erat, persvasit, ut ad Theodosium gravissima verba scriberent. Qvæ tamen omni effectu carebant. Theodosius in decretis synodi Ephesinæ subsistendum esse putabat.

4. *Ipsa tandem res a.* 451 *per Leonem Magnum definita est.*

Vix autem Pulcheria, morte fratris, imperatrix facta fuit, quum novum concilium oecumenicum, Chalcedone a. 451 haberi juberet. In qvo patres, Leonis ad Flavianum datam epistolam secuti, Christum dicebant esse ὁμοουσιον τῳ πατρι et ὁμοουσιον ἡμῖν, eundemqve ἕνα και τόν αυτόν Χριστον esse (εκ δυω φυσεων) ἐν δυω φυσεσι, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, αδιαιρετως, αχωριστως γνωριζομενον. In eodem concilio Dioscurus munere suo pulsus est; ceteris autem clericis, qvi facinorum synodi Ephesinæ rei fuerant, venia data est. Theodoreto et Ibati laus orthodoxiæ, ab Ægyptiis jamdudum negatæ, restituta est; eidem vero Nestorium, cui Pulcheria infestissima fuerat, damnare jubebantur.

IV.

Ævum Semipelagianismi et litium Monophysiticarum.

427—527.

D.

Imperator. Græci.

Lites Monophysiticæ.

5. *Motus vulgi pacem ecclesiæ turbarunt.*

a) *Hierosolymis a.* 451—58.

Pulcheria qvæ nupsit Marciano. † 457.

Juvenalis, patriarcha Hierosolymitanus, partes Ægyptiorum adversus Antiochenos secutus fuerat; itaqve in concilio Chalcedonensi, metuens, ne cum Dioscuro pelleretur, decretis concilii nomen suum subscripsit, qva re veniam impetravit. Interea vero *Theodosius* qvidam, monachus, multos et monachos et clericos, qvi Monophysitæ erant, contra Juvenalem concitabat, seqve iis ipse præficiebat, et ab Eudoxia, qvæ Hierosolymis degebat, patriarcha salutabatur. Jam multa sangvis profusa est, neqve Juvenalis ante vicesimum post concilium Chalc. mensem, quum Theodosius in Arabiam aufugisset, muneri suo redditus est. Qvo facto turbæ Monophysiticæ sedatæ sunt.

b) *in Ægypto a.* 457—482.

Leo I. † 474. *Leo II.* † 474. *Zeno pulsus a Basilisco a. 475—77.*

Proterius, Dyophysita, a. 421 Alexandrinus patriarcha factus est; ex qvo schisma exstitit inter eam populi partem, qvæ Chalcedonenses canones amplexa fuerat, et Monophysitas, qvi Alexandriæ longe plurimi erant. Neqve tamen ante mortem Marciani ad arma ventum est. Jam vero a. 457 Proterius trucidatus est, et *Timotheus Ælurus*, Monophysita, a suis patriarcha electus. Sed post tres annos Leo I, cognita voluntate cleri, cujus major pars Chalcedonenses canones probabat, a. 460 *Timotheum* expulit, et *Timotheum Salophaciolum*, virum æqvum et lenem, patriarcham constituit. Sub eo pleræqve Ægypti regiones pacatæ fuere a. 460—74. Sed dum Basiliscus, Monophysita, Zenone fugato, imperium per a. 475—77 teneret, Timotheus Ælurus patriarchatui, qvo Tim. Salophaciolus se abdicarat, restitutus est, qvem ad mortem usqve (a. 477) tenuit. Ei successit *Petrus Mongus*, Monophysita, qvem qvidem Zeno, qvod Monophysitæ castra Basilisci secuti fuissent, brevi post sede sua movit, et Timotheum Salophaciolum e claustri tenebris patriarchatus splendori admovit: sed, quum ejus morte (a. 480) *Johannes Tolaja*, canonum Chalcedonensium vindex acerrimus, cathedram Alexandr. occupavisset, Zeno eum a. 482 expulit, et *Petrum Mongum*, Monophysitam paulo ante pulsum, ei succedere passus est; (de qvo vide 6.).

c) *Antiochiæ* 463—85.

Antiochenam cathedram tres patriarchæ: *Maximus* († 455), *Basilius* († 458), *Acacius* († 459), cui successerat *Martyrius* secure tenuere. Subito *Petrus Fullo*, monachus Constantinopolitanus, Monophysita, idemqve Zenoni, duci, (posthac imperatori), carus, Antiochiæ tristis schismatis autor exstitit. Qvod enim formula: θεος σταυρωθη Monophysitis carissima esset, summam dedit operam, ut verbis trisagii: ἁγιος αθανατος adderentur verba: ὁ σταυρωθεις δι ἡμας, qvod neqve Martyrio neqve aliis plerisqve placuit. Martyrius munus suum deposuit, qvod Petrus a. 463 occupavit. Sed quum synodus Antiochena Petrum damnavisset, ipse Zeno eum a. 471 exsulem fecit; et *Julianus* Dyophysita patriarcha factus est. Brevi post Basiliscus Zenonem fugavit, Julianum a. 476 ejecit, et *Petrum Fullonem* Antiochiæ præfecit. Jam qvidem cæde Basilisci *Petrus Fullo* a. 477 munere suo privatus est; idem vero post turbas nonnullas, in qvibus *Johannes II* ipso anno 477 ejectus, et *Stephanus II* a. 482 interfectus erat, *Calendion* autem, qvod seditioni, Antiochiæ in imperatorem motæ, interfuerat, in oasin desertorum relegatus erat, consentiente Zenone, tertio patriarchatum a. 485 occupavit.

6. *Periculum Zenonis animos litigantium sedandi.*

† 491.

Zeno, imperator, quum intelligeret, Monophysitis nomen concilii Chalcedonensis summæ offensioni esse, Catholicis autem formulam, qva Christus ὁμοουσιος ἡμῖν κατ᾽ ανθρωπότητα dicebatur, gratissimam esse, ut utriqve parti aliqvid gratificaretur, neutri vero plenam victoriam concederet, formulam promulgavit, "Henoticon" nominatam, in qva 1. symbolum Nicæno-Constantinopolitanum, qvod de naturarum Christi ratione nihil constituerat, norma fidei constituebatur, 2. Christus ὁμοουσιος ἡμῖν κατ᾽ ἀνθρωπότητα dicebatur, Eutychus autem damnabatur, 3. contra vero XII anathematismi Cyrilli confirmabantur. Huic formulæ tres patriarchæ Orientis, *Acacius* Const. qvi auctor ejus fuisse perhibetur, *Petrus Mongus* Alex., et *Petrus Fullo*, Antioch. nomina sua subscripserunt: sed neqve Monophysitæ neqve Catholici in ea acqviescere volebant.

Anastatius † 518. *Justinus I.*

Alexandriæ qvi degebant Monophysitæ, conqvesti, caput suum (Petr. Mong.) sibi defuisse, sub nomine *Acephalorum* communionem ecclesiæ catholicæ vitabant.

Antiochiæ non nisi primus Petri Fullonis successor Palladius (488—96) Henoticon admisit; Flavianus vero (496—512) simulate qvidem Henoticon laudavit, sed concilii Chalcedonensis decreta, qvoad potuit, suis instillavit. Qva re cognita, Xeneias, Monophysita, paratis copiis monachorum, bellum Flaviano intulit, in qvo hic superatus, cum canones concilii Chalced. tum scripta Diodori Tarsensis et Theodori Mopsu., atqve adeo duarum naturarum assertionem damnavit; postero autem tempore quum contrariam sententiam tueri vellet, ab Anastatio imperatore munere suo privatus est. Huic Severus successit (512—18), per qvem Monophysitæ novas vires sumserunt.

Hierosolymitani patriarchæ pleriqve dictis imperatorum audientes erant, qvamobrem orthodoxi monachi longe plurimi novas res moliebantur.

Constantinopoli tandem et Euphemius (484—505) aperte et Macedonius (505—12) clandestine canones concilii Chalced. tuebantur, qvæ res tristissimis cleri monachorumqve dissidiis, altercationibus, rixis, bellis etiam occasionem præbuit. Macedonio, jussu imperatoris a. 512 in vincula conjecto, Timotheus successit, qvi, qvod imperatori obseqvebatur, cathedram suam inter motus plebis formidolosissimos ægre tenebat. († 519)

Romæ deniqve Felix III Acacium omnesqve Orientis Monophysitas communione sua indignos promulgavit, qvumqve Acacius par pari retulisset, schisma a. 383 exstitit, tanta ab utraqve parte ira et odio nutritum, ut ne ei qvidem patriarchæ Constantinopolitani, qvi Chalcedonens. canones probabant, in communionem ecclesiæ Romanæ reciperentur, vel recipi se paterentur. Qvo factum est, ut sub Justino demum, schisma illud a. 419, Justiniano auctore, tolleretur.

V.

Ævum

527–

Justinianus summo Monophysitas ad ecclesiam reducendi studio flagabat. Idem vero, catholicæ fide
qvam Monophysitarum, qvid crederent, qvidve damnarent imperare, qvam, autem Zenonis secutus, ad placi
artibus vel Theodoræ imperatricis, Monophysitarum fautricis, vel hominum, qvi imperatori a secretioribus eran
ex edictis principum oriri qveat, non est cur miremur, istiusmodi edicta Justiniani neqve Monophysitis pl
voluntati imperatoris restitisse, *Monophysitas* autem celerius et commodius ex omni, etiam civili, catholicæ ec
in *diversissimas sententias abierunt*. Qvum autem illi *Origenem* multi facerent, adversarii eorum eum dam
patriarchis Constantinopolitanis, qvi, qvod ab ipso imperatore vulgo constituebantur, ejus sententias plerumq
scopi oecumenici cum Gregorio Magno, patriarcha Romano, acerbe gesta.

Imperator. Græci.

Justinus I. † 527.

Justinianus. † 565.

Justinus II. † 578.

Tiberius. † 582.

Mauritius. † 602.

Phocas. † 604.

Scriptores occidentales.

Boethius (Anicius Manlius Torqvatus Severinus) Theodorico regi ab intimis, ab inimicis proditionis accusatus, capitali supplicio affectus est:

1. de trinitate;
2. de consolatione;
3. de arithmetica, geometria, musico.

Cassiodorus (Marc. Aurelius), ab Odoacero comes Herulorum creatus; sub Theodorico præfectus Siciliæ, consul, præfectus prætorio; post mortem ejus administrator regni; cui muneri sub Vitige renuntians in otio vitæ monasticæ litteris vacabat.

1. variarum epistolarum libri XII;
2. historiæ ecclesiasticæ tripartitæ lib. II;
3. chronicon ab Adamo usqve ad. a. 519;
4. de rebus gestis Gothorum libri XII;
5. institutiones ad divinas lectiones;
6. de anima;
7. de VII disciplinis.

Arator causidicus et comes domesticorum apud Athalaricum, regem, postea subdiaconus Romanus:

1. carmen epicum de actis app.;
2. carminis eliaci epistola ad Parthenium.

Fulgentius Ferandus, discip. Fulgentii Ruspensis, diaconus Carthaginensis, edicta Justiniani de tribus capitulis redarguit. . . . . † 530.

1. vita Fulgentii Ruspensis;
2. breviatio canonum ecclesiasticorum.

Dionysius Exiguus, Scytha, abbas Romanus, æræ christianæ inventor . . . † 556.

1. collectio canonum ecclesiasticorum;
2. collectio decretorum pontificum Romanorum.

Cæsarius, monachus Lerinensis, postea episcopus Arelatensis, a qvo dogma ignis purgatorii exposita est . . . . † 542.

homiliæ 46; tractatus; exhortationes; regulæ monachorum.

Benedictus Nursiensis, celeberrimus ordinis monachorum conditor

1. regulæ monachorum;
2. liber de ordine monasterii;
3. sermones, epistolæ.

Facundus, Hermianensis episcopus, legatus ecclesiæ Africanæ in concilio V^to^ (a. 553), decretis ejus et Vigilio Romano restitit.

1. pro defensione trium capitulorum libri XII.
2. epistola catholicæ fidei.

Liberatus diaconus Carthaginensis

breviarum causæ Nestor. et Eutychianorum.

Gregorius, Turonensis archiepiscopus, primus historiæ Francorum scriptor. † 576.

1. Annalium Francorum libri X.
2. de gloria martyrum libri II.
3. de vitis patrum.

Gildas, Britannus, ob doctrinam sapiens nominatus, monachus in monasterio Bannochorensi, postea Hiberniam profectus, de religioni chna propaganda promeruit:

de excidio Britanniæ.

Gregorius Magnus, qvi, qvum senator, patricius et præfectus urbis fuisset, vitæ monasticæ totum se dedit, postea diaconus factus est, et apocrisiarii munere Constantinopoli functus, tandem patriarcha Romanus electus est. Hic principes adulabatur, Judæos et Gentiles placide, clerum severe tractabat. Augustinum monachum in Britanniam misit, ut religionem traderet. Dogma ignis purgatorii latius exornavit.

1. moralium in Jobum libri 35;
2. dialogorum de vita et miraculis patrum Italicorum libri IV;
3. epistolarum libri VII;
4. liber pastoralis curæ ad Johannem, Ravennæ episcopum.

Scriptores orientales.

Severus, patriarcha Antiochenus, Monophysitarum fulcrum gravissimum:

epistolæ, homiliæ, commentarii.

Joh. Maxentius, presbyter Antioch., q Hormisdam in causa monachorum Sc tharum aggrediebatur.

1. capitula, s. anathematismi VII contr Nestor.
2. dialogorum contra Nestorianos libri II

Agapetus, diaconus Constant.

Justiniano sacra esse voluit admoniti num de imperio bene gerendo capi LXXXII.

Anastatius Sinaita, ex monacho Sinai m tis patriarcha Antioch., Justiniano i causa Aphthardocetarum fortiter res tit, qvam ob causam annos 23 in exsili degit:

1. dux viæ adversus Acephalos;
2. anagogicarum contemplationum Hexameron. libr. XI;
3. orationes dogmaticæ V;
4. qvæstiones et responsiones in s. s.;
5. compendiaria fidei institutio.

Johannes Climacus, monachus Sinai mont

scala (κλῖμαξ) paradisi.

Johannes Scholasticus, Antiochenus. p triarcha Constantin.

1. canones ecclesiæ ad ordinem reale digestos edidit;
2. in libro "nomocanon" canonibus s nodorum edicta principum adjunxi

Johannes, Jejunator ex abstinentia sua minatus, patriarcha Constant.

1. de poenitentia, continentia et virg nitate homilia,
2. de pseudoprophetis et falsis doctor bus homilia,
3. libellus poenitentialis.

V.
Justiniani.
—604.

tenacissimus, malebat, ut in rebus civilibus ita in eis, qvæ ad religionem pertinebant, clero, tam catholicorum Monophysitarum propendere; ita ut, si qva sub eo in gratiam Monophysitarum facta sint, ea clandestinis omnia debentur. Qvum autem homo ita factus sit, ut fides animi ex argumentis rationis succrescere, non vero cuisse et Catholicis admodum displicuisse, itaqve catholicos *in lite Theopascitarum* et *de tribus capitulis* clesiæ communione discessisse. Qvi, qvod magis de verbis, qvam de re, certavissent, suo jam arbitrio relicti, narunt. Qvo autem imperio Justinianus patriarchas tam Orientis qvam Occidentis suo arbitrio subjecerat, id amplectebantur, nonnihil dignitatis et auctoritatis addidit. Qva qvum gloriarentur, exstitit *lis de titulo episcopi oecumenici*, qvo Johannes Jejunator, patriarcha Constant. uti solebat, Gregorius Magnus acerrime cum illo contendit; de qva lite vid- pag. 46.

Studia Justiniani Monophysitas ad ecclesiam reducendi provocarunt

1. *Litem Theopaschiticam.*

Eidem monachi Scythiani, qvi Romæ Semipelagianos damnaverant (p. 86), Romam maxime profecti fuerant, ut Hormisdæ, patriarchæ, persvaderent formulam monophysiticam: *unus e trinitate passus est pro nobis*, qvæ ipsis admiratoribus concilii Chalced. probata fuerat, in liturgiam recipere. Hormisdas, ipsam formulam impiam ratus, quum comperisset, Vitalianum, qvi Justino I a secretioribus fuit, et Justinianum, cujus tunc auctoritas summa fuit, monachis illis favere, neqve hanc formulam symbolica auctoritate sancire voluit, neqve eam diserte damnare ausus est. Igitur monachi isti Africanos episcopos, qvorum in Semipelagianos odium laudibus in coelum extulerant, adierunt, ab eisqve, ut formulam istam laudarent, facili negotio impetraverunt. Jam ipse Justinianus a. 533 eandem orthodoxam pronuntiavit, ac eadem sententia ab Johanne II, patr. Rom. lata, in Vto concilio oecumenico a. 553 confirmata est. Sed ea pacem inter catholicos et Monophysitas haud restituit.

2. *Turbas Origenianas.*

Qvemadmodum Dyóphysitæ scripta Antiochenorum, maxime Theodori Mopsv, Theodoreti et Ibatis, uno ore collaudabant, ita Monophysitæ omnes eosdem graviter oderunt; Origenem vero, cujus sacros libros interpretandi ratio historico-grammaticæ interpretationi illorum cesserat, insigni cultu et honore proseqvi solebant. Origenitarum unus, nomine Theodorus Ascidas, gratiam Theodoræ, cui Monophysitis se consulturum esse promiserat, et per eam ipsius Justiniani inierat; ex qvo in Palæstina, qvotqvot Origeni infensi erant, qvo qvidem animo Dyophysitarum pleriqve erant, omni vi subigebantur. Nunc vero Mennas, patriarcha Constant. idemqve Dyophysita rigidior, Justiniano a. 843 persvasit, ut sibi Origenianas multas sententias damnandi provinciam injungeret. Ex qvo catholici episcopi omnes, et præter opinionem Mennæ ipse Theodorus damnationi Origenis assenserunt.

3. *Litem de tribus capitulis.*

Interea ipse Justinianus auctoritatem canonum Chalcedonensium, cum disputationibus institutis, tum depulsis, qvi irrepserant, episcopis Monophysitis (— v. c. a. 336 Anthimus, patriarcha Constant. a. 885 per Theodorum factus —) confirmare studuerat. Sed artibus Theodoræ numerus Monophysitarum indies crescebat. Qvapropter Theodorus Ascidas Justiniano facilius persvasit, Monophysitas, si scripta theologorum Antiochenorum, qvos nuper nominabamus, damnata fuissent, ad ecclesiam catholicam sponte sua redituros esse. Ex qvo imperator a. 844 edicto qvodam triumviros illos ("τρια κεφαλαια") damnari jussit. Sed major fuit eorum auctoritas, non minus annorum vetustate, qvam conciliorum decretis confirmata, qvam ut huic edicto, cui tamen Orientales pleriqve assentiebant, in Occidente mos gereretur. Justinianus itaqve Vigilium, patr. Rom., Constantinopolin arcessivit; qvo auspice synodus habita est, in qva edictum imperatoris confirmabatur. Sed Occidentales tantum non omnes ita restiterunt, ut, licet Vigilius in opere, qvod inscribitur "judicatum," tria capitula damnaret, ipse autem imperator novo edicto a. 551 damnationem eorum repeteret, et adversariorum antesignanos — ut Reparatum Carthagenensem — muneribus suis exueret, tamen aperte contenderent, Vigilium justæ causæ Antiochenorum impie defuisse. Hic igitur, ad instar Protei, sententiam suam mutavit, et in Vto concilio oecumenico (a. 553) in scriptione sua "constitutum" si scripta ista, non tamen ipsos scriptores damnare voluit. Qvod vero non impedivit, qvin patres concilii triumviros illos damnarent; ad qvam sententiam ipse Vigilius transiit. Sed tota fere Occidens fervidiori jam studio Antiochenorum orthodoxiam defendit (vid. scriptores), adeo ut *Pelagius I*, Vigilii successor, qvi illos damnaverat, hoc anxius celandum esse duceret.

Monophysitæ

variis illis, a Justiniano institutis, periculis ad ecclesiam catholicam non reducebantur, sed majori studio sua dogmata amplexi, omni imperatorum Græcorum imperio, sicubi licuit, sese subducebant. Itaqve per temporum decursum tres exstiterunt patriarchatus Monophysitarum:

1. in *Armenia*, postqvam hæc provincia a. 536 in ditionem regum Persiæ redacta fuisset:
2. in *Ægypto* ab a. 537.
3. in *Syria* et *Mesopotamia*, post a. 578, ubi *Jacobitæ* dicebantur.

Interea Monophysitæ, de variis rebus inter se dissenserant. Itaqve *alii*, qvi corpus Christi corruptibile fuisse putabant, *Phthartolatræ* s. Corrupticolæ, etiam Severiani a Severo Antiocheno, s. Theodosiani a Theodosio Alexandr. *alii* contrariam sententiam foventes *Aphthartolatræ* s. Phantasiastæ etiam Julianistæ, a Juliano Halicarnasso, s. Gajanitæ, a Gajano Alexand., dicebantur.

Julianistarum iterum *alii Actistetæ*, *alii Ktistolatræ* erant; Severianorum, autem nonnulli, *Agnoetæ* dicti, Christum aliqva latuisse perhibebant.

Philoponus, doctor philosophiæ Aristotelicæ, et posuit τρεις φυρεις in triade esse, et corporis resurrectionem negavit. Qvi prius cum eo ponebant, *Tritheitæ* dicebantur, eosqve *Condobauditæ* et *Damianitæ* oppugnabant; posterius *Cononitæ* damnabant.

Harum sectarum plerosqve *Jacobus Barradæus* continuis a. 541—578 susceptis itineribus inter se reconciliavit; unde nomen illud *Jacobitarum*, qvod ad nostram usqve memoriam mansit.

Cultus

II.

Dirigebatur

qui A.

1) *numero multiplicati erant;* (lex Justiniana numerum clericorum maximi templi Constantinopolis ita constituit, ut essent presbyteri sexaginta, diaconi centum, diaconissæ quadraginta, subdiaconi nonaginta, lectores centum et decem, cantores XXV, janitores centum.)

2) *majore cum delectu eligebantur,* maxime in Hispania et Africa, ut nemo in clericos reciperetur neophytus, vel qui coecus erat aut surdus. (can. apost. LXX) vel membris mutilatus, vel stupri reus, vel libertinus aut servus, vel hæresium reus, vel qui alteram uxorem duxerat.

3) *solenni ordinatione,* qua manus inter preces iis imponebantur, addito signo crucis, hymnis et osculo pacis, sua quique ratione, *muneribus ecclesiasticis præficiebantur,* ut episcopus et presbyter utrumque, diaconus modo alterum genu flecteret; presbyteri capiti manus imponerentur, episcopi autem capiti et manus et codex evangelii;

4) *severiorem, et a reliquis christianis magis distinctam, vitam agere jubebantur,* maxime Elviræ a. 305, Carthagine a. 397 & 398, ut non liceret illis liberos procreare vel consuetudine uti gentilium et schismaticorum, vel cum Judæo cibum capere, vel, nulla necessitate cogente. in foris publicis comparere, vel in conviviis cantare. Coelibatus sæpius laudatus, commendatus, imperatus, non vero semper observatus est.

5) *sibi invicem pro cujusque dignitate alter alteri subordinabantur,* ut non liceret diacono inter presbyteros sedere (Nicæn a. 325) vel non rogato sermocinari (Carthag. a. 390); neque presbytero, præsente episcopo, coenam sacram consecrare (Neo-Cæsareæ a. 316); episcopo vero. si quid deliquisset, bis quotannis in synodis provincialibus coram metropolita ratio reddenda esset (Nicæn. canon);

6) *juribus et privilegiis gravissimis ornabantur,* ut

a. munerum publicorum (lege Const. M. a. 319), et tributorum plerorumque civilium immunitate gauderent;

b. in synodis, neque coram magistratibus, causas suas acturi essent;

c. lites civium, si utrique parti placuisset episcopum arbitrum habere (Valent IIItii novel. "voluntate jurgantium interposita") derimendi potestate jam a Constantino M. instruerentur;

7) *amplissimis reditibus præditi erant,* quod

a. bona (Güter, liggende Grunde, faste Eiendomme, patrimonia) ecclesiis (ædibus) adderentur;

b. dona longe plurima, non minus ab hominibus privatis, maxime foeminis, quam a principibus testamento iis conferri solerent:

c. decimæ, quanquam ex nulla lege publica, jam exigerentur (Matth. 23, 23; cfr. 5, 20), et promptius penderentur;

8) *jura sua ut in canones conciliorum reciperentur, et sic legum auctoritate instruerentur, studiosius curabant;* (leges ecclesiasticas dabat concilium Illiberitanum a. 305, Arelatense a. 314, Ancyrense a. 315, Neo-Cæsareense a. 316 (al. a. 315), Nicænum a. 325, Antiochenum a. 341, Sardicense a. 344, Carthaginense a. 348, Gangrense a. 360, Laodicenum a. 364, Valencianum a. 374, Cæsaraugustanum a. 380, Constantinopolitanum a. 381, Carthaginense a. 390, Hipponense a. 393, Carthaginense a. 397, 398, 401, 402, 404, 408, 409, 410, Milevitanum a. 416, Chalcedonense a. 451); sed exceptis XX canonibus Nicænis, nullius synodi canones universa auctoritate gaudebant. Quod vero inde a medio seculo Vto edebantur in uno volumine complexi, (in Oriente a Johanne Scholastico, in Occidente sub nomine "priscæ translationis"), major efficiebatur jurum clericorum æqualitas, et gravior iis accedebat vis et auctoritas; quumque seculo VIto Dionysius Exiguus canones istos collectos decretalibus pontificum Romanorum adjunxisset, eaque collectio per totam Occidentem citius sparsa fuisset; hinc nova succrevere, ut clerc, ita cathedræ Romanæ, incrementa.

r e l i g i o s u s.

II.

per clericos,

B. dividebantur in

I) ordines majores:

a) *patriarchæ* (archiepiscopi, exarchæ, papæ, vicarii Christi, apostolici, summi pontifices nominati) quorum jura erant:
α) synodos dioeceseos suæ cogere;
β) canones synodorum publici juris facere, eosdemque exsequi;
γ) vel in metropolitas, quum ad se provocatum fuisset, animadvertere.
Eorum quinque erant:

1. *Romanus*, omnium dignitate princeps, quam plures causæ tuebantur. Erat enim Roma non minus sedes apostolica, quam imperatoria; antistes Romanus solus in Occidente patriarcha erat; contra IV Orientis patriarchæ alter alteri invidebant et bella inferebant. Neque Occidens tanta hæresium litiumque multitudine agitata fuit, quanta Oriens, quæ ob eam ipsam causam Romanæ ecclesiæ communionem multi æstimabat et studiosius ambiebat. Qua cæterum auctoritate et imperio gavisi sint, vide pagg. sqq.
2. *Constantinopolitanus*, ab initio soli dioecesi Thraciæ præfectus, in concilio Const. 381 dignitate secundus factus est "μετα τον της Ρωμης επισκοπον, δια το ειναι αυτην νεαν Ρομην"; in concilio Chalcedonensi a. 451 jure τους της Ποντικης, (ubi Neo-Cæsarea et Ancyra metropolitarum satis gravium sedes erant,) και της Ασιανης, (in qua metropolita Ephesinus inclaruerat,) μετροπολιτας χειροτονειν, nec non jure appellationis præditus; a Justiniano, qui, quum Romanam sedem "caput omnium sanctarum ecclesiarum" diceret, non minus sedem Constantin. "caput omnium aliarum ecclesiarum" perhibuit, patriarcha oecumenicus dictus; quem titulum Johannes Jejunator anno 581 sibi suisque successoribus proprium vindicavit.
3. *Alexandrinus*, ordine secundus, post a. 381 autem tertius, brevi post Habyssiniam ditioni suæ addidit. Qui, quum solus esset totius dioeceseos Ægypti metropolita, in suos imperio ferme absoluto utebatur. Constantinopolitano patriarchatui mirum quantum infestus, cum illo ab a. 381—449 et acriter et feliciter pugnavit. Sed ab a. 451 turbæ Monophysitarum, quorum partes tuebatur, ubivis devictorum, vires ipsius frangebant.
4. *Antiochenus*, qui, quanquam in concilio Nicæno a. 325 των της Ανατολης επισκοπων patriarcha ordine tertius, et a. 381 ordine quartus confirmatus fuisset, tamen Cyprum insulam sibi obedientem nunquam habuit, et in lite Nestoriana pluribus episcopis suffraganeis, qui novo, in regno Persarum constituto, patriarchæ urbis Seleuciæ parebant, orbatus, a. 451 tres provincias patriarchæ Hierosolym. tradere coactus est. Post id tempus turbæ monophysiticæ frangebant vires ejus.
5. *Hierosolymitanus*, ab initio tantum episcopus, a. 325 titulo patriarchæ ornatus est. Medio seculo IVto Cyrillus multum contendit cum metropolita Cæsariensi, cui subjectus erat. Sub finem ejusdem seculi orthodoxia Johannis a multis dubitata est, et a Theophilo Alexandr. infestata. Jam cum patriarchis Alexandr. arma junxere contra Constantin. et Antiocheno, inque lite monophysitica Juvenalis sex provincias sedis Antiochiæ occupavit, quarum tres a. 451 ei jure concedebantur.

b) *metropolitæ*, quibus tamen non semper metropolis sedes erat. Juribus gaudebant:
a) episcoporum electionem confirmandi; unde sensim exstitit jus
b) episcopos ordinandi;
c) curam, custodiam, disciplinam clericorum gerendi; quem in finem synodi provinciales quotannis habebantur.
Metropolitæ Orientis minus graves fuerunt, quod sue quisque patriarchæ subjectus erat. Occidentales vero tantum non omnes sui juris erant.

c) *episcopi*, quibus nova accessere jura:
a) procurandi bona (patrimonia ædium sacrorum);
b) ipsos presbyteros excommunicandi, et excommunicatos homines in ecclesiam excipiendi;
c) baptizatos χρισματι confirmandi.

d) *chorepiscopi*, ut solos diaconos ordinarent, jam concilium Antiochenum a. 341 decrevit; a Sardicensi vero concilio a. 344 abrogati sunt, Laodicensi a. 364 decernente, ut pro iis presbyteri, περιοδευται dicti, emitterentur.

e) *archipresbyteri* inter pares primi erant; sed non ubivis locorum constituti.

f) *presbyteri* nullis quidem juribus privabantur, sed pristina auctoritate haud florebant. Occidentales nova munera:
a) sponsalia et nuptias solenniter inaugurandi;
b) cum diaconis funera mortuorum festive instituendi;

g) *archidiaconi* dicebantur alicubi diaconorum natu maximi;

h) *diaconi*, quod et numero pauci essent, et a latere episcoporum esse solerent, plus, quam certis ecclesiis adstricti presbyteri, pollebant.

II) minores:

a) *subdiaconi*, quorum erat baptismo aquam adhibere. Inaugurabantur sine manuum impositione;

b) *acoluthi*, quorum erat lampades accendere, vinumque sacræ coenæ adhibere;

c) *exorcistæ;*

d) *janitores;*

e) *cantores* commemorantur jam in canone XXIV concilii Laodocensis a. 364. A presbytero, vel inscio episcopo, constitui poterant;

f) *copiatæ*, s. fossarii, s. lecticarii;

g) *parabolani*, quorum erat ægrotis consulere;

Nota: 1. Præterea episcopis adjungebatur

h) *oeconomus*, qui dati et accepti rationem daret.

2. Ad ædes sacras constituebantur:

i) εκδικοι, defensores, qui jura earum tuerentur;

k) *notarii* s. exceptores, qui "gesta ecclesiastica" litteris mandarent.

Hierarchia

Hierarchiæ Romanæ per tria hæc secula multa profecerunt, haud pauca etiam obstiterunt, tota vero ex ramus, ut speciatim ea enarremus, quæ singuli patriarchæ egerint vel passi fuerint, et ea qvidem non minus ratis, qvæ florebant, patriarchatus, qvos sibi submittere continuo conabantur. Qvod vero Occidens, et maxime Oriente unum imperium Romanum efficeret, a. 395—476 ab ea sejuncta suos imperatores haberet, a. 476— Italia ab 534 ad finem periodi nostræ a reliqviis Ostrogothorum, Græcis et Longobardis obsideretur; hierar-

I.

Dum Occidens et Oriens unum

306 —

Imperatores Romani.		Patriarchæ Romani.
Constantinus M. in Gallia, Hispania et Brittannia; *Maxentius* et *Severus* in Italia et Africa 306.	*Marcellinus*,	thurificatus, † 304.
Licinius in Illyria 307.	*Marcellus*,	ab imperatore detrusus, † 309.
	Eusebius,	post paucos menses in Siciliam exsulatus.
	Melchiades, (310—314),	jussu Constantini M. Romæ concilium habuit a. 313, in quo Cæcilianus criminis vacuus pronuntiabatur.
Constantinus solus imperator 323—337.	*Silvester*, (314—335),	quem fingunt Catholici concilium Nicænum coegisse et canones ejus confirmasse, Constantinum M. baptizasse ab eoque exarchatum dono accepisse, nihil horum egit.
	Marcus	per octo tantum menses cathedram Romanam tenebat.
Constantinus II. et *Constans* in Occidente; *Constantius* in Oriente.	*Julius I.*, (336—352),	ab Arianis, Romam profugis, ut concilium haberet, invitatus, ab eisdem post synodum habitam repudiatus est. Contra, auspice Constante, in synodo Sardicensi, cui tamen nemo Orientalium intererat. jus obtinuit 1. causam "judicati episcopi" *confirmandi*, 2. aut "renovandum judicium esse" *judicandi*, et 3. "si justum putaverit, ut de gradu suo dejecti episcopi, ad episcopum Romanum provocantis, examen renovetur, his *scribendi* episcopis, qui in finitima et propinqua provincia sunt, ut ipsi deligenter omnia requirant, aut 4. de latere suo presbyteros *mittendi*, qui præsentes cum episcopis judicent." Quæritur vero, utrum soli Julio, an cathedræ Rom. hæc concessa sint. Neqve vero ipsi, qui in concilio illo præsentes fuerant, episcopi Occidentales (Africanos dico), canones ejus postea reveriti sunt.
A. 340 *Constans* in Occidente solus regnat.		
A. 350 *Constantius* solus imperator. † 361.	*Liberius* (352—366),	primum Athanasium damnabat, postea, quum Occidentales tantum non omnes partes ejus seqverentur, sententiam suam mutavit, qva de causa a Constantio in exsilium est missus a. 355, et
Julianus Apostata a. 361—363.	*Felicem II.*,	Arianismi patronum, successorem habuit a. 355—358. Tandem Liberius a. 358, subscripta damnatione Athanasii, restitutus est, sed sub Valentiniano I. aperte cum Athanasio faciebat.
Jovianus † 363. *Valentinianus I.* in Occidente 364—378. *Theodosius.*	*Damasus*, (366—384),	quum schisma Ursicini indignis artibus, corruptione, cæde etiam abolevisset, patriarcha tandem factus est a. 367, et octavo anno post novos Ursicini motus, morte Valentiniani ortos, si minus honeste, feliciter tamen compressit. Concilio oecumenico secundo a. 381 neque is neque Occidentalium aliquis interfuit, sed orthodoxia ejus non minus, qvam Petri Alexandrini, a Theodosio M. exemplaris instar proposita est. Schisma Antiochenum et turbas ecclesiæ Constantinop. cum Ambrosio componere frustra conabatur; felicius eodem Ambrosio auspice et Hieronymi ope Occidentis hæreticos vexandos curavit. Vid. Illyr. et Med.
† 395.	*Sericius*, (384—398),	non potuit, superstite adhuc Ambrosio, pro fastu suo jura sibi arrogare. Ausus tamen est decretali ad Himerium, ep. Tarraconensem, dato clericis matrimonium interdicere, sed in alio decretali, Africanis dato, idem non imperat, modo suadet.

Romana.

tionibus politicis pendebat. Qvæ quum sub variis patriarchis variæ essent, ita nobis faciendum esse putavi-
tione habita patriarcharum Orientis, qvi ipsorum æmuli erant, qvam magis etiam respectu habito ad Occiden-
qvidem Italia, patria Romani pontificis, qvadruplicem mutationem politicam subierit, quum a. 306—395 cum
534 a barbaris populis obsessa teneretur, per qvod tempus nova in singulis terris succrescebant regna, tandem
chiæ Romanæ historia ad qvatuor hæc spatia temporis digesta voluimus.

I.

imperium Romanum efficit.
—395.

Metropolitæ Occidentis.

Mediolanensis	*Aquileiensis.*	*Ravennensis*	*Thessalonicensis.*	*Africani.*	*Gallici.*
metropolita sedi apostolicæ Romani haud erat subditus, quod per aliquot annos Mediolanum sedes imperatoris erat.	Metropolita Aquileiensis Venetiæ et Istriæ præpositus, nec metropolitæ Medialanensi, nec patriarchæ Romano subjectus fuit.	metropolita præpositus erat provinciæ Flaminiæ. Erat hic episcopus suffraganeus metropolitæ Mediolanensis.	Præfectura Illyrici Orientalis duabus constabat dioecesibus: altera Macedonia, in qua Corinthus metropolis erat, altera Dacia, cujus caput Sardica. Illyrici metropolis Sirmium erat. — In lite Ariana duo episcopi Illyrici, Ursacius et Valens, orthodoxiam Romanam infestaverant; iidem vero, quum Julio Romano contigisset Sardicæ a. 347 Arianos omnes damnare, supplices communionem ecclesiæ Romanæ expetiverunt. Quare impulsus Damasus ille, orthodoxia Romana a. 381 universe probata, synodum habuit, in qua Ursacium et Valentem muneribus suis indignos declaravit.	In Africa non certæ urbis episcopus, sed episcoporum maximus quisque natu metropolita constituebatur; unde factum est, ut alter alteri honore et imperio non ita antecelleret. Solus metropolita Carthaginensis constans erat metropolita, et quidem metropolitarum primas.	Gallici tot erant metropolitæ, quot erant provinciæ, iidemque in suæ quique provinciæ metropoli constituti.
In lite Ariana Auxentius, Arianus, Constantium, imperatorem, sibi faventem habuit; quem quidem Damasus post obitum Constantii munere episcopali indignum declaravit, sed incassum. Et morte illius Ambrosius, ex præfecto Liguriæ metropolita factus a. 374, quod, fidei catholicæ addictissimus erat, in Arianis, quibus favebat Justina, mater Valentiniani II, pueri, debellandis tanta usus est fortidudine, constantia, fortuna, ut omnes Roman. principum (Justinæ) conatus tandem opprimeret. Apud Theodosium M., quem excommunicare non dubitaverat, summa auctoritate floruit, ex qvo severæ Theodosii in Arianismum omnemque hæresin leges haud dubie profectæ sunt. Idem Bonosum et Jovinianum in synodis, quibus ipse, neqve pontifex Romanus, præsidebat, damnavit.	Anno 381 Occidentales concilium habebant Aquileiæ, in quo quidem Ambrosius gravissimis vicibus fungebatur, sed in actis concilii ante nomen ejus positum est nomen metropolitæ Aquileiensis. Damasus autem Romanus in hoc concilio non præsto fuit.		Siricius pro more suo etiam scripsit ad Anysium, ep. Thessalonicen., sed non tam imperandi, quam hortandi causa. Jam vero a. 387 præfectura Illyriæ orientalis præfecturæ Orientis submissa est.	Post litem inter Cyprianum et Stephanum Rom. Africani haud unquam commisere, ut Romanus ille patriarcha sibi dominaretur. Siricius primus, caute quidem, Africanis imperare conatus est.	Anno 306—395 plena usi sunt imperii pontificis Romani immunitate.

Hierarchia

II.

Dum Occidens, ab Oriente sejuncta, 395—

Imperatores Occidentis.	Patriarchæ Romani.	
Honorius . . . . † 423.	*Anastatius* (398—402)	ab Orientalibus invitatus est, ut Origenem, qvem antea haud noverat, ejusque interpretem Rufinum damnaret.
	Innocentius I, (402—417)	qui multum apud Honorium valebat, jam a. 402 Illyriam sibi submittere studuit. Idem Theophilo, Alexandrino, infestus, Johannem Chrysostomum, ab illo depulsum, acriter, sed frustra, defendit; at Arsacium successorem ejus, et ipsum Theophilum e communione sua excludit. Quin adeo, ut Alexandrum, patriarcham Antiochenum, contra patriarcham Constantinopolitanum conciliaret, hunc sibi proximum esse ajebat (v. Afr.).
	Zosimus (417—419)	Afros, ut Pelagium damnatum absolverent, arroganter jussit, sed brevi post ipse ab imperatore jussus est illos damnare (v. Gall. et Afr.).
	Bonifacius (419—422)	quidem Eulalium, quem multi pontificem colebant, expulit, sed in reliqvis suis negotiis sinistram fortunam ubivis locorum expertus est (v. Gall.).
Valentinianus III . . . † 455.	*Coelestinus I* (422—432)	non est majore auctoritate in ecclesia Africana gavisus, sed, Cyrillo Alexandrino auctore, Nestorium, Constantinopolitanum, hæreticum declaravit; quare Cyrillus in concilio oecumenico tertio a. 431 Pelagianos, quos Coelestinus odit, damnari jussit. Sub eo Palladius, et post eum Patricius Hibernos in religionem christianam convertere coeperunt.
	Sixtus III (432—440)	animos Orientalium, decretis concilii Ephesini exacerbatos, reconciliare studuit.
Petronius Maximus . . † 455. *Avitus* . . . . † 456. *Majorianus* . . . . † 461. *Libyus Severus* . . . . † 465. *Ricimer* . . . . † 467. *Anthemius* . . . . † 472. *Olybius* . . . . † 472.	*Leo I, Magnus,* (440—461)	multum apud Valentinianum III valebat, qui quidem patriarchæ Romano, "rectori totius ecclesiæ," primatum addixit. Neqve tamen Leo prohibere potuit, quin synodus Ephesina a. 449 Flavianum, quem tuebatur, damnaret; Chalcedonense verò concilium a. 451, — quod ne cogeretur, multam operam dederat, — quamquam epistolam Leonis "de communicatione idiomatum" confirmaret, tamen patriarchæ Constantinopolitano paria ac illi jura vindicavit; quæ decreta evertere Leo frustra conatus est. In Gallia callide egit, in Africa sollicitur; Attila, rex Hunnorum, Leoni cessit, sed Vandali, ex Africa transvecti, Romam diripuerunt.
Glycerius, expulsus a. 474 a *J. Nepote.* *Momyllus,* pulsus ab Herulis a. 476.	*Hilarius* (461—467)	Anthemio, imperatori, qui hæreticis conventus religionis habere permiserat, felici cum successu restitit.

Romana.

II.

suos habet imperatores Romanos.

—476.

Metropolitæ Occidentis.

Mediolanensis

metropolita pontificisRomani imperio haud magis paruit, quam antea; quod quidem repetitæ incursiones Alarici et

Attilæ nonnihil prohibuerunt.

Aquileiensis

metropolita per hoc omne tempus sui juris erat.

Ravennensis.

Quum Ravenna subHonorio sedes imperatoria fuisset,

a Valentiniano III metropolita ejus urbis sui juris factus est; qva re omne tollebatur imperium metropolitæ Mediolanensis. Sed brevi post, nescimus quo anno et qua ratione, in ditionem pontificis Romani redigebatur.

Thessalonicensis.

Thessalonicensis episcopus, nomine Rufus, verens, ne vicinus patriarcha Constantinopolitanus arbitrio suo ipsum submitteret, passus est, Innocentium I. jam a. 402 se metropolitam et vicarium sui pronuntiare.

Anno 421 Theodosius II. omnes provincias Illyriæ patriarchæ Constantinopolit. subjecit, sed brevi post institutio Innocentii, tanquam vetustate commendata, restituta est.

Ne tamen putes, jugum pontificis Romani durum fuisse; cui semper verendum esset, ne vicarius iste patriarcham Constantinopolitanum dominum suum salutaret.

Africani.

Anastatius Romanus Afros adhortatus est, ut Donatistas vincerent.

Innocentius I. ab Honorio impetravit, ut Donatistæ admodum vexarentur.

Ne vero pontifex Romanus judicandi decernendique jus sibi arrogaret, synodus Milevitana decrevit: "ad transmarinos qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur." Nihilotamen secius presbyter quidam Siccensis, Apiarius ad Zozimum contra episcopum Urbanum provocavit; neque Zozimum puduit, ut illum tueretur, Sardicenses canones, ad quos provocarat, Nicænos prætendere; sed Africani, veritate rei cognita, Bonifacio scribebant, se canones illos haud agnoscere. Iidem quum Antonium, (quem Augustinus Fussalæ, oppido dioeceseos Hipponensis, episcopum præfecerat), quod insolenter et crudeliter egisset, munere dejecissent, hic non dubitavit, ad eundem Bonifacium appellare. Sed, licet hic Antonium restitui jussisset, ipse tamen Augustinus morem gerere noluit, ut Africani, data ad Bonifacium epistola, negarent, "se intolerabilia passuros esse," et in altera ad Coelestinum data epistola pontifici Romano nullum jus concederent, episcopos a se excommunicatos in ecclesiam recipiendi. Brevi post, quum Vandali, Ariani, et illi quidem pontificis Romani primatum nentiquam ferentes, Africam occupavissent, reliqui episcopi catholici æquius ferebant, Leonem Magnum juribus primatus, ipsi a Valentiniano collatis, in se uti.

Gallici.

Quum vero sub finem seculi IV. dupplex lis de juribus metropolitæ exercendis orta fuisset, inter Proculum Massiliensem et Hilarium Narbonnensem, (— quam composuerat synodus Taurinensis a. 401 —) et inter Patroclum Arelatensem et Simplicium Viennensem, synodus aliqva episcopo Viennæ, metropoli provinciæ, jura ista attribuit; Patroclus vero ad Zozimum provocavit. Qua re grata Romanis occasio oblata est Galliam in ditionem suam redigendi, qua quidem omnes fermo seculi V. antistites avidius utebantur. — Zozimus Arelatensem episcopum Viennensi anteposuit eundemque, vicarium sui designatum, reliquis Galliæ episcopis præfecit; sed, turbis inde ortis, Bonifacius V.ennensi primatum reddidit, Narbonensem Massiliensi simul præferens. Coelestinus I. ad utrumque litteras dedit, in quibus dominum se gessit. Sub Leone M. Valentinianus III, imperator, Arelaten Galliæ metropolin fecerat, eaque re motus Hilarius, episcopus Arelatensis, jura metropolitæ exercere coepit. Jam inter alios Galliæ episcopos Calidonius, ab Hilario damnatus, ad Leonem M. provocavit; qui, Hilario infestus, Viennensi episcopo et titulum et jura metropolitæ restituit. Sed post obitum Hilarii, quum Ravennius, Leonis amicus, cathedram Arelatensem obtinuisset, Leo provinciam istam in duos metropolitanatus divisit, et suum cuique præfecit metropolitam, Viennensem et Arelatensem. Hilarius jura primatus, a Valentiniano III cathedræ Rom. concessi, in multis Galliæ locis exercebat.

Hierarchi

III.

Dum Italia ab Herulis e

476–

Herulorum dux.		Patriarchæ Romani.
Odoacer.	*Simplicius,* (466—83)	quod Odoacer nec Catholicos vexaret, et imperio Orientali infestissimus esset, haud dubitavit Zenon episcopum Sevillensem, sui in Hispania vicarium designare, neqve non Johannem, episcopum Ravennat minis terrere; postquam vero Henoticon Zenonis imperatoris in Oriente pacem restituisset, Acacium et Petru Mongum, patriarchas Orientis, excommunicatos habere ausus est.
	Felix III, (483—92)	Odoacero, qui edixerat, patriarchas ex arbitrio suo eligendos esse, auctore creatus, duos episcopos, Vital et Misenum, Constantinopolin misit, ut Acacium Romam coram tribunali suo arcesserent; qui vero, pecuni corrupti, Acacium absolverunt. Qua re comperta, Felix anno 484 in synodo Romana Acacium munere in æternum privatum declaravit. Quibus rebus schisma ortum post XXXV annos demum compositum est.
Ostrogothorum reges: *Theodoricus* 493 — † 526.	*Gelasius I,* (492—96)	quum Euphemius, patriarcha Const., non solum canones Chalcedonenses, qui sibi paria ac patriarchæ Roma jura vindicaverant, in synodo Constantinop. a. 492 confirmari jussisset, — qua re Henoticon illud irritu reddebatur —, tamen neque Henoticon approbavit et decreta concilii Chalcedonensis rejecit. vid. (Thes.)
	Anastatius II,	vir mitis et placidus, præmatura morte abreptus est.
	Symmachus (498—514)	ab aliis eligebatur, ab aliis vero Laurentius, quod schisma Theodoricus eo sustulit, quod a duabus synod Romanis a. 499 & 501 — in quibus Symmachus haud comparebat, Symmachi electionem confirmandam cur vit. Ipse Symmachus in synodo a. 502 istud Odoacri edictum (v. Felicem III) irritum declaravit; qvod ter a Theodorico integrum restitutum est. Schisma inter Orientem et cathedram Romanam ob eam causam com ponere noluit, quod Anastatius imperator Laurentium illum tuitus esset. (vid. Gall.)
	Hormisdas. (514—23)	Quum in Oriente, mortuo Anastatio, concilia Chalcedonensia confirmata fuissent, Hormisdas communion ecclesiarum Orientis uti se velle ea lege promisit, ut nomina Constantinopolit. ab anno 485 ad a. 523 patri archarum, neque non Zenonis et Anastatii, imperatorum, e diptychis delerentur.
Athalaricus.	*Johannes I,* (523—25)	legatus a Theodorico, Ariano, Constantinopolin missus, a Justino, Græcorum imperatore, impetravit, ut æde sacræ Arianis redderentur. Sed Romam reversus in vincula conjectus est.
† 543.	*Felix IV.* (526—30)	a Theodorico electus est. Eo auctore Athalaricus edixit, clericos, ære alieno onustos, in judicia civilia haud esse vocandos.
	Bonifacio II (530—32)	primum schisma in ecclesia Romana tollendum fuit. Postea ei in synodo Romana demandatum est jus succes sorem suum eligendi, quod tamen ipsum in nova synodo "crimen læsæ majestatis" ipse professus est.

Romana.

III.

strogothis obsessa tenetur.
-534.

Metropolitæ Occidentis.

Mediolanensis	*Aquileiensis*	*Ravennensis*	*Thessalonicensis.*	*Africani,*	*Gallici,*
metropolita libertate etiamnum utebatur.	metropolita liber manebat, et sub Gothis ipso titulo patriarchæ ornabatur, quo vel VIII vi seculi metropolitæ Aquileienses appellari solebant.	Romani antistitis imperio subjectus erat.	Sirmio, sede præfecti Illyrici, ab Attila diruta, Thessalonica facta est præfecti illius sedes, quæ res novam et dignitatem et auctoritatem metropolitæ Illyriæ addidit. Levius igitur factum est imperium Romanorum antistitum. Ita ut omnes episcopi Illyrici cum Euphemio illo contra Gelasium facerent. Pacis formulam, ab Hormisda propositam, Dorotheus, Thessalonicensis, admittere recusavit. Neque, quum in judicio Romano comparere juberetur, paruit, et adeo Heracleæ omnis culpæ liberabatur.	quotquot Vandalis parebant, Romanum antistitem flocci habebant. Cæteri quidem pluris eum faciebant, sed tamen rationes politicæ prohibuere, que minus arctioris necessitudinis compagibus eum eo conjungerentur.	quorum provinciæ suo quæque principi, eidemque Arianismo addicto, parebant, Romanos pontifices haud consulebant. Quare hi quidem verbis arroganter se gesserunt, ut, quum Felix in canone synodi Romanæ a. 485 episcopum Romanum "caput omnium" apellaret, vel Gelasius contenderet: "sancta Romana ecclèsia nullis synodicis constitutis prælata est cæteris ecclesiis, sed evangelica voce Domini et salvatoris nostri primatum obtinuit"; — sed re parum profecerunt. Anastatius tamen, sub quo Chlodovæus ad sacra catholica transierat, Arelatensem metropolitam toti provinciæ præfecit; quod Symmachus initio confirmavit, postea vero, quum Vienna urbs a Burgundionibus obsideretur, iique episcopum ejus urbis metropolitam salutassent, dupplicem illum, a Leone Magno institutum, metropolitanatum restituendum esse censuit, simul metropolitæ Arelatensi concedens jus in Gallia et Hispania, ↄ: per totam ditionem Visigothorum, synodos cogendi.

Hierarchi

IV.

Ab initiis imperii Græcorum imperator

531

Ostrogothi.	Græci.	Patriarchæ Romani.	
Theodatus. † 536.	*Iustinianus.*	*Johannes II,* (532—35)	inter multas turbas, magna data pecunia, patriarcha creatus est. Idem ab Justiniano, imperat formulam Theopaschitarum contra auctoritatem Hormisdæ admittere jussus est.
Vitiges. † 538.		*Agapetus,* (535—36)	quem multi faciebat Justinianus, jamjam Gothos ex Italia expulsurus, a Theodato Constantino lin ad pacem parandam missus, ipsi muneri parum incubuit, sed magna usus est in episc Orientis insolentia.
Ildibaldus. † 541.		*Silverius* (536—37)	s. Sylvianus, Hormisdæ filius, quum Belisarius Romam expugnaret, Romanis persuasit, ut por suas aperirent. Belisarius vero eundem Silverium, falsi criminis accusatum, Theodora, impe trice, ita volente, munere suo exuit.
Eraricus. † 541.		*Vigilius,* (539—55)	auctoritate Belisarii e diacono patriarcha factus, in lite de tribus capitulis tam inconstans erat, primo in confessione, a se edita, orthodoxiam triumvirorum istorum e voluntate imperatoris negat postea auctore Ferrando, diacono Carthaginensi, eandem argueret, iterum vero, anno 547, qui Constantinopolin arcessitus fuisset, negaret, atque adeo in scripto quodam, quod "judicatum" scribebatur, solenniter negaret, sacramento interposito, promittens se "judicatum" istud contr ter servaturum esse. Quid? quod anno 553, minis imperatoris perterritus, in scripto suo, titulus "constitutum", mediam viam ingredi maluit; quod quum Justinianus ferre nollet, tres vires aperte multisque verbis damnavit. Ob has causas ab Occidentalibus excommunicatus est.
Totilas. † 552.			
Tejas. † 553.			
Justinianus.	† 565.	*Pelagius I,* (555—59)	qui cum Vigilio Constantinopoli fuerat et cum eo sententiam sexties mutaverat, quum tand imperatoris sententiam amplexus fuisset, Narsis quidem auctoritate patriarcha creatus est, sed Romanis excommunicatus. Itaque Narsen graviter admonuit, ut in immorigeros clericos severi animadverteret. vid. Gall.
Longobardi:	*Justinus II.*	*Iohannes III.* (562—72)	Quum Longobardi anno 568 in Italia superiore consedissent, patriarchæ Romani in Italia exigua facta est.
Alboin. † 574.	† 578.	*Benedictus III,* (573—77)	post X demum menses electus, vitam obscuram degebat.
Kleph. † 575.	*Tiberius.*	*Pelagius II* (577—90)	cum patriarcha Constantin. contendebat, quod hic sibi titulum patriarchæ oecumenici imposuer
Interregnum. † 575—85.	† 582.	*Gregorius M.,*	qui sub Pelagio plurimum valuerat, eandem litem, acerbe quidem, sed dum Mauritius imper tor esset, parum feliciter, gerebat, feliciore vero successu post obitum patriarchæ et miser Mauritii cædem, per Phocam factam. Gregorius, ut Orientis patriarchas contra Constantinopol tanum illum concitaret, triplicem finxit Petri cathedram esse: "ipse enim" (sc. Petrus), inqui "sublimavit sedem (Romanam), in qua etiam quiescere et præsentem vitam finire dignatus est "ipse decoravit sedem (Alexandrinam), in qua Evangelistam (intellige Marcum) discipulum misit "ipse firmavit sedem (Antiochiam), in qua septem annis, quamvis discessurus, sedit;" sequ passus est duumviros illos se "universalem episcopum dicere," quia "vobis", inquit, subtrahi "tur, quod alteri plus, quam ratio exigit, præbetur." Gregorius in Brittanniam misit Augusti num; Romæ scholam cantus ecclesiastici instituit.
Authari. † 591.	*Mauritius.*		
Agiulf. † 615.	*Phocas.*		

[R]omana.

IV.

[...]t Longobardorum ad mortem Gregorii Magni.
[...]-604.

Metropolitæ Occidentis.

[M]ediolanensis	*Aquileiensis*	*Ravennensis*	*Thessalonicensis*	*Africani.*	*Gallici.*
Justiniani idem ætate [Ro]mano pon[tifi]ci paruit; in adeo		Romano an-	tempore Justiniani juribus metropolitæ privabatur, partim, quod, quum	Vandalorum imperio a Belisario everso, episcopi Africani litteris ad Johannem II. datis rogabant, ut nullum ex Africa transvectum episcopum Arianum in ecclesiam reciperet; quibus litteris prohibere volebant, ne ad Romam appellaretur; sed Agapetus, redditis litteris, jura Reparati, metrop. Carthagenensis, rata fecit. Inconstantia Vigilii effecit, ut Africani, quod essent acres trium capitulorum defensores, ecclesiæ Rom. communionem suam interdicerent.	Successores Clodovæi Romanum pontificem colebant, quare
[...]tius, metro[po]lita, in lite [de] tribus ca[pit]ulis e com[m]unione eccle[siæ] Romanæ ex[ces]sit, quam ... post	in lite de tribus capitulis communionem ecclesiæ Romanæ tollebat, quæ	tistiti paruis[...] se, constat ex	in lite de tribus capitulis secus judicaret, ac Romanus antistes, vicarius ejusdem haud constitueretur, unde suffraganeorum alii imperio ejus se subducebant, (alii ut episcopi Corinthi et Nicopoli) Romano parere malebant, partim, quod Justinianus urbem suam patriam, Justinianam, sedem metropolitæ, cæteris imperantis, ejusdemque vicarii sedis Romanæ, redditisset.		Vigilius Arelatensem metropolitam vicarium suum constituit. Sed fidem catholicam haud minus venerabantur, quare
[mu]ltos annos [La]urentius, me[tro]polita, resti[tu]i passus est. [...]d Constan[tiu]s, successor [eju]s, qui Gre[go]rio M. ami[cu]s esset, pri[ma]tui Romano [s]e submisit.	nondum restituta fuit sub Pelagio II. Cæterum, quum metropolita Aquileiensis, Longobardos veritus, Gradonem, urbem in ditione imperatoris Græci sitam, secessisset, Gregorius M. aliquot annis post effecit, ut hic tres capitulos damnaret, suaque uteretur communione. Sed secus sentientes Aquileiæ, quam urbem Longobardi tenebant, singularem memetropolitam constituebant.	epistolis Gre-			Pelagium I. ecclesiæ antistitem non prius agnoverunt, quam orthodoxiæ suæ formulam dederat.
		gorii Magni.	Gregorius Magnus in utraque Illyria primatum suum haud semel exercuit.	Hanc quidem Gregorius restituit, attamen in epistolis, ad Africanos datis, tantum hortantem et monentem neque jubentem se præbuit.	Gregorius Magnus, quod gratia Brunehildæ, reginæ, utebatur, imperii su fines extendere haud infeliciter conatus est.

Errata calami et typographi.

Pag.	Column.	lin.	
3,	1,	1:	Act 12, 27 lege Act. 12, 25
— -	— -	— 12:	qvalia l. qvalia
— 4,	— 2,	— 5:	calummatoribus l. calumniatoribus
— 6,	— 2,	— 1:	163 l. 164
— 8,	— -	— 16:	grave l. gravi
— 10,	— 2,	— 22:	Pepusæ l. Pepuzæ
— -	— -	— 23:	felicitatis l. felicitate
— -	— 2,	— 3:	Eleuthero l. Eleutherio.
— -	— 3,	— 8:	
— 11,		— 4:	adverterent l. adverteret
— -		— 5:	ipsius l. ipsius
— -	— 2,	— 14:	Numidcius l. Numidicus
— 12,	— 4,	— 25:	Coraciono l. Coracione
— 13,	— 1,	— 11:	ab l. ob
— -	— -	— 32:	prosulisse l. protulisse
— -	— 2,	— 12:	permitteret l. permisit,
— -	— -	— 19:	qva tuum viros l. qvatuumviros
— -	— -	— 22:	usitanaum l. visitandum
— -	— -	— 28:	Africana 251 l. Africana a. 251
— -	— 4,	— 34:	260 l. 256
— 14,		— 4:	Saccas († 243), Plotino l. Saccas († 243) Plotino
— 15,		— 5:	summa l. summum
— -		— 6:	specia l. specie
— -	— 5,	— 16:	5 l. 6
— 16,		— 1:	VII deleatur
— 17,		— -	VII deleatur
— -	— 2,	— 21:	qvinto l. sexto
— -	— -	— 26:	pollinctum l. pollincta
— -	— 3,	— 7:	γονυκλινουτες l. γονυκλινόντες
— 18,		— 17:	qvi demubivis l. qvidem ubivis
— -		— 24:	qviqve l. qvisqve
— -	— 1,	— 1:	Judæo-christanorum l. Judæochristianorum.
— -	— 2,	— 10:	(p. 13) l. (p. 11)
— 20,	— 1,	— 8:	odiis l. odio
— -	— 2,	— 17:	qvæ l. qvod
— 21,		— 3:	basitismi s. baptismi
— -	— 1,	— 5:	neqvitiam l. temeritatem
— -	— 1,	— 8:	Tigisanus l. Tigisitanus
— -	— 2,	— 7:	ἕσιν l. ἕστιν
— -	— -	— -	υπεστη l. ὑπεστη
— 22,		— 5:	pervertebat l. pervertebant
— -		— 7:	381 l. 337
— -		— 13:	Albanasius l. Athanasius
— -		— 20:	Urstcins l. Ursacius
— -		— 21:	dia l. dici
— -		— -	Nicomendensi l. Nicomedensi
— -		— 27:	ὁμοουσιον l. ὁμοιουσιον
— -		— 29:	Georgins l. Georgius
— -		— 30:	Antiochena l. Antiocheno
— 23,	— 1,	— 22:	inconcilio l. in concilio
— -	— -	— 44:	Theodotii l. Theodosii
— -	— 5,	— 15:	306 l. 360
— 24,		— 1:	eidemqve — fautori l. ejusdemqve — fautoris
— -	— 2,	— 2:	πατριος ιεριος l. πατριοις ιεροις

Pag.	Column.	lin.	
22,	1,	6:	supestitio l. superstitio
— -	— -	— -	aboletur l. aboleatur
— -	— -	— 20:	sum l. suam
— 25,		— 1:	sime l. sima
— -	— 3,	— 45:	Maximus l. Macarius
— 26,	— 1,	— 23:	confesio l. confessio
— -	— -	— 24:	nonulorum l. nonnullorum
— -	— 3,	— 13:	brevis l. breves
— -	— -	— 37:	sede l. s. de
— 27,	— 1,	— 25:	exstincta l. exstinctus
— -	— 2,	— 8:	manichæismi l. manichæismum
— 28,	— 1,	— 4:	voluerunt l. noluerunt
— -	— -	— 32:	obsideret l. obsideret,
— -	— 2,	— 30:	Sericius l. Siricius
— -	— 3,	— 4:	
— 29,		— 4:	systematum l. systemata
— -	— 2,	— 12:	el l. vel
— -	— -	— 14:	ineffabile l. ineffabili
— -	— -	— 22:	alicná, l. , aliena
— -	— -	— 31:	famensi l. tametsi
— -	— -	— 33:	damnarent l. damnaret
— 30,		— 3:	persentium l. persentientium
— -	— 3,	— 11:	duum viros l duumviros
— 31,	— 2,	— 22:	confiteretur l. confiteretur,
— 32,	— 1,	— 15:	nupset l. nupsit
— 33,	5. a)	— 4:	multa — profusa l. multus — profusi
— 33,	— 2,	— 7:	422 l. 451
— -	— -	3 infr.:	383 l. 484
— 34,		line 1:	flagabat l. flagrabat
— -		— 2:	autem l. artem
— -	— 2,	— 22:	religioni l. religione
— 35,	— 1,	infr. 1:	celandum l. celandum
— -	— -	line 20:	343 l. 543
— -	— -	— 25:	336 l. 536
— -	— -	— 26:	335 l. 535
— -	— -	— 30:	344 l. 544
— -	— 2,	— 27:	Actistetæ l. Aktistetæ
— -	— -	— 32:	φυρεις l. φυσεις
— 36,	— 1,	— 26:	φωϊσῖου l. φωτιστου
— -	— -	— 44:	tadita l. tradita
— -	— 2,	b) ζ)	υπαπαντη l. ὑπαπαντη
— 37,	— 3,	line 22:	cercumvagari l. circumvagari
— 38,	6) c.	— 1:	derime l. dirimere
— -	8)	— 6:	priseæ l. priscæ
— -	ultim.		clerc l. clero
— 40,	— 2,	— 13:	deligenter l. diligenter

Adde ad pag. 26, column. 2, lin. 11:

scripta polemica:

1. de virginitate adversus Jovinianum libri II;
2. adv. Jovinianum apologia;
3. adv. Vigilantium liber;
4. de perpetua virginitate Mariæ adv. Helvidium;
5. de erroribus Origenis;
6. adversus Rufinum libri III;
7. adversus Pelagianos dialogi III;

HISTORIA ECCLESIASTICA

SYNOPTICE ENARRATA

PARS SECUNDA

HISTORIAM PERIODI TERTIÆ COMPLECTENS.

AUCTORE
PETRO TETENS HALD
THEOLOGIÆ LICENTIATO.

HAUNIÆ, MDCCCXXXII.
TEXTUM EXCUDIT P. N. JÖRGENSEN, NOTAS BIANCO LUNO & SCHNEIDER.

HISTORIA ECCLESIASTICA MEDII ÆVI SYNOPTICE ENARRATA.

PARS PRIMA

HISTORIAM ANNORUM

604—858

COMPLECTENS.

AUCTORE

PETRO TETENS HALD

THEOLOGIÆ LICENTIATO.

HAUNIÆ, MDCCCXXXII.

TEXTUM EXCUDIT P. N. JÖRGENSEN, NOTAS BIANCO LUNO & SCHNEIDER.

MODERATORIBUS

ÆRARII AD USUS PUBLICOS DESTINATI

EGREGIIS LITTERARUM BONARUMQVE ARTIUM PATRONIS,

QVORUM

COMMENDATIONE HONORIFICA FACTUM EST,

UT

REX AUGUSTISSIMUS

PLURIMUM AD HUNC LIBRUM EDENDUM CONFERRET,

HOC OPUS

SACRUM ESSE VULT

AUCTOR.

L. B. S.

Obtuli hic litterarum fautoribus primam partem ecclesiasticæ medii ævi historiæ; de qva pauca præfari lubet.

Persvasissimum mihi habeo, *pragmaticam*, qvæ dici solet, historiam tradendi rationem solam historiæ nomine dignam esse, qvippe qvæ sola possit res gestas satis copiose tradere earumqve causas et mutuas rationes describere. Qvod enim ad *tabulas historiæ* attinet, singula leviter tantum perstringunt, et eo qvidem ordine tradunt, qvo sibi, alteris altera, successerint, ita ut gravissima qvæqve cum levissimis et ab his sæpe diversis arcte conjungantur.

Attamen neqve tabularum usus exiguus est, neqve pragmatica historia eo, qvo tradi solet, modo ab omni parte perfecta. Namqve si qvis; Centuriatorum morem secutus, singulorum seculorum historiam perseqvi voluerit, fieri non poterit, qvin ordinem rerum moleste interrumpat; neqve enim semper initio seculi existere solent res novæ, aut mutari, qvæ antea fuerint. Hic igitur ordo a plerisqve hodie neglectus est. Si autem longioris temporum spatii historia simul tradatur, aut molesta repetitio freqventer incidet, aut historia desinat esse pragmatica necesse est. Neqve enim, ut in uno exemplo subsistam, bonarum artium litterarumqve historia pragmatice tradi potest, nisi mutatæ ipsarum rationes ex forma civilis regiminis, controversiarum ceterorumqve ævi studiorum natura repetantur; neqve controversiarum enarratio pragmatica fieri potest, nisi ad litterarum indolem referatur. Itaqve aut singula nude recenseantur necesse est, qvæ historia pragmatica non est appellanda, aut eadem sæpius repetantur, id qvod molestum est.

Deinde historiarum scriptores, ut logices regulis satisfaciant, eventa historica ad certos *locos* referunt, qvi ut per totam historiam iidem sint, studiosius operam dant; qvod mihi a re alienum esse videtur. Nam rerum narratio æqve multifaria esse debet, atqve rerum diversitas Qvi autem certos locos, ad qvos omnia et singula referantur, ante constituerit, qvam ad res examinandas et examinatas tradendas accesserit, illis anxie servatis, ordinem certe aliqvem servaverit, sed parum logice egerit. Non enim schema antea componi debet, in qvo singulæ res, in certa qvædam capita distributæ, collocentur, sed ex ipsa rerum tradendarum natura repetendum est, ad qvos locos singula referri debeant; qvi qvidem neqve omni ætate iidem esse poterunt, si qvidem habet sua qvæqve ætas sibi propria, neqve omni ætate pari inter se modo connexi, qvod, qvæ certo tempore gravissimis rebus causam præbent, ea alio fortasse tempore ad hos nihil omnino conferunt, qvum ad alias qvasdam res multum valeant.

Itaqve historiam tradenti ita agendum esse putavi, ut primum sedulo indaget, per qvantum temporis spatium *eædem fuerint rationes*, qvove tempore novæ aut aliæ has exceperint: qvot deinde invenerit rationum illarum diversitates, in tot *æva* periodi cujusqve historiam dividat: tum ipsam historiam enarraturus nec plures nec pauciores *locos* distingvat, qvam diversa rerum tradendarum indoles jubeat: neqve eundem *ordinem locorum*, qvem semel instituit, ubivis anxie servet, sed qvibus in rationibus causæ rerum lateant, harum historiam reliqvis præmittat. Qvid multa? Spreta locorum atqve ordinis constantia subjectiva, objectivum rerum nexum ita tradat, ut historiam suam organismi similem reddat.

Quum autem omnis historiarum scriptoris intersit, ut lectores, qvæ tradita fuerint, facili negotio percipiant et animo teneant, — qvi est egregius usus tabularum —, operæ pretium est qværere, num ex pragmaticæ historiæ et tabularum ratione *tertia* fingi possit historiam tradendi methodus, qvâ rerum narratio sit æqve copiosa et subtilis atqve distincta et facilis ad percipiendum.

Vix opus est probare, ex duabus methodis, per se diversis, *posse* tertiam qvandam existere, qvæ, neutram plane exprimens, utriqve tamen respondeat. Nulla non disciplina exempla longe plurima præbet. Parsimonia medium locum tenet inter animum avarum et prodigum, neutrum omnino secuta, utriqve tamen respondens. Iustitia est severitas clementiâ temperata, neqve sola clementia neqve sola severitas, sed ex utraqve veluti conflata. Qvid? qvod ipse homo naturam habet et animalis et entis ratione præditi, neutrius naturam integram exprimens, sed utriqve respondens. Neqve eqvidem hoc commemo-

rassem, nisi expertus essem, etiamnum inveniri, qvi de re in facto posita non qværant, qvi facta sit bene an male, sed a priori, uti dici solet, seu ex notionibus qvibusdam vulgo probatis disputent, utrum fieri possit, nec ne, et qvasi ob solam rei novitatem nihili esse eam affirment.*) Alia qvæstio est, num successerit cuidam tale periculum historiam tam ex pragmaticæ narrationis qvam ex tabularum ratione tradendi, qvod utrum de me valeat, nec ne, periti censores, ut subtiliter judicent, his litteris meis rogati sunto.

Eadem autem methodus difficultates longe plurimas affert, sed eas tamen maximam partem typographicas, qvas eqvidem, qvantum fieri potuerit, superare studui. Sic vero necesse erat, notæ ad calcem libri rejicerentur. Qvod si qvis ægre ferat, attendat velim, me in his ea sola disputavisse, qvæ propter externam textus oeconomiam in ipsa verba recipi neqviverint. Habebis enim in notis vel fontes laudatos vel vocum explicationem vel uberiorem de qvibusdam rebus disputationem. Sed de forma hujus libri satis jam dictum est.

In historia enarranda ipsis fontibus usus sum, qvod nemo, spero, ægre ferat. Idem vero ipsa fontium verba sæpissime attuli, qvod forsitan alicui minus placeat. Sed tribus rationibus commotus hoc fieri debere putavi. Qvanqvam enim sermo horum fontium satis barbare sonat, hoc ipsum tamen iis, qvi in illis bene versati sunt, svavitatis aliqvid habet, qvippe qvod singularem ævi illius indolem plerumqve referat. Deinde sui cuiqve disciplinæ termini sunt, sua cuiqve ætati verba et phrases, qvorum in locum si melioris notæ verba substitueris, periculum est, ne bene latine qvidem sed parum accurate dixeris. Deniqve plurimorum fontium verba obscuriora sunt. Igitur modestiæ scriptoris est, non suam qvalemcunqve illorum explicationem, tanqvam de tripode dictam, in medium proferre, sed potius ipsa fontium verba, subjuncta interpretatione, laudare. Ne dicam, tirones, hoc libro perlecto, verba, phrases scribendiqve genus medii ævi scriptorum ita cognituros esse, ut ad fontes ejusmodi scrutandos paratiores accedere possint.

Reliqvum est, ut dicam, qvæ huic libro cum priori ejus parte intercedat similitudo, qvæ diversitas. Uterqve eandem — tabellarico-pragmaticam s. synopticam — historiam tradendi methodum secutus est. In illo autem, qvod sex priorum seculorum historia plurimos eosdemqve doctissimos nacta est scriptores, brevem tantum, fortasse in multis locis justo breviorem, summam eorum, qvæ alii docte et copiose disputaverunt, litteris mandavi. In hoc vero longe copiosior fui, qvoniam medii ævi historia et obscurior est et pauciorum scriptorum industria illustrata.

---

*) Vid. Maanedsskrift for Litteratur, Bind 6, Side 281, fgg.

CONSPECTUS ARGUMENTI.

I.

Ævum Monotheletismi 604—726.

II.

Ævum Bonifacii 727—768.

III.

Ævum Caroli Magni 768—814.

IV.

Ævum Ludovici Pii 814—840.

V.

Ævum imperii Francici tricipitis 840—858.

PERIODUS TERTIA.

604—858.

I.

Ævum Monotheletismi.

604—726.

Ecclesiasticam seculi VII historiam persecuturis nobis nonnulla necessaria visa sunt, qvæ vel in lectorum memoriam evocaremus, vel ad operis nostri rationem delineandam præfaremur.

Græci Orientale, qvod dicebatur, imperium, Africam et Italiæ mediam atqve inferiorem partem in ditione sua tenebant. Qvod tamen regnum bellis et incursionibus Persarum, Avarorum et Longobardorum circumcirca premebatur. Superiorem Italiæ partem reges Longobardorum in potestatem suam redegerant; totam vero Hispaniam Visigothorum reges occupatam tenebant. In Gallia regum gentis Francorum, qvorum vires freqventes regni divisiones infringebant, alii seditionibus intestinis opprimendis aut bellis Longobardis et Visigothis inferendis totos se dabant, alii, socordiæ indulgentes, populi sui regimen procerum qvibusdam, qvos Majores domus vulgo appellant, committebant. In Britannia reguli Anglo-Saxonum sibi invicem bella inferebant. In Germania deniqve barbaræ multæ gentes liberam pro suo qvæqve ingenio vitam dolorumqve suorum cultum instituebant. Qvæ vero fata singula hæc regna et gentes 604—726 subirent, non hujus loci est perseqvi. Sed tamen ne lectores nomina minus nota forsitan confundant, hujus ævi historiæ tabulam subjungamus (pag. 24), in qva ordo regum afferatur. —

Qvod autem ad ipsam, qvæ seqvitur, historiam ecclesiasticam attinet, paucis exponam, qvibus rationibus ductus suo singula ordine tradiderim. — Muhamedanorum religio belliqve fortuna multis Asiæ, Africæ, et Europæ regnis novam formam induerunt, eamqve in rebus tam sacris qvam civilibus conspicuam, nullius autem populi conditionem magis mutarunt, qvam miseræ gentis Judaicæ. At arma Muhamedanorum tanta fortuna non usi fuissent, si Græcum imperium neqve controversiæ de rebus fidei debilitavissent, neqve dudum damnatæ sectæ frangere cupivissent. Hinc Muhamedanorum historiam mature tradam, eiqve fata Judæorum subjungam (pag. 4—5), at hæresium sectarumqve in Græco imperio historiam illorum narrationi præmittam (pag. 2—3). Fractæ opes Græci imperii hierarchiæ Romanæ nonnihil in Italia potestatis præbuerunt, qvæ igitur qvalis fuerit, in proxima tabula (p. 6—7) enarrabo. At extra fines Italiæ Romana hierarchia vel potestatis suæ jacturam fecit, vel, populis qvibusdam ad sacra pontificia conversis, multum roboris obtinuit. Itaqve satius duxi fata religionis prospera cum Ramana hierarchia, cui tum origines suas deberent tum ipsa gravissime prodessent, junctim tradere (p. 8—11). Eidem aptissime annecti posse existimavi eorum historiam, qvibus sacro ordini novus status parabatur, siqvidem hic plerisqve nominibus vel antiqvis sedis Romanæ juribus servatis vel hisce nonnihil mutatis formaretur (p. 12—18). Itaqve *primum* enarrabo, qvi mutata sit ecclesia ratione principum (p. 12—13) et ordinum laicorum (p. 14—15), *deinde* qvalia fata subierit ordo metropolitarum et episcoporum (p. 16—17), *tum* qvalis esset conditio ac ratio presbyterorum et cultus publici (p. 18). Hic vero mutatus sacri ordinis status clericorum mores maximam partem determinabat (p. 19); eiqve non uno nomine vita monachorum respondebat aut novas rationes suas debebat; de qva igitur in proximis paginis (20—21) disseram. Tandem his omnibus cum ecclesiastici de rebus fidei motus tum litteræ sacræ certum modum et rationem accipiebant. Itaqve de his in pag. 22—23 sermo erit.

Hoc ordine id seqvor, ut singulæ partes historiæ totum aliqvod organismi instar efficiant. Quum autem acta conciliorum sæpissime sim laudaturus, passim vero non levis momenti sit scire, qvo ipso anno hæc celebrata sint, in ultimæ paginæ (24) tabula gravissima qvæqve concilia suo ordine recensebo.

Heraclius, imperator, quum & in regno suo multas Monophysitarum familias, & in Persiæ confiniis Nestorianos imperio suo infestissimos haberet, neqve non a Persis, qvi illas sectas tuebantur, magis qvotidie urgeretur, exemplo Zenonis et Justiniani haud deterritus, in animum induxit ut novum Monophysitas cum suis reconciliandi faceret periculum, neqve dubitavit, qvin id novo dogmate proposito bene succederet. Qvod vero fore speraverat, ut Monophysitæ, si iis Chalcedonitæ μιαν in Christo naturarum ενεργειαν esse concessissent, duas in Christo naturas profiterentur, id aliter factum esse nemo mirabitur. Tanto enim *illi* in Chalcedonitas odio flagrabant, ut his ne tantillum qvidem concedere vellent; *hi* autem Monophysitarum familias simultati et contemtui ita habebant, ut omnem eorundem communionem anxius fugerent. Qvibus factum est, ut neqve illi cum his in gratiam redirent, et hi ipsi imperatori infesti facti sint. Accedebat, qvod utraqve pars *unitatis numericæ* et *harmoniæ essentialis* notionibus, ut videtur, confusis, id solum agebat, ut adversariorum theoriam, prave intellectam, in absurdum per ambages redigeret, suam vero sententiam non vi argumentorum sed auctoritate summorum virorum, qvi ante secula qvidem floruerant, sed de ea re plane nihil docuerant, argutius defenderet. Qva re animi rixantium ita inflammati sunt, ut ne imperatoriis qvidem dictis, silentium

Lis Monotheletica.

Variis de hac lite narrationibus [1] comparatis, omni dubio caret:

a) Sergium, patr. Const., scriptum aliqvod Mennæ, antecessoris sui, qvod unitatem voluntatis Christi arguebat, ad episcopos qvosdam, tam Chalcedonitas qvam Monophysitas, eo consilio misisse, ut hi cum illis conciliarentur [2]:

b) Heraclium, imperatorem, κελευσιν ad Arcadium, metropol. Cyprium, misisse, in qvo statuere vetat δυο μετα την ἑνωσιν ενεργειας [3]:

c) eundemqve, quum sub bello Persico in Armenia versaretur, cum Paulo qvodam, patr. Monophys., inter alia de ununa operatione Christi sermones habuisse [4],

d) et in nova expeditione Monotheletismum, qvi vocatus est, Cyro episcopo exposuisse; qvi, quum jussu imperatoris Sergium consuluisset, et ab eo, nil de suo ingenio proferente [5], tantum scriptum illud Mennæ recepisset, eandem, qvam imperator, sententiam professus est:

e) imperatorem deniqve, in Antiochenis tractibus expeditionem bellicam facientem, Athanasium, Jacobitarum patriarcham, ad Chalcedonensis concilii orthodoxiam adduxisse; ab eodem vero qvæsitum fuisse, utrum una an duæ naturarum oparationes essent [6].

Qvæ qva ratione cohæreant, multum disputatum fuit. Nos qvidem statuimus, Heraclium istam theoriam suo ingenio finxisse, Cyrum hujus participem habuisse, et Sergio voluntatis suœ organo usum fuisse [7].

630—34. Imperatori initio omnia ex voto succedere videbantur. Namqve Cyrus ille, patr. Alexandriæ factus, Jacobitis, qvi multa mala passi fuerant, persvasit, ut, Monotheletismo probato, in communionem Chalcedonitarum solenniter redirent [8]. At Sophronius et Maximus cum aliis qvibusdam monachis illico magnos tollebant clamores, qvibus Sergius, cui res deferebatur, vix qvidem persvasit, ut neutra uterentur formula. Tunc Sergius ad Honorium, patr. Romanum, de hac qvæstione scripsit, eumqve tam de neutra formula publice profitenda, qvam de veritate ipsius Monotheletismi secum consentientem [9] habuit. Qvibus factis Jacobitæ plurimis in locis Chalcedonitarum communione utebantur; neqve patriarchæ pacem ecclesiæ turbabant.

634—37. Subito vero Sophronius ille, postqvam Hierosolymis post urbem illam a Muhamedanis captam patriarcha factus fuisset, magna audacia Monotheletismum damnavit, ceterosqve Græci imperii patriarchas ad suas partes trahere studuit; qva re summa in Heraclium invidia conflata est.

638. Hic igitur novo edicto, εκθεσει jure vocato, qvod Monotheletismi theoriam veram esse defendit, rixantibus hominibus, ut de tota hac qvæstione silentium agerent, imperavit; qvod ipsum edictum in synodis Constantinopolitanis, a Sergio († 638) ejusqve successore Pyrrho habitis, sanciendum curavit.

638—41. Neqve tamen omnes silebant. Monotheletismum enim Romæ primum Severinus publice damnavit, tum Johannes IV in synodo, a. 641 coacta, anathemate percussit.

645. Qvadriennio post Maximus ille non solum Pyrrhum, qvi, qvod novas res molitus fuisset, munere suo privatus erat, disputatione in urbe, nescimus qva, Africæ instituta, erroris coarguit, sed etiam Afros tantum non omnes Monotheletismo ita infestos reddidit, ut hi, litteris ad Constantem imperatorem missis, poscerent, ut hic Paulum, patr. Const., cogeret ad antiqvam fidem ecclesiæ profitendam.

648. Itaqve Constans II, imp., novum promulgavit edictum, qvod τυπος inscribebatur, qvod vero neutram formulam probans neutrius usum permissit. Sed animi ita concitati erant, ut suam cuiqve censendi libertatem, modo silerent, concedi nullo modo paterentur. Inter alios Theodorus († 649), patr. Rom., & Pyrrhum, ad Monotheletismum relapsum, & Paulum, patr. Const., anathemate feriit.

649. Omnium vero Martinus I, patr. Rom., edictum illud maxime violavit. Hic enim in synodo Lateranensi (a. 649), cui episcopi centum et qvinqve intererant, Monotheletismum damnavit, eundemqve professos patriarchas Const., — Sergium, Pyrrhum, Paulum — hæreticos pronuntiavit; hancqve sententiam vel cum omnibus chnis communicavit, vel ipsi imperatori misit, qvo ab eo confirmaretur [10].

650—62. Post hæc vero Constans, imp., edicti sui contemtores severis poenis affici jussit. Martinus igitur, qvi proditionis magno, ut videtur, jure accusabatur, et Maximus († 662), qvi contra Monotheletismum clamare haud desinebat multiqve alii exqvisitis suppliciis cruciebantur.

662—78. Qvibus factis, per annos sedecim neutra theoria defensa, neutra suis destituta est patronis. Patriarchæ Romani, licet Monotheletismo adversarii, ne verbo qvidem pacem ecclesiæ turbare ausi sunt. Contra Vitalianus imperatorem ultra modum adulatus est; qva re obtinuit, ut suum solius nomen in diptycha ecclesiæ Constantinopolitanæ referretur. Constantinopoli vero, qvo reliqvi patriarchæ Orientis metu Saracenorum confugerant, magna erat Monotheletarum multitudo.

679. Hi tandem, miseris, ut videtur, fatis Martini I elati, quum ægre ferrent, istum honorem, qvem reliqvis antistitibus Romanis detraxerant, memoriæ Vitaliani concedi, a Constantino IV, Imp., veniam hoc ipsum nomen delendi petebant. Qvæ res repetitæ litis ansam dedit. Namqve imperator, veritus, ne Romani ita offenderentur, ut Longobardorum ditioni se submitterent, Domum, patr. Rom., hortatus est, ut legatos Constantinopolim mitteret, qvo nova hæc qvæstio pacifice dirimeretur.

680. At Agatho, qvi Dono a. 679 successerat, secus, ac imperator voluit, agendum esse putavit. Hic enim in synodo, Romæ a. 680 habita, ea, qvæ Lateranensis synodus Martini a. 649 contra Monotheletismum constituerat, novis argumentis confirmata repetiit. Qvibus compertis Constantinus imperator illico concilium oecumenicum VItum cogi jussit, in qvo dogma Monotheletarum patres, qvi aderant, tantum non omnes, licet iis Macarius Antiochenus orthodoxon id esse tam conciliorum qvam patrum auctoritate persvasisset, subito [11] tamen damnarunt [12].

680—710. Jam pax ecclesiæ per XXX integros annos turbata non est. Justinianus II hæresin Monotheleticam bis [13] damnandam curavit; qvæ absqve dubio penitus exstincta fuisset, nisi a Macario Antioch. et Stephano Palæst. furtim propagata fuisset.

711—13. Qvibus viris debetur, qvod Philippicus Bardanes [14] per biennium et qvod excurrebat Monotheletismo honorem et auctoritatem restituebat. Hic enim canones concilii VIti comburi, damnatorum episcoporum nomina in diptycha restitui, novam deniqve credendi formulam exarari jussit, cui qvi non assentirent, exules facti sunt. Cui imperatoris voluntati clerici Græci, ipse adeo Johannes, patr. Const., promte morem gerebant. Sed, Philippico extincto, Anastatius, imperator, qvæ ille instituerat, omnia irrita declaravit; summoqve studio Johannes, patr., et reliqvi episcopi Græci Monotheletismum, qvem nuper laudibus in coelum extulerant, unanimi consensu damnarunt. Neqve postea hæresis illa publice defensa est.

jubentibus, audientes esse vellent, sed tam iis qvam suppliciis, qvibus eos dolor imperatorum afficiebat, omnis jugi religiosi impatientiores fierent. Unde lis in infinitum producta fuisset, si imperatoria voluntas haud passa esset, ipsum Monotheletismum, diu et strenue defensum, solenniter damnari. Qva tandem re animi Chalcedonitarum emolliebantur; Jacobitæ vero et Nestoriani haud secus atqve antea Græco imperatori parere volebant.

Qvæ qvum ita se habuerint, si animo reputemus, qvanta in Græco clero luxuria vigeret, non est, cur miremur, Græcam litteraturam in hoc ævo exiguam et pæne nullam fuisse. Neqve enim præter litem Monotheleticam, qvæ in metaphysica qvæstione, eademqve incomprehensibili versabatur, ulla qvæstio in disceptationem vocata est, qvæ ingenia posset exercere. Qvid? qvod disputandi ratio, qvam in ista qvæstione tractanda seqvebantur, ipsa prohibuit, qvo minus ultra cogitatorum ævi remotioris gyrum saperent. Hinc qvæstiones illæ acutiores qvam graviores de dupplici Christi natura; hinc vitæ asceticæ ac monasticæ laudatio; hinc crebræ augustæ Mariæ Virginis naturæ commemorationes; hinc prisca illa biblia sacra mystice interpretandi ratio. Neqve nisi in Syria ratio philosophiæ et exegeseos lætior, minime vero læta erat. —

Fata Nestorianorum.

Nestoriani non leviori, qvam antea, odio in Chalcedonitas Græci imperii incensi erant; qvam ob causam insigni regum Persarum fide et tutela gaudebant. Qvi qvanti eos fecerint, inde patet, qvod Siroes rex Jesujabam (patriarcham Seleuciæ (a. 629 — 47), legatum ad Heraclium imperatorem misit, Nestoriani autem Jesujabam reversum, quum fama ferret eum in Græcæ ecclesiæ communionem transiisse, munere suo indignum declararunt, et difficulter ei atqve ipsi regi Siroi, contrarium affirmantibus, fidem habuerunt.

Interea plures in dies Asiæ provinciæ in ditionem Muhamedanorum redigebantur. At Jesujabas suis non defuit, sed Muhamedum ipse adiens, ab eo impetravit: ut Nestorianis Deum colendi libertas et stipendia faciendi immunitas, monachis autem ac sacerdotibus integra, reliqvisqve Nestorianis partialis tributorum solvendorum immunitas concederetur [16]. A qvo tempore Nestoriani Chaliphas mansvetos placidosqve dominos habebant. Vix igitur ob aliam causam multi eorum Ægyptum petiisse videntur, qvam qvod Nestoris sepulchrum ibi esset.

Nestoriani in hoc tam florente statu rerum suarum, qvi tamen intestinis motibus nonnullis (— v. c. sub Anajesu patriarcha a. 685—99, qvi, ab æmulo qvodam pulsus, exul satis diu degebat —) turbatus est, litteris vacabant, neqve soli exegesi, qvæ qvodam modo Nestorianismi, non ea qvidem necessaria, causa fuerat, sed ethices, historiæ atqve philosophiæ studiis incumbebant. —

Fata Jacobitarum.

Jacobitæ in *Armenia* degentes eadem fere ac Nestoriani sorte usi sunt. Eos enim primo reges Persarum, postea Chaliphæ singulari favore amplectebantur.

Simili Chalipharum benevolentia Jacobitæ *Syriæ* provinciæ, qvi Heraclio cedere coacti fuerant, per totum seculum gaudebant. Qvamobrem multas nacti sunt in Syria, Palæstina atqve ipsa Asia minori fidei ac tutelæ suæ consortes. Inter eos litteræ nonnihil florebant.

Notissima est Jacobitarum, qvi in *Ægypto* habitabant, historia, qvam h. l. leviter attingendam esse duximus. Eos, qvamqvam numero plures essent, Melchitæ (ɔ: Chalcedonitæ), qui ab Imperatoribus summis honoribus afficerentur, male semper tractabant, gravissimis autem malis post a. 630 afficiebant. Qvibus moti Jacobitæ longe plurimi a. 634 ad fidem imperatoriam transibant (vid. column. 1), iidem tamen ad Muhamedanos, post a. 640 fines Ægypti adortos, fidem implorantes confugiebant. Qva de causa Amru, dux Arabum, Benjaminum, patriarcham eorum, qvi sub misera suorum conditione fuga salutem qvæsierat, insigni honore ornavit, omnesqve Jacobitas singulari patrocinio tuitus est. Jam agmina Jacobitarum, qvi metu sacra Melchitarum amplexi fuerant aut sese occultaverant, reversi, lætissima sorte a. 640 — 60 fruebantur. Sed ab hoc tempore, quum Arabes Melchitam qvendam Ægypto præfecissent, Agatho patriarcha (a. 649) grave pondus auri solvere jussus est. Johannem Semundæum (patr. a. 677) ipsi Arabes crudeliter tractabant, et magna pecunia mulctabant. Sub Alexandro (patr. a. 701 — 24) omnis generis Jacobitis plurima mala sustinenda erant, ut liceret sibi Deum ex sua religione colere. Qvibus omnibus permota ingens multitudo tam Jacobitarum qvam Melchitarum, — qvorum sors longe infelicior erat —, ad religionem Muhamedis transiit [16].

Scriptores Græci.

1. ***Euagrius Scholasticus:***
   historiæ ecclesiasticæ libri V. (ab a. 431 ad a. 594).
2. ***Theophylactus Simocatta***, primo Sophista, postea cancellarius Const.,
   historiæ rerum a Phoca gestarum.
3. ***Hesychius***, patr. Hierosolymit.:
   1. sententiarum centuriæ II.
   2. explanationes in Leviticum.
   3. capita de prophetis.
   4. sermones II de beata virgine.
   5. qva hora crucifixus est Christus, homiliæ II.
4. ***Dorotheus***, archimandrita Palæstin.:
   dissertationes asceticæ et ethicæ 24.
5. ***Johann. Moscus*** s. Eviratus, monachus Palæstin., qvi Romam c. ann. 630 adiit, ubi scripsit:
   pratum spirituale de monachorum rebus præclare gestis.
6. ***Georgius Pisides***, diac. Const. c. a. 640.
   1. cosmopoieia, carmen jambicum, contra Philoponum:
   2. in honorem Heraclii carmen.
   3. de vanitate vitæ humanæ.
7. ***Sophronius***, patr. Hieros., acerrimus Monotheletarum adversarius:
   1. epist. encyclica adv. Monothel.
   2. hypomnemata (de baptismo et fatis apostolorum).
8. ***Antiochus***, monach. Palæst.:
   1. Pandectes divinarum scripturarum.
   2. carmen lugubre, de ligni crucis jactura.
9. ***Andreas Cretensis*** archiepiscop., qvi inter a. 635 — 80 florebat:
   1. homiliæ XVII, in annunciationem, dormitionem Mariæ, simil.
   2. Triodia, in laudem Mariæ, Annæ et simil.
10. ***Maximus***, Confessor [17] vulgo dictus, † 662:
    1. de theologia, filiiqve in carne dispensatione;
    2. de duabus in Christo naturis;
    3. qvæstiones LXV in scripturam sacram allegoricæ.
    4. qvæstiones asceticæ.
11. ***Theodorus Raithus:***
    de incarnatione Christi.
12. ***Thomas Heracliensis***
    novam N. T. conversionem edidit.

Vixisse in Arabia Monotheistas, tam Judæos qvam Chnos, neqve eos paucos, satis, opinor, ex antiqva historia notum est. Æqve constat, Arabum sua qvamqve tribum idola coluisse. Jam per se indubitatum est, tantam et multitudinem et varietatem numinum erectioribus inter eos ingeniis placere nullo modo potuisse, maxime qvod, qvæ alia tribus sancte colebat numina ea alia impie contemnere solebat. Facilius igitur in Arabia qvam in aliis terris Polytheismus exstirpari poterat. Neqve tamen sperare licuit, eum christianæ religioni cessurum esse. Hæc enim, qvalis eo tempore docebatur, fere tota subtilitatibus dogmaticis constabat; Arabes autem vegeta phantasia qvam subtili meditatione magis delectabantur. Neqve vero simile fuit, plebis Judaicæ, a plerisqve contemtæ, religione istam idololatriam superatum iri. At enimvero si in mediis Arabibus novæ religionis præco prodiret, talis vir, qvandoqvidem prophetæ magno ab Arabibus honore affici solerent, divinoqve afflatu gaudere haberentur, fidem sibi sine magna difficultate faceret; sin ipsi persvasissimum esset, se divinitus inspiratum loqvi et agere, profecto fervida ingenia Arabum sibi facili negotio conciliaret. Qvod si vero idem ut singulari animi fervore, sic justa prudentia instructus esset, qva monitus suam religionem utriqve, christianæ et judaicæ, religioni haud absimilem, at popularium suorum ingeniis apprime respondentem redderet; nova hæc religio inter populos Orientis, si non eadem lingva at dialectis inter se simillimis utentes, lætissima incrementa necessario caperet. Talem Muhamendum fuisse, infra docebimus. Qvod vero regnum ab ipso

De Muhamedo ejusqve religione.

Muhamedus (Abul Kasem, Ebn Abdallah) Meccæ a. 571 die 21 Aprilis natus, ex familia Haschem, qvæ tribus Koreisch pars erat, oriundus fuit. Hic quum ea, qvæ mercatori scitu necessaria sunt, perdidicisset, in domo viduæ Kadischæ, qvam posthac uxorem duxit, negotia mercatoria ad tempus dirigebat. Subito vero a. 612, qvadragesimum annum agens, quum sese ad reformandum popularium suorum religionem divinitus per angelum vocatum esse arbitraretur, primo uxori et domesticis scita sua persvasit, tunc inter ipsos Koreischitas non sine magno vitæ discrimine docere coepit. Qvibus a. 622 cedere coactus, ad incolas urbis Jatreb confugit, qvos tribui suæ infestissimos esse novisset. A qvo tempore, Jatrebitarum præsidio egregie adjutus, bellorum dux exstitit, tanto ingenio præditus, tantaqve fortuna utens, ut intra decimum annum (633), qvo præmatura morte decessit, omnem Arabiam doctrinæ, legibus ac imperio suo obedientem teneret.

Neqve tamen sola virtute hoc factum est. Sed maxima opum ejus pars procul dubio insigni ejus prudentiæ debetur; cujus manifesta exempla hæc habeas:

1. Muhamedus doctrinam suam sacris, qvæ dudum floruerant, annexuit, qvod:
   a) unum Deum esse docuit, eundemqve ad opera sua peragenda angelis utentem, qvi qvidem omnes bonos creaverat, qvorum multi posthac a Deo deficiebant:
   b) Judæorum patriarchas, maxime Mosen, ipsum adeo Jesum divinos legatos prædicavit; qvo id fieri potuit, qvod constat Montani tempore accidisse, ut ipsi christiani, qvam venerabantur religionem Judaicam per Christum perfectam, eam per novum legatum, tunc Montanum, nunc Muhamedum, consummandam esse putarent:
   c) circumcisionem, qvam Judæi tanti faciebant, suis lege imperavit, neqve non qvibusdam cibis vesci nefas esse asseruit:
   d) mortuorum resurrectionem, lætioremqve post mortem futuram esse vitam, constanter tradidit:
   e) doctrinà de fato inevitabili, a qvo omnia et singula penderent, propius ad dogma Augustini, in Africa divulgatum, accessit:
   f) ethicis deniqve præceptis, qvæ præter summam mentis puritatem varias hominibus injungebant actiones externas, ut jejunia, peregrinationes sacras, eleomosynam, lotiones cet., totam ferme ethicen vel Judæorum vel monachorum christianorum expressit.
2. Muhamedus religionem ingeniis popularium suorum jucundam reddidit; qvod
   a) viris plures ducere uxores permisit, foeminas autem servarum loco habuit:
   b) bellica exercitia commendavit, et ipsa bella, qvæ religionis causa suscipiebantur, opus Deo gratissimum esse affirmavit:
   c) voluptates sensuales virtutis in altera vita præmia fore docuit.
3. Muhamedus sensim ad scopum sibi propositum accedebat, eundemqve latius sensim extendisse videtur. Sic initio
   a) Judæos et Chnos, qvo suo patrocinio fruerentur, tantum jussit, ut se legatum, *Arabibus* divinitus missum prædicarent:
   b) in precando faciem Hierosolymam versus dirigi imperavit:
   c) docendo et persvadendo, non autem vi et armis fidem suam propagavit;

   post aliqvod vero temporis spatium, nimia, credo, fortuna sua elatus, fanatico, qvo nullum vehementius dici aut excogitari potest, odio Judæos et Chnos, ut integram suam doctrinam profiterentur, imperavit, precandi morem Judæorum ludibrio habuit, ad arma deniqve, si qvid ei resisteret, illico properavit.

Muhamedus doctrinam suam, qvæ non est justa idearum qvarundem explicatio sed composita ex multis ac variis elementis, undecunqve corrasis et, ut tempora ferebant, sensim adjectis, ne temporum injuria oblivioni traderetur, litteris mandavit. Horum omnium collectio, cura Abubekeri instituta, Koran (ɔ: scriptura), vel Kitab (ɔ: liber), v. Dihar (ɔ: memoria) dici solet; qvæ et dogmaticam (Iman) et ethicam (Din) partem complectitur. Universa doctrina Muhamedis Islam vocata est.

conditum tam longe lateqve extenderetur, non est, cur mireris; modo teneas, qvæ supra tradidimus, opes imperii Græci intestinis turbis et infeliciter gestis bellis admodum fractas fuisse, eiqve infestas familias Jacobitarum Nestorianorumqve ditioni Arabum sponte se submisisse. Omitto Arabum fortitudinem, aut potius audaciam, qvæ ipsius religionis Muhamedicæ indole vehementer confirmabatur. —

De sectis Muhamedanis

multum disserere non hujus loci est. Id solum monebimus, fieri non potuisse, qvin qvalem Muhamedes suis tradiderat doctrinam, particularem illam, undecunqve conflatam, et per longa demum tempora in ordinem qvendam redactam, hæc suos in multis rebus dubios relinqveret. Hinc Korano ultra 7000 capita adjecta sunt, qvibus, traditionis (Sunna) nomine ornatis, aliqvi Muhamedanorum parem ac scriptæ doctrinæ Muhamedis auctoritatem vindicare student. Sunnitis hisce altera pars Muhamedanorum opposita est, qvæ in scripta lege subsistendum esse censet. Hi autem, qvod Ali neqve Abubekerum justum Muhamedis successorem fuisse contendunt, Alitæ vocari solent; ipsi qvidem Aladeliat ɔ: orthodoxos se appellant, sed a Sunnitis Schitarum (ɔ: qvi defecerunt) nomine notantur. Inter binas has partes totus Muhamedanorum populus divisus est. Sed Sunnitæ ob multitudinem et varietatem traditionum graviter inter se dissentiunt; qvare innumeræ eorum sectæ sunt, e qvibus Hanefitæ, Schefitæ, Malekitæ et Hanbalitæ gravissimæ sunt. Neqve defuit in Alitis magna sectarum varietas.

Chaliphæ.

Abubekr	† 634.
Omar	† 644.
Osman	† 656.
Ali	† 660.
Hasan, cessit	661.
Moawyah	† 680.
Jesid	† 683.
Moawyah II, imperio se abdicavit	683.
Merwan I	† 684.
Abdol Malek	† 705.
Al Walid	† 714.
Soliman	† 717.
Omar II	† 720.
Jesid II	† 724.
Hescham	† 743.

Chaliphatus.

Abubekr, gener Muhamedis, post gravem cum alio genero ejusdem, Ali, contentionem Muhamedi successit supremus utriusqve civitatis, sacræ et civilis, gubernator. Pari potestate instructi reliqvi, qvi seqvebantur, Chaliphæ præditi erant; qvorum fata recensere jure nostro supersedimus. At hujus loci est paucis indicare, qvam fuerit religio et cultus christianorum per arma eorum repressa. Septimo jam anno post mortem Muhamedis Arabes Phoeniciam, Palæstinam, Syriam et Persiam occupatas tenebant. Illico Ægyptum aggressi sunt, et brevi post Cyprum et Rhodum. Jam a Mezentio, qvi Constantinum IV imperiali dignate exuere volebat, primum invitati, Constantinopolim septies intra spatium annorum 668—75 expugnare conati sunt. Tum, variis interioris Asiæ provinciis in ditionem suam redactis, oram maritimam Africæ, qvam sæpius[1] invaserant, postea sub Al Walid totam occuparunt, et plerosqve terræ incolas ad sacra sua traduxerunt. Inde, proditione Juliani, ducis Visigothorum, adjuti, ab a. 711 omnem fere Hispaniam intra breve tempus subegerunt[2]. Neqve non a. 717 Constantinopolim iterum magna vi, sed frustra adorti sunt. Tanta erat armorum Chaliphanum fortuna. Victores autem victos chnos non una ratione tractarunt. De conditione chnorum, qvi Chaliphis subjecti in Asia et Ægypto habitabant, jam diximus (vid. pag. 3). Afrorum pleriqve, Muhamedis religionem amplexi, secure degebant. In Hispania autem, qvotqvot ad Islam transierant, paria, atqve ipsi Muhamedani, jura habebant. Reliqvorum fides non læsa est; neqve sacræ chnorum ædes dirutæ sunt; sed qvinta omnis terræ proventus pars sub Omar. II tributi instar solvenda erat. Ceterum Theudimir, fortis Visigothorum dux, ex singulari foedere, cum Arabibus inito, regnum condidit, Murciam et Valenciam comprehendens, cui levius ad Arabes persolvendum tributum impositum fuit; sed post mortem ejus hoc regnum corruit.

De Judæis.

De Judæorum in Chnos perfidia et crudelitate in bellis, qvæ Heraclius imperator cum Persis gerebat, multa sed maximam partem falsa feruntur. Certius esse videtur, ipsum Heraclium ingentem Judæorum numerum trucidari jussisse. Muhamedes autem, qvæ ejus erat prudentia, initio Judæos satis benigne tractavit, postea qvidem eos contumeliis, nunqvam vero injuriis affecit; et semper iis permisit ut in regno suo sub lege census capitum considerent. Ceteri autem Chaliphæ Judæos mitissime tractarunt, si demas, legem latam esse, ex qva nulli homini Judæo licuit, nisi ad Islam transiisset, in Arabia provincia sedem habere.

In Hispania Judæi per totum seculum VII tristissima sorte affligebantur. Nam ex qvo tempore reges Visigothorum ad catholicam fidem a. 589 transierant, hanc omnibus modis, et qvidem exqvisitis Judæorum suppliciis vindicandam esse censebant. Jam ipso anno 589 Judæi Christianas ducere uxores, aut mancipia Christiana comparare prohibebantur[3], Sisebutus autem anno 615 sub severis poenis[4] edixit, ut intra unius anni spatium omnes Judæi baptismum subirent. Qva legis crudelitate commoti, multi eorum fuga in Galliam fidem suam servarunt, alii autem eiqve plures baptismum simulate subierunt. Hanc qvidem severitatem & Isidorus, ep. Hispalensis, ægre tulit, et a. 633 conc. Tolet IV, c. 57 sustulit[5]; "qvi autem", patres ex superstitiosa de sacramentorum vi opinione addunt, "jampridem ad Christianitatem venire coacti sunt, ... oportet, ut fidem, qvam vi vel necessitate susceperunt, tenere *cogantur*"; liberi autem eorum, ex ejusd. conc. canone 60, a parentibus separati, chnis viris aut mulieribus instituendi tradebantur[6]. Triennio post Chintila, qvi contra jus et fas regnum arripuerat, ut cleresiæ suæ placeret, lege sanxit, regi nulli futuro regiam sedem ante conscendere licere, qvam sacramento pollicitus sit "se non permissurum esse Judæos catholicam fidem violare", (conc. Tolet. VI, c. 3), horum autem verborum sensus ex iis constituendus est, qvæ patres in laudem Chintilæ præmiserint: "nec sinit in regno suo degere eum, qvi non sit catholicus." Qvid mirum igitur, Judæos, baptizari se passos, animis tamen Mosaicæ religioni addictos mansisse, et, si fieri posset, ad eam rediisse. Qvod ne fieret, exqvisitæ in apostatas ejusmodi poenæ[7] descriptæ, fidem autem servantibus præmia[8] aliqva constituebantur. Egicanes qvidem, initio imperii sui Judæos æqvius habuit, eos autem postea, quum aliqvos eorum perfidos regni interitum paravisse comperisset, omnibus bonis suis orbatos, servos regis fecit[9] Non ita multo post regnum Visigothorum in Arabum ditionem redactum est. A qvo tempore Judæi lætiori sorte gaudebant.

Qvo tempore Gallia in ditionem feræ gentis Francorum, ferociter inter se dimicantium, redacta erat, Italia autem vel a Longobardis, et iis qvidem ex parte modo Catholicis, vel ab imperatoribus Græcis, qvi in alia atqve Itali in rebus dogmaticis sententia essent, obsessa tenebatur, Arabumqve, Christiano nomini infestissimorum, incursionibus passim affligebatur, Africa deniqve a Muhamedanis superata erat; Romanæ hierachiæ augendæ vel summa ingenia pontificia parum consulere poterant. Jam vero hujus ævi potifices Romani tantum non omnes ingenio carebant, eorumqve decem ne per tres qvidem annos, qvinqve modo ultra

Pontifices Romani.

1. *Sabinianus* (604—6), antea diaconus Romanus, et ad aulam Græci imperatoris apocrisiarius, pontifex electus[2] memoriam Gregorii Magni lædere, et divitias conqvirere omnibus modis, ut pauperes opprimendo, studuit[3]. Qvibus factum est, ut omnibus invisus esset[4].
2. *Bonifacius III* (607—8), natione Romanus, antea apocrisiarius et Phocæ imper. carus, non ante annum electus est.
3. *Bonifacius IV* (609—15), "natione Marsorum" (Anast.), quum sedes Romana per decem menses vacasset, electus, templum Pantheon voluntate Phocæ in ædem, Mariæ omnibusqve sanctis (Panagium) dicatam, mutavit.
4. *Deusdedit* s. Deodatus (615—18), natione Romanus, leges matrimoniales dedit[5]. Fertur etiam hominem leprosum osculo dato sanavise.
5. *Bonifacius V* (619—25), natione Campanus, uno et qvod excurrebat anno elapso electus, vir probis moribus fuit.
5. *Honorius I* (625—38), gente Campanus, sacris ædibus ædificandis et exornandis multum pecuniæ impendit[6]. Concilium oecumenicum VI (a. 680) hæreticum eum post mortem damnavit.
7. *Severinus* (639—40), Romanus, electus non ante ab imperatore confirmatus est, qvam legati ejus facturos se esse spoponderant, ut is ecthesin probaret[7], qvod tamen edictum ipse damnavit. Interea thesauri "episcopii Lateranensis per Mauricium, chartularium, ab Isacio, Exarcha Ravennæ, direpti sunt[8], qvorum partem aliqvam Heraclius, imp., accepit"[9].
8. *Johannes IV* (640—42), Dalmata, Monotheletismo infestus (vid. p. 2), in epistola ad Constantinum III, imp., Honorium duas Christi voluntates s. operationes docuisse artificiose disputat[10].
9. *Theodorus I* (642—49), gente Græcus[11], contra Monotheletas sævilt (vid. p. 2). Sub eo Mauritius ille (vid. Severin.) Romæ seditionem in Isacium exarcham movit, qvam hic tamen decollato Mauritio sedavit[12].
10. *Martinus I* (649—54; † 655) ex Etruria oriundus erat. Qvi qvid in Monotheletas, spreto edicto imperatorio, sanxierit, vide p. 2. Post hæc imperator Olympio, exarchæ Ravennæ, mandavit ut vim Martino inferret; ille vero perfidus foedus cum Arabibus ad Græcum imperium subvertendum iniit; neqve hujus criminis Martinus insons fuisse videtur. Utut autem hæc sunt, Martinus a. 653 a Calliopa, exarcha Rav., vinctus, Naxum insulam deductus est; et quum anno seqventi (654) Constantinopolim ductus fuisset, proditionis accusatus, exilii poenam luit.
11. *Eugenius* (654—57), Romanus, vir "benignus, mitis, mansvetus, omnibus affabilis et sanctitate præclarior" (Anast.vit. Pontific. in Muratorii rerum Italicar. Scriptor. tom. III p. 140).
12. *Vitalianus* (657—72, sedi qvam famæ suæ magis consuluit[13].
13. *Deodatus II* (672—75), origine Romanus, antea monachus.
14. *Donus* s. *Domnus I* (675—79), origine Romanus.
15. *Agatho* (679[14]—81), Siculus, tanta apud imperatorem Græcum gratia viguit, ut hic sedi Romanæ pecuniæ, qvæ sibi ob confirmationem pontificum solvenda erat, "qvantitatem relevarit"[15].
16. *Leo II* (681—83), Siculus, cum acta concilii VI, qvæ in latinam lingvam transtulit, rata habuit, tum Honorium I hæreticum solenniter pronuntiavit[16].
17. *Benedicti II* (683—85) electio anno post suam ab imperatore confirmata est.
18. *Johannes V* (685—87), Antiochenus. Qvo mortuo milites Theodorum, clerici Petrum qvendam præsulem facere volebant. Tandem vero
19. *Conon* (686) Trax, senex infirmus, pontifex factus brevi post obiit. Tunc vero
20. *Sergius I* (688—701) electus est, (—licet Johannes, exarcha Raven., Romanos, ut Paschalem, archidiaconum, crearent, imperavisset, altera autem factio Theodorum illum eligere mallet —) sed ea tamen lege, ut, qvod auri pondus Paschalis Johanni soluturum se promiserat, id Sergius ipsi penderet.
21. *Johannes VI* (701—5), Græcus, duci Beneventano, terras igni ferroqve devastanti, persvasit, ut direptiones mitteret.
22. *Johannes VII* (705—7), Græcus.
23. *Sisinnius* (708), post XX dies obiit.
24. *Constantinus I* (708—15), Syrus, jussu Justiniani II Constantinopolim profectus, magno ab imperatore honore afficiebatur[17]. Idem Philippico ferociter restitit, sed Anastatio II cessit.
25. *Gregorius II*, qvæ memoratu digna suscipit, ad hoc ævum haud pertinent.

Qvæ fuerit

4. in Gallia.

Omne, qvo Galli olim[18] antistiti Romano paruerant, obseqvium, neqve tamen, ut Planckius asseruit, qvælibet omnino utriusqve ecclesiæ communio[19] per hoc ævum interrumpebatur. Cujus rei plures causæ erant. Primum bellorum multitudo regulos ad arma gerenda coegit, sed ad res ecclesiæ per patriarcham Romanum ordinandas haud invitavit. Deinde jura hujus neqve laici, si qvi sedes episcopales invasissint, neqve clerici ex stirpe Francorum, qvos utilitas illorum plane latebat, oriundi curaverunt. Omnino clerici per hoc tempus, qvo ordo civilis in Gallia vehementer conturbatus erat, rapinas facere qvam rei sacræ consulere maluerunt. Talibus igitur viris vel maxima confusio rei sacræ et civilis fructuosior visa est, qvam hierarchia ad leges canonicas instituta. Itaqve, collapso omni regimine ecclesiastico, remotæ sedis Romanæ auctoritas plane exstincta erat[20].

sextum annum cathedram Petri tenebant, tres autem [illegible]
crisiarii munere fungentes, a nutu imperatoris pendere [illegible]
statem pontificum Romanorum, qvæ dudum, Italia ab Hera[illegible]
partibus parem amplificatam fuisse, qvam valuisse per hæc tempora [illegible]
qvæ cathedræ suæ proficerent, in rem suam convertere, et [illegible]
Græco imperio subducerent, stratam munitamqve parare. —

...ia autem exibant, qvi in variis Germa-
...chiæ viam parabant. Nos igitur
... duximus. Debebatur autem
...norum, vel artibus ma-
...ti religionem tra-
...videm novæ re-
... belli fortuna
...ori; ne di-

...hierarchiæ Romanæ ratio

1. in Græco imperio.

Per spatium annorum 604 — 38 omnia pacata erant. Pontifices de patrimoniis ecclesiæ suæ tributum imperatoribus pendebant, legatum, apocrisiarium[18] dictum, Constantinopoli ad imperatoris aulam habebant, — qvi huic, si qvid fieri juberet, sua vice suffragia ferret, — leges imperatorias ratas habebant[19], et ad varia negotia suscipienda imperatorum veniam et consensum expetebant[20]. Neqve aut præfecto urbis aut exarchæ Ravennæ unqvam vel resistebant vel molestias facessebant[21]. Imperatores igitur haud dubitabant munera qvædam in pontifices, qvos sui amantissimos noverant, conferre[22].

Alia ratio erat annorum 638 — 80. Heraclius opum ædium Lateranensium direptionem æqvo animo ferebat (vid. not. 9); Romæ autem erant, qvi has ædes armis tegere non dubitabant (vid. not. 8), et in ipsum Exarcham Raven. hostilia consilia inibant (vid. not. 12). *Igitur* pontifices Romani, Monotheletismo, cui imperatores favebant, infesti, quum Monotheletarum numerus in Italia exiguus esset, Afri autem eum palam damnavissent (vid. p. 2), altiores ducere spiritus coeperant[23]. Neqve tamen jugum Græci regiminis aut civilis aut ecclesiastici fregerunt. *Martinus* qvidem et ecclesiasticum edictum imperatoris (ecthesin) pensi habebat, et novas res moliebatur, sed debitas temeritatis suæ poenas dedit (vid. p. 2). Qva tristi fortuna ejus admonitus, *Vitalianus* satius esse duxit Græco imperatori de omnibus, qvæ vellet, gratificari. Itaqve eum, licet synodica sanctione ecclesiæ communione privatum, sacræ coenæ in ipsis sedibus Romanis participem reddidit[24]. *Per hæc* etiam tempora pontifices, simulatqve electi essent, legatos Constantinopolim mittebant, qvi, ut ab imperatore impetrarent, ut electio *confirmaretur*, non solum pecuniam solvere, sed certas interdum leges suscipere cogebantur (vid. Severin.). Accedebat, qvod sacer ordo *Constantino*politanus sese Romanorum pontificum orthodoxiæ censores atqve judices gerebant (vid. p. 2). Postremo tamen (a. 680) imperator, qvod timeret, ne Rom. pontifex Longobardis contra se subveniret, dogma illud Monotheletismi, qvod Rom. antistites contra Græcorum voluntatem toties damnaverant, solenniter damnari passus est (vid. p. 2). Qva Occidentalium de Græcis victoria nonnihil dignitatis ipsi sedi Romanæ comparatum est, simul vero multum odii et simultatis contra eandem conflatum est.

Per aliqvod tamen tempus (680 — 91) Romani antistites favoris Constantis IV, imperatoris, documenta haud levia experiebantur. Hic enim *Agothoni* pecuniam, ob confirmationem solvendam, remisit, Leoni II patriarcham Ravennæ subjecit, et sub Benedicto II negavit sua opus esse confirmatione, ut electus qvisqve pontifex protinus consecraretur[27].

At Trullana, qvæ vocatur, synodus a. 692, licet Romanam, ut ita dicam, contra Monotheletismum sententiam probaret (vid. p. 2), nonnulla tamen sanxit, qvæ & Romanæ sedi eam, qvam ante breve tempus comparaverat, *dignitatem* detrahere poterant, & Romanæ *hierarchiæ* contraria erant[28].

Ab hoc igitur tempore (692 — 726) omnia hostilem mentem pontificum Romanorum ...ferunt. *Sergius*, qvamqvam metropolita qvidam[26] ipsi synodo Trullanæ apocrisiarius ...omanæ sedis interfuisset, istis canonibus non solum nomen suum subscribere noluit, sed ...s ne promulgari qvidam Romæ passus est. Quum autem imperator Zachariam, prætorio ...æfectum, jussisset, ut Sergium vinctum sibi mitteret, milites[27], facta seditione, in Za...ariam ita sævierunt, ut solo hortatu Sergii vitæ ejus parcerent[28]. — Interea magistra...um, qvos imperator in Italia constituerat, potestas qvotidie magis, augescentibus opibus ...ngobardorum, comminuebatur; ex qvo aliqva, pæne dixerim, necessitas pontifici Rom. ...ponebatur, se suaqve propriis armis tuendi, omninoqve talem se gerendi, ac si ipse, non ...perator, summas in Italia teneret. Ita direptiones ducis Beneventani ab ipso patriarcha ...m., non a præfecto urbis repressæ sunt[29]. Ita qvoqve ipsi urbis muri ab ecclesiastico ...mæ præsule restaurabantur[30]. Sed eo factum est, ut milites præsulem ita strenuum qvam ...peratorem, remotum illum, qvi non multum poterat, seqvi mallent. Qvis igitur mirabitur, eos ... Johanne IV, quum exarcha Ravennæ Romam adiisset, verentes sine dubio, ne qvid ...li hic pontifici parare vellet, iterum seditionem fecisse, hosqve motus pontificem, non ...o exarcham sedare potuisse[31]? Qvid? qvod ipse Justinianus II, imperator, sollicite operam ...it[32], ut pontificum de Trullanæ synodi canonibus simultas amice componeretur, pontifex ...em (Joh. VII) imperatoriæ exhortationi non paruit[33]? Brevi post tempore inconsulta ...gio Philippici effecit, ut milites Romani tertia vice (711 — 13) ad dogmatica edicta im...atoris subvertenda arma pro pontifice suo sumerent, et Petrum, ducem urbis, Roma ...lerent, qvi tamen sub Anastatio II pristino muneri suo præfectus est. — His igitur omni... licet jugum imperii Græci non esset sublatum, descripta tamen ratio fuit, qva hoc ...ventis ævi pontifices tutius facere possent.

2. inter Longob[illegible]

Longobardi [illegible] sui erant, [illegible] manum suorum [illegible] salutare solebant [illegible] qvidem per hæc [illegible] tholicam fidem [illegible] ideoqve regum et reginarum [illegible] nonnullarum munificentia patrimonia qvædam ecclesiæ B. Petri conferebat; iidem tamen, qvod studio totam Italiam subigendi incensi essent, tantum aberant, ut Rom. pontifici, qvi Græcum imperatorem dominum haberet, sese submitterent, ut Aqvilejensem metropolitam sui regni patriarcham venerarentur. Neqve tamen Romam Longobardi expugnaverunt. Ut enim taceam, exarcham Ravennensem aliqvid semper contra arma illorum valuisse, iis bella assidue gerenda erant cum Francis, qvos Græci in eos concitabant, et Avaris, qvi freqventes incursiones in regnum ipsorum faciebant. Sed antistiti Romano per Longobardos tractus qvidam patriarchatus sui, qvos olim tenuerat, satis ampli auferebantur, eiqve semper gravius discrimen metuendum erat. Eum tamen fructum gravissimum formidolosa arma Longobardorum sedi Romanæ, indirecte qvidem, contulerunt, qvod Græcis imperatoribus, ne pontifices Romani illis se suosqve regendos committeret, qvanto potentiores Longobardi fierent, tanto magis opus erat, ut se lenes atqve placidos erga ipsos præsules Rom. præberent. Qvod hi qvantum in rem suam converterint, jam vidimus (col. 2).

...entis
...ba-

[illegible] parent. [illegible] Vitalianus [illegible] eum et [illegible] et Constantinus IV [illegible] Romanæ potestat[illegible] noxium pronuntia[illegible] Ravennates triumphum [illegible] ti fecerunt, ut anniversarium festum in ejus memoriam celebrandum instituerent[34]. Si tamen Anastatio fides haberi possit, Reparatus, metr. Rav. *Dono* patriarchæ se submisit[35]. Necesse tamen est statuamus, eam subjectionem brevi post tempore interruptam fuisse. Idem enim Anastatius narrat, imperatorem Leoni II Ravennensem ecclesiam subjecisse[36].

Hinc igitur patet, sub statu rerum Italiæ satis turbulento etiam antiqviora jura sedis Apostolicæ Romanæ ab ipsis Italis passim læsa fuisse. Qvod idem de Sardiniæ episcopis valere, Anastatius indubitatum fecit, quum tradiderit, Johannem V metropolitam Calaritanum sibi submisisse. — De reliqvis Italiæ episcopus fontes historiæ nihil habent. Grado erat sedes metropolitarum, ut Græco imperatori ita Romano antistiti subjectorum.

Lætiora vero potestatis incrementa magna pars reliqvæ Europæ Romanis pontificibus spondere videbatur. Qvæ enim nova fides in Britannia prædicabatur, ea non tam Christi religio dicenda est qvam coecum

C o n v e r s i o

1. Cantuariorum.

In priori hujus operis parte[1] paucis memoravimus, *Ethelbertum*[2], regem Cantiæ, per Augustinum, monachum, ejusque comites XL, svadente Bertha regina, et ipsum lavacrum chnum subiisse, et populi sui conversionis studiosissimum fuisse. Idem ante obitum († a. 616[3]), ecclesiam S. Pauli Londoni, metropoli provinciæ Orientalium Saxonum, et S. Andreæ Rofecestriæ fundavit[4], Augustinus autem illi *Mellitum*, huic *Justum* præfecit.

Eadbaldus filius, quum ob viduam patris in matrimonium ductam a Laurentio, archiepiscopo, qvi Augustino successerat, durioribus verbis increparetur, ad idolatriam reversus est, ejusque exemplum vulgus studiosius secutum est. Qvam ob rem Mellitus et Justus, satius ducentes "in patriam redeuntes libera ibi mente Domino deservire, qvam inter rebelles fidei Barbaros sine fructu residere" (Bed. hist. eccles. gentis Anglor. lib. II, cap. 5), in Galliam secesserunt. Et ipse qvidem Laurentius in eo erat, ut in continentem terram trajiceret, quum nocte Petrus Apostolus, ut Beda auctor est (II, 6, p. 123—24), "acrioribus flagellis eum, qvod sibi deesse vellet, afficeret. Mutato igitur consilio mane Eadbaldum adiit, eiqve verberibus illis monstratis, facili negotio inpetravit, ut rex "anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo, susciperet fidem Christi, Mellitum et Justum revocaret" (Bedæ. II, 6.), et multis postea modis, fictis miraculis (Bed. II, 7) plerumque commotus, rei christianæ egregie consuleret[5].

Earconbertus, filius, patri a. 640 successit, et per viginti qvatuor imperii sui annos in toto regno suo idolorum cultum abrogavit (Bed. III, 8). Et tantum qvidem religionis, qvalis hæc eo tempore tradebatur, studium omnium animos obsesserat, ut ipsa filia regis, Earcongota, et Æthilberga, matertera ejus, velum sponte susciperent. Neqve monachi ejus temporis omiserunt eam principum mulierum pietatem summis celebrare laudibus. Qvinimmo rumores spargebant, ex qvibus Beda tradidit, Earcongotam tum multa miracula fecisse, tum instantem mortem suam prædixisse; qva autem nocte moriebatur fratres monasterii "concentus angelorum psallentium audisse, et lucem coelitus emissam, qvæ sanctam illam animam, carnis vinculis absolutam, ad æterna patriæ coelestis gaudia ducebat, vidisse" (Bed. l. c. pag. 182—83).

2. Northanhymbrorum[6].

Edwinus, rex, Edelburgæ, sororis Eadbaldi, regis Cantuariorum, amore incensus, quum repulsam tulisset, promisit; "se nihil omnimodis contrarium christianæ fidei, qvam virgo colebat, esse facturum, qvin potius permissurum, ut fidem cultumqve suæ (ɔ: Edelburgæ) religionis cum omnibus, qvi secum (ɔ: cum ea) venissent, more christiano servaret. Neqve abnegavit, se etiam eandem subiturum esse religionem, si tamen, examinata a prudentibus, sanctior ac Deo dignior posset inveniri" (Ben. II, 9); qvibus legibus Edelburgam in matrimonium duxit. Neqve tamen ipse ad chnam religionem protinus transiit; postqvam vero Paulinus, sacerdos Romanus, qvi Edelburgam comitatus fuerat, varia, ut ferebantur, miracula fecisset, inter qvæ commemorare sufficiat, eum, quum *Eanfled* regina filiam peperisset, firmiter contendisse, se suis precibus a Christo impetravisse, ut "regina sospes et absqve dolore gravi sobolem procreasset" (Bed. II, 9)[7], statim idola colere desiit, et "habita cum Sapientibus concilio, sciscitatus est sigillatim ab omnibus, qvalis sibi (ɔ: his) doctrina hæc, eatenus inaudita, et novus divinitatis, qvi prædicabatur, cultus videretur" (Bed. II, 13); quamque hi, auctoritate Coifi, sacerdotum gentilium pontificis maximi, commoti, chnam religionem, ipsis a Paulino expositam, comprobavissent, ipse autem Coifi, armis indutus et eqvo ad fanum idolorum vectus, "sociis jussisset destruere ac succendere fanum cum omnibus septis ejus" (ibid.), "Edwinus rex cum cunctis gentis suæ noblibus ac plebe perplurima fidem et lavacrum sanctæ regenerationis accepit" a. 627 (Bed. II, 14). His factis Paulinus magno cum successu religionem genti Northanhymbrorum tradebat

Sed, occiso Edwino (a. 633) in bello, qvod Caedwalla, rex Britonum, et Penda, rex Merciorum, huic genti inferebant, victores, qvorum hic gentilis erat, ille, chnus qvidem sed sacris Anglorum infestissimus, magna crudelitate in Northanhymbros chnos per unum annum (ɔ: 633—34) sæviebant, donec *Oswaldus* victoriam de iis reportavit. Hic inter Scotos[9] exulans, baptizatus fuit. Postqvam vero, erecto ligno crucis, Britones superavisset, omnem populum suum Christiana fide imbuere desiderans, *Aidanum*, "summæ mansvetudinis et pietatis ac moderaminis virum", arcessivit, qvi se doceret; et ipse qvidem Oswaldus sæpe erat Aidani, "qvi Anglorum lingvam perfecte non noverat", verborum interpres. Sub eo (634—42) igitur ecclesiis per loca constructis "possessionibusqve et territoriis ad instituenda monasteria munere regio donatis", tota gens Northanhymbrorum christiana religione imbuebatur; cujus tamen rei laudem præter ipsum Aidanum *Cormanus* et alii plurimi monachi gentis Scotorum meruerunt. Tanta vero regis merita erant, ut infinitæ fabulæ fictæ sint de miraculis, qvæ ejus pietati deberentur; qvas vero Bedæ pro more suo nunqvam de portentorum, qvæ ferebantur, veritate dubitans, prolixius enarravit[8]. Octavo imperii sui anno Oswaldus ab eodem Penda in gravi proelio victus, cecidit. Qvod tamen religioni parum obfuit. Namqve Penda victor, depopulatis tractibus qvibusdam Northanhymbrorum, domum rediit. *Oswi* autem, qvi fratri Oswaldo succedebat, quum Penda post aliqvot annos bellum in eum pararet, missis muneribus, et matrimonio inter Alchfridum, filium suum, et Cyniburgam, filiam Pendæ, inito, non solum pacis tranqvillitatem suis restituit, sed fidei christianæ inter ipsos Mercios tradendæ auctor exstitit. Neqve tamen bellicosus animus Pendæ diu bellis vacare potuit. Itaqve grave proelium iterum commissum est; in qvo Merciorum duces triginta fugati aut cæsi sunt, et rex ipse Penda trucidatus est. Qva victoria reportata, *Oswi* majori successu religionem inter Mercios tradendam curavit.

3. Orient. Anglorum.

Redwaldus, rex, in Cantia, Ethelberto rege auctore, chnam religionem edoctus est, sed, domum reversus, quum uxor ejus et doctores gentiles hoc ægre ferrent, non qvidem novæ religioni prorsus valedixit, sed, qvod peius esse dixerim, idola simul cum Christo coluit, vel, ut Bedæ verbis utar, "in eodem fano & altare habens ad sacrificium Christi & arulam ad victimas dæmonorum" (II, 15).

Eorpwaldo, filio ejus, Edwinus ille, rex Northanhymbrorum, persvasit, ut, "relictis idolorum superstitionibus, fidem et sacramenta Christi cum sua provincia susciperet" (Bed. II, 15); sed, eo brevi post occiso, idololatriæ per triennium antiqva jura restituebantur, donec *Sigbereht*, "vir per omnia christianissimus ac doctissimus" (Bed. l. c.), qvi, dum exul in Gallia degeret, religionis fide imbutus fuerat, regnum Eorpwaldi fratris obtinuit. Tunc omnis gens Orientalium Anglorum Christi fidem amplexa est; qvæ mira rerum mutatio, ut studiis Sigberchti, ita qvoqve *Felici* episcopo debetur, qvi, patria Burgundus, per XVII annos sacras res in hac gente moderabatur.

4. Merciorum.

Penda, rex Merciorum, gravissimum, qvo in Chnum nomen sævierat (vid. supra 2), odium ante obitum prope deposuit. Namqve *Penda*, filius ejus, quum Alhfiedam, filiam Oswi, regis Northanth., non alia lege, in matrimonium ducere posset, qvam ut fidem Christi susciperet, hanc se edoceri passus est. Ut vero "spem resurrectionis ac futuræ immortalitatis" cognovit, tanto religionis studio incensus est, ut "libenter se Christianum fieri velle confessus sit, etiamsi virginem non acciperet". Baptizatus igitur a *Finano* episcopo, cum IV presbyteris Cedda, Adda, Betti et Djuma in patriam reversus est; neqve Penda rex prohibuit, qvo minus religio libere inter Mercios prædicaretur. Biennio post, quum Penda in proelio cum Oswi rege commisso cecidisset, *Penda* ab Oswi socro impetravit, ut dimidiæ parti Merciæ præficeretur; in qva religionem Christi prædicandam curavit, sed proximo vere nefarie peremtus est. Post tres annos *Wulfhere*, filius Pendæ natu minimus, armis regnum Merciorum occupavit. Hic vero tum in Mercia omnem sustulit idolorum cultum, tum Orientales Saxones ad sacra Christi traduxit, († 675).

Ethelred, frater ejus, quum diu (a. 676—704) regnasset, in claustrum monachus secessit.

Coenredus autem, filius Wulfhere regis, qvi ei successit, qvinto anno post (a. 709), quum *Ceolredus*, filius Ethelredi adolevisset, libere regia se potestate abdicavit, et Romam profectus, a Constantino I, antistite ejus urbis, habitu monastico indutus est (Bed V, 19). — Episcopi qvi de fide chna inter Mercios tradenda ac servanda bene meruerunt, hi sunt: *Diuma, Cellach*, uterqve de gente Scotorum, *Trumhere*, Anglus, *Jarumannus Ceadda* et *Winfridus*; qvi sibi, alter alteri, succedebant (Bed. l. c. p. 231, 233).

Romanæ sedis dogmatum, rituum et antistitum obseqvium. Ex Britannia autem exibant, qvi in variis Germaniæ tractibus acceptam religionis chnorum formam tradentes, Romanæ hierarchiæ viam parabant. Nos igitur historiam conversorum populorum hierarchiæ Romanæ historiæ præmittendam esse duximus. Debebatur autem ea *vel* pio studio et labori virorum doctorum, christianorum hominum nomine dignissimorum, *vel* artibus magistrorum, magis sollicitorum, ut fines societatis Christianorum proferrent, qvam ut ipsam Christi religionem traderent, *vel* mollioribus mulierum ingeniis, *vel* principum plurimorum studiis, qvorum nonnulli qvidem novæ religionis præstantiam sibi persvaserant, alii vero aut christianarum principum amore incensi, aut belli fortuna superati nomen Christo dabant, *vel* deniqve ingenuæ sacerdotum qvorundam gentilium fidei et labori; ne dicam, qvam ipsa plebis ex inscitia oriunda superstitio Christi nominis professioni consuleret.

C o n v e r s i o

5. Orientalium Saxonum[9].

Saberetus, nepos Ethelberti, regis Cantiæ, Christo nomen dedit a. 604, et Mellito, episcopo, cui Londinum sedem assignavit, Christi religionem tradendi veniam concessit. Sed mortuo eo tres filii idolorum cultum restituerunt, et Mellitum regno suo expulerunt. Neqve populus, triumviris his in proelio occisis, ad Christi fidem rediit.

Longo tempore interjecto *Siegeberctus*, rex, postqvam Oswi, rex Northanhymbrorum, ipsum diu multumqve docuisset, qvam esset gentilium religio vana et absurda[10], "cum amicorum (ɔ: procerum regni sui) consensu" a. 653 baptizatus est a Finano episcopo. Neqve populus diutius chnæ religioni infestus erat. Nam per Ceddam, episcopum, intra breve tempus ecclesiæ constructæ, presbyteri et diaconi constituti, monachi deniqve regularis vitæ disciplinæ, "qvantum rudes adhuc capere poterant", adstricti sunt (Bed. III, 22). Post aliqvod tamen tempus sub regibus *Sighere et Sebbi* pestis inter Orientales Saxones grassabatur; qvam ut per idola sua averterent, "Sighere et plurimi tam de plebe qvam de optimatibus, coeperunt fana restaurare et adorare simulacra" (Bed. III, 30). Qvod ubi Wulfhere, rex Merciorum comperit, Jarumnanum episcopum eo misit; cui etiam contigit regem et populum ad chnam fidem revocare. *Offa* vero, filius Sigheri, relictis "uxore, agris, cognatis et patria", Romam cum Coenredo, rege Merciorum adiit, ubi tonsus monasticam vitam ad mortem usqve servabat (Bed. V, 20).

6. Occidentalium Saxonum.

Cynigilsus rex († 642), studiis Oswaldi commotus a *Byrino* episcopo baptizatus est. At *Cenwalchus* filius chnam fidem suscipere recusavit. Quum autem ob repudiatam sororem Pendæ, regis Merciorum, qvam uxorem duxerat, regno suo privatus esset, ad regem Orientalium Anglorum, cui nomen erat Anna, secessit, apud qvem per tres annos commoratus, christianus factus est. Post id temporis spatium regno suo restitutus est, sed, qvæ ejus erat inconstantia, *primum* qvidem *Angilberto* Gallo[11] persvasit, ut episcopi munere in regno suo fungeretur, *postea* vero, "qvod Saxonum tantum lingvam noverat, pertæsus barbaræ loqvelæ" *Wini*, "suæ lingvæ episcopum", dimiduæ episcopatus Angilberti parti præfecit; qvo hic offensus, in patriam rediit, ubi factus est Lutetiæ Parisiorum episcopus. Post annos non ita multos Cenwalchus ipsum Wini expulit; ex qvo tempore regnum ejus diu nullum episcopum habuit. Igitur legatos ad Angilbertum misit, qvi "submissa satisfactione" (ɔ: excusatione) eum obsecrarentur, ut ad pristinam sedem episcopalem rediret. Hic autem patriam urbem relinqvere nolens, *Leutherium*, nepotem suum, misit, qvi "honorifice a populo et a rege susceptus", et a Theodoro, archiep. Dorovernensi, consecratus, episcopale munus in hac provincia per multos annos gessit.

Morte Cenwalchi († 672) optimates regiam potestatem diu exercebant. Tandem *Cædwalla*, gentilis, multis prœliis inde ab a. 685 commissis, regnum Occidentalium Saxonum occupatam late extendit. Apud qvem quum Wilfridus, archiepiscopus Eboracensis, qvi eo tempore patriâ exul degebat, plurimum valeret, eo auctore incolæ insulæ Vectæ (Wight), qvam Cæadwalla ceperat, per duumviros clericos, Bernwine (s. Berchtwine) et Hiddelam, christianam religionem edocti sunt ab a. 687 (Bed. IV, 16), et ipse qvidem Cæadwalla rex studio "regenerationis"[12] imbutus est. Cui hic ut insigni modo satisfaceret, Romam profectus est, ubi "die sancto Sabbati Paschalis" a. 689 a Sergio Pontifice baptizatus est; sed post paucos dies obiit (Bed. V, 7). *Ina*, successor ejus, pari pietatis studio incensus, post longum imperium, victoriis et sapienter institutis qvam plurimis inclytum, regno se a. 725 abdicavit, et Romam cum Ethelburga regina profectus, piam vitam ad mortem usqve a. 728 degebat.

7. Austral. Saxonum[13].

Adelwalch, a Wulfhere captus, ejus rogatu baptizatus est. Populus autem per Wilfridum, episcopum, Eappam, Paddam, Burghelm et Eddam, presbyteros, instituti et baptizati sunt, maxime portentis qvibusdam Wilfridi commoti (Bed. IV, 13. 14)[14].

Itaqve ab a. 668 omnes populi Anglo-Saxonum, modo excipias eos, qvi insulam Vectam incolebant, qvi, ut supra attulimus, non ante a. 687 idololatriæ valedicebat. Christum profitebantur. Hiberni vero, qvi Scoti dicebantur, jamdudum christianam religionem amplexi fuerant. Qvæ igitur gens utraqve in continentem terram sacra Christi proferebat.

8. Populorum continentis terræ.

Et primum qvidem *Columbanus* († 615) cum XII sociis Moguntiæ, in Helvetia et Lombardia magno cum successu docebat. *Gallus*, discipulus ejus, († 627) in Helvetia, ubi episcopatum Constantiensem condebat, substitit. *Kilianus*, apostolus Herbipolis, Gosbertum ducem a. 687 baptizavit, sed Geilanæ[16], uxoris ejus, jussu ipse trucidatus est. Maturius etiam *Goar* prope Rhenum fluvium vitæ suæ continentià orationumqve et miraculorum vi multis religionem Christi commendabat. In tractibus Fresonum *Eligius*, episcopus gente Francus, *Wilfridus*, archiep. Eboracensis, et *Wigbertus*, monachus ex natione Anglo-Saxonum, minus prospere docebant. Inter "antiqvos Saxones" duo presbyteri, nomine *Hevaldi*[16] martyrii laudem nacti sunt. *Suidbertus* († 713) multos sane convertisset in Boractuariis, si non a Saxonibus superati fuissent. *Willebrordus* deniqve[17] cui Pipinus de Heristallo Trajectum sedem dabat, et *Wulframus*, episcopus Gallus, varia sed non exigua fortuna[18] Fresonum gentem ad sacra Christi amplectenda adducebat. Inter Bavaros, qvorum aliqvi saltem ante exitum VI seculi Christo nomen dederant[19], *Emmeran* († 654), Francus, medio seculo VII prædicavit, sed religioni magis obfuit qvam profuit[20], *Ruprechtus* vero tanta vi docebat, ut a. 696 Thodonem II, ducem, cum maxima populi ejus parte Christo addiceret; *Corbinianus* deniqve usqve ad annum mortis suæ († 736) sedulo Bavaros religione instruebat.

Potentia Romani antistitis longe minor in Hispania facta est qvam in Britannia. Cujus rei causæ in diversitate utriusqve terræ sacra et civili qværendæ sunt. Ordo sacer Visigothorum, regem potentissimorum favore goavisus, alienæ potentiæ impatiens erat. Clerici Britanniæ insulæ in mediis gentilibus populis ac regibus degentes, aliena auctoritate indigebant. Reges Visigothorum, qvi ipsi orthodoxiæ Romanæ per secula infesti fuerant, hanc qvidem a. 589, ut suorum gratiam inirent, admiserunt, sed, suorum antistitum dominationem

H i e r a r c h i a

q v a l i s e s s e t i n

Multa per hoc ævum occurrebant, qvæ Anglo-Saxonum regna Romanæ hierarchiæ subjiciebant. In his autem id non multum urgeo, Augustinum et XL socios ejus Romana origine fuisse. Namqve, ut modo narravimus, ceteri, qvi de religione inter Anglo-Saxones tradenda bene meruerunt, neqve omnes Romani erant, et multi etiam Scoti, Romanis ritibus neqvaqvam addicti. Qvod autem gravioris momenti est, ipse Augustinus humilis Romanæ sedis cultor erat. Ita quum in medio itinere, rei difficultate perterritus, redire vellet, Gregorii pontificis admonitionibus adduci se passus est, ut inceptum iter conficeret (Bed. I, 23). Accedebat vanitas Augustini, qva commotus, ut vidit paucos homines in Cantia Christo nomen professos esse, statim Arelate discessit, ut ab ejus sedis metropolita, qvi Romani pontificis in Gallia vicarius erat, archiepiscopus ordinaretur (Bed. I, 27). Qvod ne Gregorius M. ægre ferret, Augustinus satius duxit, eum de singulis rebus instituendis sollicite consulere[1]. Qvæ viri humilitas Gregorio ita placuit, ut non solum pallium ei mitteret, sed totam insulam Britanniæ in duos metropolitanatus, qvibus suus cuiqve archiepiscopus præficeretur, dividens, Augustino tamen omnes, qvotqvot in utraqve provincia ordinarentur, episcopos et ipsum qvidem archiepiscopum Eborac. subjiceret. Verum sic futuri temporis sacerdotibus via designata erat, qva si, Romanæ sedi humiliter obsecuti, incederent, summi honoris dignitatem et singularia qvidem jura nancisci possent.

Qvid mirum igitur vel futuros archiepiscopos studiosius pallium a Romano antistite petiisse, vel hunc talem monendi imperandiqve opportunitatem haud omisisse. Itaqve Justo, successori Augustini, *Bonifacius III* pallium ex voto ejus mittens, & multa eum de munere recte gerendo graviter admonuit, &, domini partes sustinens, diserte dixit: "qvod (c: qvo sc. pallio) videlicet tantum in sacrosanctis mysteriis celebrandis licentiam utendi *imperavimus*" (Bed. II, 8), Paulino autem et Honorio *Honorius I* ex voto Edwini regis duo pallia misit, ut alterutro eorum defuncto, alter in ejus locum novum archiepiscopum consecraret, qvam iis "*auctoritatem*" tribuere se dicit "*vice beati Petri*, apostolorum principis, ne necesse esset ad Romanam usqve civitatem per tam prolixa terrarum et maris spatia pro ordinando archiepiscopo *semper* fatigari" (Bed. II, 17. 18). Igitur post mortem Paulini Honorius Ithamarum archiepiscopum ordinavit (Bed. III, 14), et, Honorio defuncto, Deusdedit ab Ithamaro ordinatus est (Bed. III, 20). Postqvam vero Deusdedit diem supremum obiisset, Wighardus presbyter Romam, ut ordinaretur, missus est. Itaqve præsules ecclesiæ Britannicæ, Augustini exemplum secuti, ut suæ dignitati ita Romani antistitis auctoritati et potentiæ egregie consulebant.

Qvis autem non videt, plurimum ejus potentiæ ipsorum pontificum Romanorum prudentiæ deberi. Cujus ut nonnulla exempla afferamus, instituti nostri ratio prorsus flagitat. Qvemodmodum enim *Gregorius M.* Ethelredo regi et dona misit, et litteras dedit, in qvibus eum gravissimis verbis adhortatur "idolorum cultus inseqvi"[2]; ita *Bonifacius III* epistolam ad Edwinum regem, adhuc gentilem, scripsit, in qva, exposita religionis catholicæ brevi summa, regem, ut baptismum subeat, graviter obsecratur, ipsi simul donum[3] nomine B. Petri apostoli mittens (Bed. II, 10); neqve non ad Ædilburgam, reginam Edwini, scripsit, oportere eam conjugem ad sacra Christi profitenda orando docendoqve adducere, ac "benedictionem Petri apostoli, speculum argenteum et pectinem eburneum inauratum, ei misit" (l. c.). Eundem Edwinum *Honorius I* in epistola aliqva adhortatur, ut "Gregorii M. lectione freqventer occupatus sit,.... qvatenus, ait, ejus oratio regnum vestrum populumqve augeat" (Bed. II, 17). His vero omnibus reges Anglo-Saxonum haud secus ac ipe ordo sacer Romanæ sedis præcepta revereri paulatim discebant. Cujus qvidem reverentiæ exemplum jam Ethelbertus, rex Cantiæ, præstitit, qvippe qvi in legibus suis, ad tuendum opes ecclesiæ latis, "Romanorum exemplum" secutus sit (Bed. II, 5), nullus autem magis, qvam Oswi, rex Northanhymbrorum, in controversia acriter cum Britonibus gesta.

Sed hujus litis origines altius repetendæ sunt. Britones s. indigenæ cbni et Scoti s. Hiberni in nonnullis disciplinæ ecclesiasticæ rebus morem consvetudini Romanæ ecclesiæ contrarium seqvebantur, maxime in baptismate administrando et die festi paschatis constituendo. Qvod enim ad posterius attinet, computationem Sulpitii Severi seqvebantur, qvæ ab ea abhorrebat, qvam Romana ecclesia inde a medio seculo sexto observabat. Jam Augustinus bis cum Britonibus collationem de his rebus instituit, sed spes eos secum conciliandi eum fefellit[4]. Neqve crudeli strage, qva ab Ethelredo afficiebantur, conversi sunt. Scotos vero Johannes IV graviter reprehendit, qvod "festum pascatis cum Hebræis celebrarent" (Bed. II, 19). Sed horum aliqvi in tota fere gente Northanhymbrorum et Merciorum suam disciplinam instituerunt. Itaqve Oswi rex, ut hanc rei sacræ diversitatem, ob qvam cives se alteri alteros acerbissimo odio perseqvebantur, tolleret, a. 664 concilium Pharense in monasterio Strenashalch habuit; in qvo, postqvam morem Britannorum tam in paschatis die constituendo qvam in capite clericorum tondendo *Colmanus* Scotus maxime auctoritate Anatolii et S. Columbani defendisset, *Wilfridus* autem Romanum morem auctoritate Petri apostoli, cui effatum Christi Math. 16, 18 claves coelorum commiserit, satis commendatum munitumqve haberet, Oswi rex, utraqve parte de eo consentiente, "qvod hæc principaliter Petro dicta erant", Romanis "statutis in omnibus" obediendum esse solenniter declaravit[5]. Itaqve hoc concilii decretum[6] Romanæ sedi summa disciplinam ecclesiasticam definiendi jura vindicavit.

Hujus autem victoriæ fructus *Vitaliani* audacia longe uberrimos reddidit. Hic enim, quum Wighardus presbyter, qvem Oswi rex Romam miserat, ut præsul totius ecclesiæ Anglo-Saxonicæ consecraretur, Romæ obiisset, eam sibi potestatem arrogavit, ut Cilicem qvendam, nomine Theodorum (— virum qvidem in litteris bene versatum, morumqve probitate ætatisqve auctoritate[7] spectabilem — nulla prævia electione aut consensu Anglo-Saxonum ecclesiæ, archiepiscopum ipse *nominaret*, et consecratum in Britanniam mitteret. Qvid? qvod Oswi regem in litteris ei missis admodum laudat, qvod "die et nocte meditetur omnes subjectos suos ad fidem *catholicam* atqve *apostolicam* convertere", oportere eum dicens, "in *omnibus* piam regulam seqvi perenniter Principis apostolorum, sive in pascha celebrando, sive in omnibus, qvæ tradiderunt sancti apostolici Petrus et Paulus" (Bed. III, 29). Qvod utrumqve quum Anglo-Saxones æqvis animis ferrent, Romano jugo colla sponte submiserunt

experti, a se impetrare non poterant, ut Romani antistitis arbitrio se submitterent. Reges Anglo-Saxonum, Romanam hierarchiam ipsius religionis partem esse edocti, in animum inducere non poterant, ut eam exeuterent. Tandem victrix gens Arabum Hispaniam occupatam Romano imperio subtraxit; at incursiones barbarorum populorum, qvi Britanniæ oras deprædari soliti fuerant, sub finem hujus ævi fortiter repressæ sunt. —

R o m a n a

B r i t a n n i a.

Præterea vero Vitalianus Theodorum jussit pro tonsura Pauli, "qvam more Orientalium habuerat" (Bed. IV, 1), Petri tonsuram suscipere, neqve non Hadrianum, abbatem monasterii Campaniæ, ei comitem dedit, qvi *legati* instar "diligenter attenderet, ne qvid ille contrarium veritati fidei" (ɔ: institutis Romanæ ecclesiæ) "Græcorum more in ecclesiam, cui præesset, introduceret" (l. c.). Itaqve Theodorus, "peragrata insula tota, qvoqvaversum Anglorum gentes morabantur, rectum vivendi ordinem, ritum celebrandi pascha canonicum, per omnia comitante et cooperante Hadriano, disseminabat" (Bed. IV, 2).

His igitur consentaneum est, Benedictum, abbatem, quum "monasterium, Egfrido rege concedente et possesionem terræ largiente, fecisset", Romam profectum, "ab Agathone Papa petiisse et accepisse in munimentum libertatis monasterii, *epistolam privilegii*, ex autoritate apostolica firmatatam, juxta qvod Egfridum regem voluisse ac licentiam dedisse noverat". Neqve minus conseqvens erat, qvod Agatho non solum cum eodem Benedicto Johannem, "archicantorem ecclesiæ Romanæ" in Britanniam misit, ut hic "in monasterio Benedicti cursum canendi annuum, sicut ad sanctum Petrum Romæ agebatur, cantores edoceret" sed ei etiam mandavit "ut cujus esset fidei Anglorum ecclesiæ diligenter edisceret, *Romamqve* rediens *referret*" (Bed. IV, 18). Qva hic auctoritate præditus, synodo, in campo Haethfeldo a Theodoro archiepiscopo congregatæ, "intererat, pariterqve catholicæ fidei decreta *firmabat*" (l. c.). Qvod vero minus exspectari poterat, idem Agatho Theodorum jussit ut ipsos reges in generale concilium cogeret [9], abbatiam qvandam Merciæ plena tributorum regalium immunitate donavit [10], abbatem qvendam "sedis Romanæ per totam Angliam" constituit [11] et divina supplicia iis omnibus intentavit, qvi præcepta epistolæ ejus haud servareat [12].

Paucis ut rem expediam, annis XV post concilium Pharense elapsis, Romani antistites regia majorem et qvidem absolutam de Britannia ecclesia potestatem et sibi vindicaverant, et, nemine vel principe vel episcopo vel abbate contradicente, exercuerant.

Post hunc vere annum hæc ipsa potestas valde confirmata est. Qvippe fieri facile potuit, ut Theodorus archiepiscopus, qvi potentiæ cupidissimum se gerebat [13], Romani jugi impatiens fieret. Igitur perqvam opportune accidit, ut Wilfridus Eboracensis, qvem Theodorus ille munere suo exuerat, *ad Romanæ sedis tribunal* intra a. 676—705 *qvater provocaret*. Et qvanqvam Anglo-Saxonum reges neqve Agathonis, neqve Benedicti II, neqve Sergii I sententiis, pro causis ejus latis, parerent, sed gravissimis poenis Wilfridum afficerent, postremo tamen Wilfridus ex sententia Johannis VI ecclesiastico munere satis honorifico ornatus est [14].

q v a l i s   e s s e   i n   H i s p a n i a.

Romana hierarchia in Hispania per secula altos radices egerat [15]; cujus insigne exemplum Gregorii M tempora exhibent. Quum enim duo episcopi, Januarius Malacitanus et Stephanus, in synodo qvadam a. 603, qvæ secundum canonum leges neqve convocata neqve habita fuerat, muneribus suis dejecti, ad Gregorium M provocavissent, hic Johannem presbyterum causæ eorum cognitorem in Hispaniam ita misit, ut is, nulla habita synodo, Januarium, qvem insontem esse cognoverat, suo muneri restitueret, et poenitentiam iis episcopis imponeret, qvi in ista synodo a. 603 injustam sententiam tulerant.

Sed progrediente seculo VII, quum potentia ordinis sacri regum favore indies major fieret, Romana hierarchia, qvanqvam haud tollebatur, at sensim *imminuebatur*.

Primum Romanæ sedis canones eo, qvo in Britannia, cultu non observabantur. Qvæ enim leges ecclesiasticæ in proximorum seculorum synodis Hispaniæ non ita paucis latæ erant, eæ codici Dionysiano, qvi solus Romæ valebat, insertæ sunt; cui igitur antiqviores canonum collectiones non cedebant, sed tantum ex eo auctæ sunt. Postea vero eædem plurimis hujus ævi legibus ecclesiasticis amplificabantur [16]. Erat enim a. 655 lege sancitum, "ut capitula, qvæ in priscis canonibus minime habebantur inserta, pari promulgarentur sententia, et antiqvis jungerentur regulis perenni jugitate [17] mansura et omni reverentia conservanda" (conc. Tolet. IV, præfat.). Qvare quum Hispanica ecclesia suo, non Romano, jure canonico prædita esset, ei non opus erat Romanum pontificem de ecclesiasticis rebus consulere. Monachorum suæ qvæqve familia regulæ, non vero Benedicti illius, qvam reliqvi Occidentales monachi seqvebantur, regulæ adstricta erat. Deniqve de rebus fidei nulla inter Hispanos dissensio erat. Itaqve vix fieri potuit, ut qvisqvam Romanam sedem appellaret. Qvod factum non esse, testatissimum est.

Qvod *deinde* ad cultum publicum attinet, Hispanis proprium "*officium*" erat, a Romano aliqvanto discrepans. Ita tempore matutino et vespertino carmina in laudem Dei decantabantur [18], et novæ litaniæ a. 638 "ob abundantem iniqvitatem" instituebantur [19]. Omnino decretum illud conc. Tolet. IV, c. 2, qvod diversitatem cultus publici damnat, et "unum orandi atqve psallendi ordinem" per omnem Hispaniam observari præcipit, id tantum voluit, "*ut unaqvæqve provincia* et psallendi et ministrandi parem consvetudinem teneret", non autem Romæ urbis liturgiam exemplar proposuit. Hinc igitur ejusdem conc. c. 13 eos reprehendit, qvi hymnos Hilarii et Ambrosii de ea causa "reprobabant, qvod de scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non exsistunt", et conc. Tolet. XI, c. 2, qvi sacerdotibus præcipit, "ut unum eundemqve in psallendo teneant modum, qvem in *metropolitana sede* cognoverint institutum", disertiis verbis monet: "justum est, ut inde unusqvisqve sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem accepit, ut, juxta majorum decreta, sedes, qvæ unicuiqve sacerdotalis mater est dignitatis, sit et ecclesiasticæ magistra rationis". Qvibus in omnibus nulla Romanæ sedis nec mentio facta est, nec ratio habita.

Tum antiqvi ecclesiæ canones, qvos Romana sedes sancte servabat, a metropolitis, interdum etiam a regibus Hispaniæ, vel negligebantur vel, inconsulto Romano antistite, tollebantur. Ita contra antiqvum ecclesiæ canonem S. Martinus & Dumiensis & Bracarensis dioeceseos episcopus creabatur [20]; Asturius Toletanæ et Complutensi dioecesi simul præficiebatur [21], et Felix qvidam Portucalensi et Bracarensi [22]. Sic porro episcopi, circa Toletum degentes, semel qvotannis Toleti per unum mensem commorari jubebantur, qvod, antiqvis canonum institutis contrarium, ex regum voluntate constitutum erat [23].

Præterea rex ipse plura instituit, qvæ ad jura patriarchæ proprie pertinebant v. c. qvod Recesvinthus rex terminos metropolitanatus Lusitaniæ provinciæ a. 666 mutavit [24].

Deniqve ipse sacer ordo fortiter contra antistitem Romanum haud semel disputabat. *Honorius I* hunc ignaviæ postulavit; at Braulio, Cæsaraugustæ episcopus, injuste hoc dici gravissimis verbis disputabat [25]. Absoluto concilio oecumenico VI, *Leo II* acta ejus in Hispaniam misit, "*hortans*" omnes Visigothorum regni episcopos, ut "subscriptiones suas subnectere vellent" [26]. Itaqve habita est synodus a. 684, qvæ hæc acta rata habuit. Sed quum præsentes patres catholicam de gemina voluntate Christi theoriam singulari modo exposuissent, *Benedictus II*, veritus, ne hæresis inde oriretur, hæc, utpote "incaute dicta", mutanda esse censuit [27]. At biennio post Julianus, arch. Toletanus, cum reliqvis episcopis in conc. Tolet. XV, a. 688 rem retractans, & sua docte copioseqve defendit, & dubia ista Benedicti acerbe vituperavit [28]. Neqve *Sergius I* hanc sibi molestam audaciam reprehendere ausus est, sed, comprobatis verbis illis, svavissimas toti ordini sacro Visigothorum litteras dedit [29].

Qvæ omnia quum ita se habeant, Romana de Visigothorum ecclesia potestas jam ante id tempus, qvo Arabes omnem Hispaniam suæ ditioni subjiciebant, si non Lege abrogata [30], at re sublata fuit. —

Post magnam populorum transmigrationem ecclesia christiana in nulla re majorem subiit mutationem, qvam in iis, qvæ ad sacri ordinis conditionem pertinent. Neqve hoc mirum est. Namqve feroces, a qvibus novæ terræ occupatæ fuerant, gentes passæ qvidem fuerant, se novam melioremqve religionem edoceri, et multa ejus ecclesiæ, cujus cives jam factæ erant, instituta, qvod vel utilia ea judicarent, vel vim eorum minus intellexissent, promte retinuerant; eædem vero cum suis institutis omnibus valedicere noluerant, tum id maxime agebant, ut, qvam victæ cujusqve gentis rationem suis propriis institutis officere posse putabant, ea aut

Q v i s e s s e t s t a t u s

a) r a t i o n e p r i n c i p i s

1. *Clerici christian. superiores civilis regnorum ordinis instar æstimabantur;* ita ut iis liceret conventibus publicis legibusqve ferendis interesse. Fuerunt, qvi putaverint, hoc translatum fuisse ex juribus Druïdarum [1], sed, ut taceam, nondum satis constare, an Druidæ auctoritatem, qva olim inter Francos et Britones florebant, ad hoc ipsum tempus, servaverint (Planck l. c. p. 232), nullo modo explicatur, qvid clerici Hispaniæ — in qva insula Druidæ nulli erant —, eodem jure gavisi fuerint. Qvod vero Britanniæ principes non ita pauci summâ in clericos munificentiâ pietatis laudem affectabant, reges autem Hispaniæ tantum non omnes clericorum fidem et opem studiosius ambibant, cum Planckio (l. c.) potius crediderim, hoc novum jus regum vel pietate vel prudentia clericis collatum fuisse.

2. *Ordini clericorum partes in rege eligendo concessæ sunt,* hoc tamen ævo solum *in regno Wisigothorum.* Debetur et hoc jus ipsi regum prudentiæ. Sisenandus enim, postqvam, remoto Suintilla, qvem populus amabat, "per tyrannidem regnum Gothorum invasisset" [2] a. 631, ut prohiberet, qvo minus amici Suintillæ longe plurimi novas res in ipsum molirentur, in generali concilio Toletano IVto, a. 633 coacto, hunc canonem episcoporum confirmavit: "nullus apud nos præsumtione regnum arripiat; nullus excitet mutuas seditiones civium; nemo meditetur interitus regum: sed & defuncto in pace principe, *primates totius gentis cum sacerdotibus successorem regni concilio communi constituant:* ut, dum unitatis concordia a nobis retinetur, nullum patriæ gentis dissidium per vim atqve ambitum oriatur" (c. 75). Chintila autem, qvi Sisenando a. 636 succedebat, in concilio Tolet. Vto (a. 638) præcepit: "ut in omni concilio episcoporum Hispaniæ, [hoc ipsum] universalis concilii decretum...... publica (ɔ: clara) voce debeat pronunciari" (c. 7). Qvod patres concilii Tolet. VIII accuratius ita constituerunt: "ab hinc ergo, et deinceps, ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores (ɔ: reges), ut *aut in urbe regia, aut in loco, ubi princeps decesserit,* cum pontificum majorumqve palatii omnimodo eligantur assensu, non forinsecus coetu aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium seditioso tumultu".

Hoc jure acqvisito episcopi definiverunt, qvibus vir aliqvis virtutibus emineret, ut rex eligi posset [3]; neqve talem thronum ante ascendere sinebant, qvam is sacramento interposito promisisset [4], se omnia, qvibus obstringeretur, officia [5] sancte servaturum esse. Deinde vero multas leges rogarunt, qvibus regalis potestas aliqvanto constricta est; qvo pertinent eæ, qvæ regem prohibent vel munera, a defuncto rege in aliqvos homines collata, auferre [6], vel aliqvem "ex palatini ordinis gradu vel religionis sanctæ conventu...... ab honore sui ordinis vel servitio domus regiæ arcere, vinculorum nexibus illigare, qvæstioni subdare cetqve" (concil. Tolet. XIII c. 2), vel viduam regis defuncti in matrimonium ducere (concil. Tolet. XIII c. 5) [7].

Neqve tamen omnes hujus ævi reges Visigothorum electione, multi autem vi et armis reges facti sunt. Qvod ipsum tamen istud jus potius confirmabat qvam infringebat. Hi enim reges, metuentes, ne sibi episcopi infesti forent, in horum conciliis supplices [8] comparere solebant, ut reges rite constituti ab his pronuntiarentur; cujus rei exemplum maxime historia Ervigii præbet [9].

Hac pietate dicam an imprudentia? delectati, episcopi & tales reges haud gravatim agnoscebant [10] & legibus ferendis summam dabant operam, ut regalem degnitatem incolumem redderent. Ita non solum reges "jure vicario a Deo præelectos" pronuntiabant (conc. Tolet. XVI, c. 9), neqve solum sacramenti, qvod regi daretur, sanctitatem iterum iterumqve tam populo qvam sacro ordini inculcabant [11], sed etiam gravissimas poenas iis indicebant, qvi regem interficere aut sceptro privare [12], aut soboli ejus injurias inferre [13] molirentur; atqve ipsum adeo metropolitam Toletanum, nomine Sisebertum, qvi seditionis in Egicanem regem auctor fuerat, anathemate et exilio multabant [14], et de multis aliis rebus regibus gratificari studebant [15].

Qvod vero regum aliqvi non juste eligebantur, id ipsa culpa episcoporum fieri solebat, qvippi qvi, superstite adhuc rege, tam viris, regnum ambientibus, strenue et felici interdum successu adessent (conc. Tolent. III, c. 1), qvam de novo rege posthac constituendo consilia inirent (conc. Tolet. VI, c. 17).

3. In populis Germanicis omnia, ad publicam salutem pertinentia, in conventibus, qvos rex indicebat, olim disceptabantur. Ob eam causam ecclesiasticæ sacri ordinis synodi in tales conventus mutatæ sunt, vel potius in publicis omnium ordinum conventibus tam ecclesiasticæ qvam civiles res sub examen vocabantur. Sacro igitur ordini a rege expetenda erat venia synodos habendi, et qvæ in his constituta essent, rex sua auctoritate rata reddebat, ac publici juris faciebat. Sic in Gallia, qvæ intestinis bellis laborabat, paucissimæ synodi habitæ sunt, eædem vero "ex evocatione"

tolleretur aut in commodiorem mutaretur. Qvibus factum est, ut multa clero chno et commoda et incommoda, qvæ antea inaudita fuerant, per temporum decursum instituerentur, neqve ea tamen in omnibus regnis eadem, vel, quum eadem essent, eodem tempore paria. Qvæ quum in eo simus, ut perseqvamur, optime nos facturos esse putavimus, si ad variam in variis regnis — Anglo-Saxonum, Francorum, Wisigothorum, Longobardorum et imperii Italico-Græci — ecclesiæ rationem diligenter attendamus.

s a c r i o r d i n i s

e t c i v i t a t i s.

(conc. Paris. a. 615, Præfat.) s. "ordinatione" (conc. Cabilon. a. 650) regum coactæ[16]. Accidit etiam, ut Clotharius rex in edicto, qvo synodi canones confirmabat, hos in multis mutaret[17]. Sigebertus autem, iniqve ferens, qvod Desiderius, episcopus Cadurcensis, synodum proprio nomine indixisset, *et* vetuit hanc designato tempore celebrari (— verba eius satis barbara apponam: "nec ad istas Kal. Septembris nulla conjunctio sacerdotum ex his, qvi ad nostram ditionem pertinere noscuntur, non fiatur" —) *et* episcopis interdixit ad synodos celebrandas accedere, nisi prius suam cognovissent voluntatem (Baluz. Capitular. reg. Francor. Tom. I p. 141—44). In Hispania autem, ubi synodi freqventes erant[18], licet sacer ordo summa dignitate floreret[19], ipsi tamen reges edixerunt, an synodi haberentur[20], gravi poena episcopos, si qvi iis haud interessent, afficientes[21]. Neqve sacerdotibus licebat qvascunqve res in synodis sua sententia comprehendere. Reges enim episcopis ea, de qvibus deliberaretur, singulari "tomo" comprehensa, mandare solebant[22]. Qvod vero iis dignum visum fuisset, qvod institueretur, id rex sua auctoritate confirmavit[23] et "in notitiam singulorum deduxit" (vid. Leg. Ervigii in confirmat. conc. Tolet. XIII). Nec aliud summa clericorum dignitas obtinuit, qvam ut per ternos priores conciliorum dies, "nullo secularium assistente", res ad fidem vel ad disciplinam pertinentes tractarentur (conc. Tolet. XVII, c. 1); neqve id tamen ante annum 694. Ac similis omnino ratio conciliorum in *Britannia* instituta erat[24]. Sed in *Lombardia* nullæ synodi habitæ sunt. Et *Romana* concilia ab ipso pontifice Romano, plerumqve inscio atqve invito Græco imperatore, cogebantur[25].

4. Cujusvis populi Germanici rex supremus olim erat et dux militum et judex civium. Hinc judicandi potestas, qva episcopi christiani a Justiniano præditi fuerant[26], ita constricta est, ut iis non liceret nisi lites, qvas *alter ipsorum cum altero* habebat, dirimere[27] et *causas* ecclesiasticas s. *canonicas* cognoscere, omnes autem *causas civiles*, maxime vero *causas criminales*[28], judices civitatis, præsente tamen episcopo[29], ex legibus civitatis cognoscere deberent. Sed ex seqventis ævi historia probabile fit, Galliæ episcopos has ipsas causas suo judicio arrogavisse; qvod suo loco trademus. In Hispania episcoporum dignitas obtinuit, ut, si qvi ipsorum in jus vocarentur, non ipsi sed per vicarium coram judicum judiciis comparerent[30].

5. Franci, qvos populos bello devicerant, iis censum imposuerunt. Qvam ob rem etiam sacer ordo christanorum *tributum solvere* jubebatur. Hic qvidem in Anglia ob munificentiam Withredi regis immunitate ejus a. 701 præditus est[31]; qvod tamen ipsum probat, Angliæ clericos per integrum seculum VIImum tributum pendere solitos fuisse; neqve ista immunitas iis post obitum Withredi conservata est. Atqvi in Hispania episcopi ab Egicane rege jubebantur "de prædiis suarum sedium regio culmini *solita perqvisitionum* (ɔ: tributorum) *obseqvia* deferre"; neqve, ut hoc solvere possent (— "pro regiis inqvisitionibus exhibendis" —) iis licuit "parochialium jura contingere, nec qvascunqve exinde inqvisitiones aut evectiones exigere" (conc. Tolet. XVI, Præf.).

Qvod vero ad cetera *onera publica* attinet, in Hispania ante fidem catholicam ab ipsis regibus a. 589 comprobatam per multas civitates, ut verbis utar conc. Tolet. III, a. 589 c. 21, "ecclesiarum servi et episcoporum vel omnium clericorum a judicibus vel actoribus publicis *diversis angariis* (ɔ: servitia, s. onera agris vel possessionibus imposita) fatigati fuerant"; sed, "omni concilio a pietate domini Reccaredis poscente", harum omnium immunitas clericis concessa est. Qvod privilegium confirmaturus Sisenandus rex a. 633 constituit: "ut omnes ingenui clerici pro officio religionis *ab omni publica indictione atqve labore* habeantur immunes, ut liberi Deo serviant, nullaqve præpediti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur" (conc. Tolet. IV c. 47). Tantam immunitatem ne Withredus qvidem, Cantiæ rex, suis clericis concessit; hic enim "pontis et arcis constructionem" diserte excepit. Sed ille, homo improbus, suorum animos demulcere studuit; hic, omnibus carus, qvæ concedenda esse censebat, ea sola concessit.

6. Qvicunqve ingenuus stipendia facere debuit. Itaqve clerici, qvod ingenui æstimabantur, quum ex antiqvis canonibus iis non liceret arma gerere, loco suo *milites in castra mittere jussi sunt;* idqve ipsum a Withredo illo, qvi (l. c.) "belli expeditionis" servitio clericos haud liberavit. Atqvi in Hispania, regnante Wambano (672—80), quum bella intestina grassarentur, lex lata est, qvæ tam episcopis ceterisqve clericis qvam laicis omnibus præcepit imminente bello arma in salutem patriæ gerere (Leg. Visig. L. IX, t. 2, l. 8).

7. Quum rationes clericorum ita mutatæ essent, conseqvens erat, *regibus partes aliqvas in episcopis muneribus suis præficiendo concessas fuisse,* neqve eæ tamen ubivis gentium eædem. In Gallia synodus Parisiensis a. 615 episcopos eligendi potestatem metropolitæ, episcopis comprovincialibus, clero et populo civitatis vindicavit[32]; at ipse Chlotarius rex, canones hujus concilii confirmans, hunc canonem aliqvantulum mutavit (vid. not. 17), Charibertus autem episcopos pro suo arbitrio constituit. Neqve hoc loco prætereunda est agendi ratio Dagoberti regis. Qvi quum Desiderium thensaurarium suum multi faceret, non solum eum Cadurcæ urbi episcopum præfecit, sed etiam, hoc multis ægre ferentibus, tam in edicto, de ea re promulgato, qvam in "indiculo ad Sulpitium archiepiscopum" contendit, se hoc "merito et nutu Dei" fecisse, siqvidem Desiderium cognovisset morum probitatis famâ insignem, neqve se aliter egere debuisse, "qvia, ait, divina inspirante potentia, talis nostra devotio manet, ut eos, qvos moribus ornatos et sanctis operibus deditos perspicimus, sicut (ɔ: qvalis) est iste fidelissimus Dei et noster Desiderius, hos ad episcopale culmen provehere *debeamus.* Qvia sic *decet regiam celsitudinem,* ut qvos cognoscit in Dei timore conversari et fidem catholicam integre custodire, vel evangelica præcepta omnimodis observare, ad tale officium studeat promovere" (vid. Baluz l. c. Tom. I, pag. 141—144). Jam vero ex hoc regio edicto qvisqve facile videt, plane actum fuisse de canonica episcoporum electione. Visigothorum reges aut "libera electione" (ɔ: pro suo arbitrio) dioecesi, qvem vellent, præficiebant, aut, nuntio de morte episcopi accepto, ceteros episcopos de successore subrogando consulebant. Qvod quum in remotioribus provinciis nimis molestum visum sit, Toletano metropolitæ potestas data est, qvem rex elegisset ipseqve dignum censuisset, illico tali dioecesi præficere[33]. Withredus, Cantiæ rex omni in ea re potestate se exuit; unde seqvitur, ut ante exitum seculi episcopos eligendi provincia penes reges Anglo-Saxonum fuerit.

*

b) ratione magistra

1. *Clerici*, qvod ædes sacræ *jure asyli* præditæ essent, *reos contra populi vim judicumqve sententiam inconsultam tueri poterant.* Qvod jus, ex templorum gentilium sanctitate translatum, cave ne inconsiderate judices. Etenim quum ex legibus Francorum omnia crimina, cædes ipsa, data pecunia expiari solerent [1], jus asyli, qvod reorum vitam tuebatur, poena eos haud liberabat, sed hanc ad tempus tantum differebat; qva re cautum erat, ne criminum rei ab iratis hominibus, qvos læserant, injusto (ɔ: legibus haud consentaneo) supplicio afficerentur. Accedit, qvod per hoc ævum, quum in Gallia non tam ipsa legum auctoritas, qvam vis armorum valeret, tale asylum multas multorum injurias cohibere poterat. Sed fatendum est, ipsum jus asyli clericis præbuisse opportunitatem non solum reos juste ac salubriter tuendi, sed sceleratos qvosqve homines justis poenis subducendi. Qvod passim factum esse in tanta morum perversitate, qvis dubitabit?

At salutare illud jure asyli justitiæ non minus qvam pietati satisfaciendi consilium, perspicue prodit conc. Tolet. VI, c. 12: "qvod si ipse (ɔ: "patrator culparum")... ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum et reverentia loci, regia in eo pietas reservetur, *comitante justitia*"; in Gallia autem conc. Remens. (a. 630) c. VII[2] reis non poenæ immunitatem sed vitæ membrorumqve securitatem parare voluit. Itaqve repetitis vicibus sancitur, ne qvis impediat, qvo minus rei ad ecclesiam vel atrium ecclesiæ [3] vel, ubi atria nulla sunt, ad arpennim [4] confugiant [5], neve eum, qvi confugerit, vi "subtrahat"; sed æqve sollicite præcipitur, ut is, "qvi ad ecclesiam confugium fecerit, reddatur ab episcopo, et sine ulla precatione exinde separetur" [6]; atqve hæc eadem leges tam Alamannorum [7] qvam Bajuvariorum [8] præcipiunt.

2. *Episcopi vice vel regis vel justitiæ censores judicum erant.* Sic Chlotarius II, rex Galliæ, edixit, ut episcopi, se absente, injustos judices castigarent [9]; Parisiense vero conc. a. 615, qvod episcopis libertos defendendos committit, in c. 5. præcipit: "qvod si qvis ausu temerario eos imprimere voluerit, aut ad publicum (ɔ: judicem civilem) revocare, et *admonitus per pontificem* ad audientiam venire neglexerit, aut emendare, qvod perpetravit, distulerit, communione privetur", ipseqve Chlotarius rex, quum hunc canonem ita mutarit: "nec absqve præsentia episcopi aut præpositi ecclesiæ esse judicandos", licet comitum judicio eos subjecerit, censuræ tamen episcoporum ipsos comites subjecit. In Hispania vero, sede episcopalis dignitatis firmissima, conc. Tolet. IV (a. 633) censoriam in judices potestatem plenam episcopis vindicavit [10]. Recceswinthus autem, rex Hispaniæ a. 649—72 æqvi justiqve studiosus, ne pauperes ac miseri homines ob comitum ignaviam injurias paterentur, qvemcunqve episcopum jussit, ut, "adjunctis sibi aliis viris honestis, inter eos negotium (ɔ: causam) discutere vel terminare procuraret" (Leg. Visigoth. lib. II, tit. I, XXIX), hanc poenam comiti, qvi episcopi judicium contemsisset, indicens: "comes tantum episcopo pro contemptu solo dare cogetur, qvantum qvintam partem valere constiterit de re illa, unde actio commota esse videtur" (ibid). Ab eodem rege episcopis potestas facta est "judices, perversis judiciis populum opprimentes, paterna pietate *commonendi*, qvo male judicata meliori debeant emendari sententia". Sin vero comes dictis episcopi audiens esse nollet, "episcopo ipsi licitum fuit judicium de oppressi causa emittere", modo et hominem illum "oppressum" et suum de causa ejus sententiam regi mitteret (l. c. XXX). Hanc tantam in judices vim episcoporum jam tertium conc. Tolet. (a. 589) sanxiverat. Ejus enim canon XVIII judices jubet in synodis, qvotannis habendis, unacum episcopis comparere, "ut discant (sc. judices), qvam pie et juste cum populis agere debeant" [11] ..... Memineris vero Reccaredum, qvi in hoc hoc ipso concilio ad catholica sacra transiit, id studiosius egisse, ut, adaucta episcoporum potestate, vim potentum infringeret. His igitur consentaneum est, "principes sæpe", ut habet conc. Tol. IV, c. 31, "contra qvoslibet majestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua commisisse", sed ita tamen, ut iis non liceret capitis aliqvem damnare (ibid.).

3. Qvam clerici antiqvitus exercuerant, *laicorum peccata cognoscendi* provinciam, hanc barbaræ gentes victrices intactam iis reliqverunt. Scilicet his peccata istiusmodi, qvorum ex christiana, ut ferebatur, religione poenam luere debebant, nova erant et antea inaudita. Ecqvis enim vel princeps vel judex civitatis in animum inducere potuit, ut censeret, sibi vindicandum esse jus vel *hæresium* naturam vel *cultus* Dei Sanctorumqve rationem, vel *gradus matrimonii prohibitos* definiendi? Qvæ omnia qvalia a clericis tradebantur, rationi maximam partem haud consentanea, populus sana mente non potuit habere peccata. Ad hæc autem tria genera causarum, qvarum censura penes episcopos erat, qvartum hoc accessit idqve gravissimum jus *testamenta* defunctorum hominum procurandi. Qvod iis concessum fuisse, nemo, nisi horum temporum ignarus, multum mirabitur. Franci enim, Romanarum legum, qvibus ut Galli tenerentur permiserant, imperiti & initio fuerunt, & posthac ob inscitiam artis legendi manserunt.

Exempla hujus jurisdictionis multa in legibus occurrunt. Sic *primum* clerici, de fidei puritate solliciti, reliqvias, qvæ superessent, idololatriæ, tollere conati sunt; qvam ob causam "simulacra constructa vel idola dæmoni dedicata" removeri jusserunt [12], omnesqve "cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum et excolentes sacra fontium vel arborum" [13] graviter, ut talia missa facerent, admonuerunt. *Deinde* leges tam Fresonum [14], qvam Bajuvariorum [15], Alamannorum [16] conciliorumqve Galliæ [17] hominibus christianis omni in die dominico "corporali", aut "servili opere" (ɔ: labore), qvale erat "arare, secare, messes metere, exartos facere", vel "sepem claudere, foenum secare, iter facere" neqve non "jurgia causarum movere" iterum iterumqve interdixerunt. Qvid? qvod Guntramus rex ipsis sacerdotibus sanctum officium imposuit "excedentes ad viam recti itineris *correctione pastorali s.* severitate canonica adducendi" (vid. præceptio. Guntrami a. 585); ac simili ratione conc. Tolet. XVI (a. 693) c. VI reprehendit sacerdotes, qvi "panes immundos nec studio præparatos, aut crustulum pro pane nitido, studio præparato et integro, aut grande aliqvid pro modica oblata" in sacra coena offerebant; totum deniqve concilium Bracarense III (a. 675) in ejusmodi legibus ferendis versatum est [18]. *Tum* "nuptias illicitas s. incestas" esse constituerunt, si qvis "fratris sui uxorem, vel uxoris suæ sororem, vel uxorem patrui sui aut consangvinei sui [19], vel "socrum, nurum, privignam, novercam, filiamqve fratris, filiam sororis" [20] in matrimonium duxisset; vel si "filii

s a c r i   o r d i n i s

tuum atqve civium.

fratrum sororumve matrimonio juncti essent"[21]. Ut taceam, qvanta in conciliis canonum multitudo mores populi spectet, et delinqventibus hominibus excommunicationis poenam irroget.

Noli tamen putare, laicos homines, quum jurisdictio ita multiplex ad clericos pertineret, ab horum arbitrio plane pependisse. Nomine magis qvam re clerici profecerunt. Namqve populus christianus ecclesiastica s. canonica ista peccata crimina habere nec potuit nec voluit. Qvare poenæ canonicæ sæpius propositæ qvam persolutæ sunt. Et ipsa qvidem excommunicationis poena rudibus ac socordibus mentibus commodior qvam molestior erat. Qvam ob causam episcopi et vetuerunt, excommunicationem temere fieri (conc. Remense c. 3), et ante omnia id egerunt, ut canonicæ isti censuræ alia, qvæ reos civili detrimento afficeret, adjungeretur poena. Qvod iis feliciter successit. Nunc enim servitio plectebantur, si qvi in festis diebus aliqvid illicitum egissent[22]; nunc homines, qvi de nuptiis illicitis episcoporum dictis audientes esse recusassent, & omnibus facultatibus suis mulctabantur, & a palatio regio excludebantur[23]; nunc "generosæ dignitatis testimonio, qvamdiu in culpis essent" privati erant[24], nunc deniqve alii "ab omni consortio christianorum "excludebantur[25], alii exilii poenam dabant.

Sed qvanqvam hæc prudentissime instituta essent, ista tamen in laicos jurisdictio clericorum *vi sæpe caruit*. Etenim reges et horum ad exemplum regni proceres, ipse adeo populus eam passim neglexit[26]. Accedebat, qvod Galliæ episcopi ejusmodi leges minus sollicite dabant. Unde factum est, ut ipsi reges, nulla præcedente synodo clericorum, leges tulerint, qvæ, solam vitæ turpitudinem perstringentes, proprie a clericis rogari debuissent[27]. In Hispania autem penes regem erat excommunicatis hominibus delicta sua remittere[28]; qvo facto, clerici haud poterant recusare, qvin ecclesiastica eos communione ornarent.

4. *Ordini clericorum majores qvam antea divitiæ conferebantur*, eæqve non tam in nummis qvam ob auri argentiqve inopiam in soli tractibus sitæ.

Qvippe rudibus populis clerici studiosius qvam honestius persvadebant, sibi & hac in vita omnia prospere cessura & in altera vita felicitatem paratam esse, modo opes suas in ædes sacras conferrent; unde largà munificentià ecclesiæ et constructæ et dotatæ sunt; ipsi autem reges[29] hoc nomine ceteros exemplo præiverunt.

Solebant etiam homines cbui res suas, alodium aut prædium, ecclesiæ cuidam datas, iterum beneficii s. feudi loco a rectore ecclesiæ ea lege recipere, ut sibi qvidem usumfructum earum, qvamdiu viverent[30], retinerent, ecclesiæ autem annuum de iis censum penderent; qvæ donatio singulari charta, "*precaria*" dicta, confirmari solebat.

Quum autem ædes sacræ tot prædiis, alodiis cetqve præditæ essent, vel *servis* ad agros colendos utebantur, vel agros *colonis* locabant. Qvibus igitur utrisqve *census et tributa* imponebantur[31].

Accedebant *mulctæ pecuniarum*, ad delicta expianda legibus constituta, qvæ maximam partem ecclesiis conferebantur[32].

Haud parum deniqve ad opes ecclesiarum augendas hæc lex valebat: "qvicqvid Ecclesia, Clerici vel comprovinciales nostri, intercedente tamen justo possessionis initio, per triginta annos inconcusso jure possedisse probantur, *in eorum ditione res possessa permaneat;* nec actio, tantis ævi spatiis sepulta, ulterius contra legum ordinem sub aliqva repetitione consurgat, possessione in possessoris jure sine dubio permanente" (Chlotarii I regis constitutio generalis XIII). Qvæ enim inserta est clausula: "intercedente tamen justa possessionis initio", eam speciei causa subjectam esse, qvis non videt?

Postremo non est prætereundum, clericos Galliæ omnem dedisse operam, ut laicis persvaderent, de cunctis rebus s. possessionibus suis *decimas* ex præceptis divinis et exemplo Abrahami solvendas esse, qvibus captivi redimerentur, pauperes alerentur et clerici ipsi haberent, qvæ sibi victum et cultum præberent[33]. Sed callida hæc atqve falsa clericorum assertio omni prorsus successu caruit; haud dubie qvod nihil esset in vita ac conditione barbararum gentium, qvæ jam terras istas occupatas tenebant, decimis analogon. Sola igitur hæc laus, si laudem dicere fas sit, hujus ævi clericis tribui potest, effecisse eos, ut decimarum theoria proposita sit inqve canones recepta; qvà re aliis temporibus mirum qvantum prodesse possent.

5. Opes ædium sacrarum feri mores barbarorum sacras haud duxerunt; qvamobrem clerici has tueri multis modis conati sunt. Parum qvidem profecerunt minæ excommunicationis et anathematis (conc. Turon. II, c. XXIV). Sed postqvam mores Francorum aliqvantulum emolliti essent, reges gravissimis legibus ipsi præceperunt, cuiqve qvidem licere vel res suas vel se ipsum ecclesiæ "tradere", traditaqve chartæ, præsentibus testibus sex vel septem, mandare[34], sed precarias chartas legitime exarari debere[35]. Præterea judicibus mandarunt æstimationem "agrarii" ɔ: vectigalis, qvod coloni ecclesiarum ex agris penderent[36]; et innumeras mulctas ecclesiis solvi jusserunt[37] a. Tum sanxierunt, res ædibus oblatas neminem invasurum esse; qvod si qvis commisisset, in graves eum poenas non minus civiles qvam ecclesiasticas incurrere[37] b. Diligenter deniqve prohibere conati sunt, ne qvis res illas aut vi raperet aut furto auferret[38]. Ne hanc omittam legem bene providam: "Res ecclesiæ de laicis absqve charta possidere nullus præsumet. Et si chartam non ostenderit, qvod comparasset a pastore Ecclesiæ, possessio semper ad Ecclesiam pertineat" (L. Alam tit. XIX). Qvid? qvod concilium Parisiense qvintum (a. 615) testamenta, qvibus aliqvid ecclesiæ cuidam conferebatur, rata fore statuit, "etiamsi, aut necessitate aut simplicitate faciente, aliqvid a legum sæcularium ordine visa (lege: visum) fuerit discrepare" (tit. X) hanc comminationem addens: "de qvibus rebus si qvis, animæ suæ contemptor, aliqvid alienare præsumpserit, usqve ad emendationis suæ vel restitutionis rei ablatæ tempus a consortio ecclesiastico vel a Christianorum *convivio* habeatur alienus".

Sed his omnibus licet prudenter institutis, freqventiora tamen bella intestina maxime in Gallia erant, qvam ut ædibus sacris tuta esse posset rerum suarum possessio[39]. Qvare episcopis de efficaciori circumspiciendum erat subsidio; hoc autem *advocatia armata* præbuit. Qvod opum clericorum patrocinium qvo tempore institutum fuerit, multum disputatum est[40]. Est vero probabile, clericos, præsertim in Gallia, ad fidem potentissimorum qvorumqve virorum satis mature confugisse, ut se suaqve contra vim hostium vi et armis tuerentur[41]. Non vero ante hujus ævi exitum hæc advocatia armata publice instituta est.

c) ratione ordinis metropolitarum.

1. In *regno Longobardorum*, postqvam hi ad sacra catholicorum transiissent, episcopus Aqvilejensis non solum metropolita mansit, sed quum supremus regni illius episcopus esset, neqve Romani antistitis ditioni subesset, amplioribus, qvam antea, juribus metropolitanis præditus fuit. Quum tamen in hoc regno non esset continua regum catholicorum series, ecclesiæ ratio firma et constans non erat. Itaqve ordo metropolitarum nomine magis viguit, qvam re multum valuit.

2. *In Gallia* freqventibus regnorum divisionibus nunc hæc nunc illa urbs regni metropolis facta est; qva re dignitas metropolitæ s. provinciæ præfecti episcopi ad urbium nonnullarum, qvæ antea tantum episcopales sedes fuerant, translata est; qvo facto urbis ejus episcopus, si non metropolitæ semper nomine ornaretur, tamen priscæ sedis metropolitæ morem gerere recusabat. Itaqve prisca disciplina metropolitarum *omnino sublata est.* Qvod vero Planckius dicit, ipsam rationem metropolitanatus periisse [1], hoc minus recte asseruit. Namqve ut taceam, concilium Parisiense a. 615 jura metropolitarum episcopos eligendi (c. 1.) et lites episcoporum cognoscendi [2] commemoravisse, Dagobertus, qvi ipse illum canonem violavit, ad metropolitam pertinere censuit, "litteras ad comprovinciales fratres dirigere", et designatum episcopum consecrare [3]. Willibrordus autem a. 696 a Pipino de Heristallo Romam missus est, ut a Sergio pontifice præsul ecclesiarum Frisiæ consecraretur. Sin autem epistolam Sigeberti regis ad Desiderium illum, qvem Dagobertus episcopum Cadurcensem contra Sulpitii metropolitæ voluntatem constituerat, attente legerimus, patebit, eum, qvamvis nomine metropolitæ destitutum, jura tamen ejus sibi arrogavisse, Dogobertum autem hoc ægerrime tulisse [4]. Itaqve colligimus, metropolitarum neqve nomen neqve dignitatem neqve auctoritatem per hoc ævum in Gallia ignota fuisse; nil autem horum tam ob dominandi libidinem vel regum vel episcoporum qvam ob paucitatem [5], ac mutatam rationem [6] conciliorum firmum aut stabile fuisse.

3. *In Britannia* Augustinus haud minori, qvam qvo religionem tradebat, studio operam dedit, ut titulum et jura metropolitæ ipse conseqveretur. Qvod ei contigisse, supra attulimus. Jam bini in Britannia archiepiscopi erant, Cantuariensis et Eboracensis; eorumqve muneris ratio, ex Romanæ sedis decretis instituta, plane canonica erat.

4. *In Hispania*, qvamdiu reges et magna pars populi Ariani essent, sors metropolitarum infelicior erat. Postqvam vero tota gens Visigothorum catholicam fidem publice professa fuisset, ordinis metropolitarum jura accurate descripta et servata sunt. Primum igitur suus cuiqve provinciæ metropolita præficiebatur. Tarraco autem Tarraconensis, Hispalis Boeticæ, Bracara Gallæciæ, Emerita Lusitaniæ, Narbonna Narbonnensis et post annum 610 Toletum Chartaginiensis provinciæ metropolitana sedes erat. Deinde satis sollicite prohibebant, ne termini provinciarum turbarentur, neve metropolitarum alter alteri imperaret; qvo pertinet & conc. Tolet. IV, c. 24: "qvicunqve episcopus alterius episcopi dioecesim per XXX annos sine aliqva interpellatione possederit, ... admittenda non est contra eum actio reposcendi: *sed hoc intra unam provinciam;* ne, dum dioecesis defenditur, provinciarum termini confundantur", & qvi invaluerat usus, in conciliis præsidendi provinciam metropolitæ non certæ ullius sedis sed natu maximo concedi. Qva tamen in re aliqva mutatio facta est. Quum enim post annum 653 omnes synodi Toleti haberentur, hujus urbis metropolita primum in iis locum habebat. Accedebat, qvod hæc urbs sedes regia erat. Unde Toletano metropolitæ major sensim dignitas, propria etiam munera concessa sunt (vid. pag. 13, sub 7.) Qvod vero ad jura et officia metropolitarum attinet, eorum erat:

a) synodos qvotannis cogere, aut potius, litteras ex præcepto regis ad provinciæ suæ episcopos mittere, qvibus hi ad synodum, "ubi elegerit metropolita" celebrandam invitabantur; cui admonitioni si qvis morem gerere detrectasset "illic excommunicationis tempus — qvod annum erat — ageret, ubi cum his, qvi præsentes fuissent, metropolita elegisset; cella vero et res, ad eum pertinentes, qvousqve ille sub poenitentia esset, instantia et solicitudine regerentur metropolitani" (conc. Emerit. a. 666, c. 7.). Qvare si qvis ob corporis infirmitatem venire non posset, hoc ipsum metropolitæ suo per litteras indicare debuit, et archipresbyterum aut "presbyterum utilem" mittere, ut hic, "qvæ in concilio acta essent, scire et subscribere" posset (ibid. c. 5):

b) proximos episcopos metropolin vocare, vel ad festa ecclesiæ majora secum celebranda, vel ad episcopum ordinandum aut regem consecrandum, vel "pro qvibuslibet negotiis" (ibid. c. 6; cfr. conc. Tolet. XIII, c. 8).

c) episcopos intra duos menses post electionem ipsorum, confirmare:

d) sollicite providere, ne sacerdotes litterarum inscii essent; qvales qvi reperti fuissent, de his conc. Tolet. VIII, c. 8 et XI, c. 2 sanxit, "ut aut sponte sumerent intentionem necessariam perdiscendi, aut a majoribus (ɔ: ecclesiæ præfectis) ad lectionis exercitia cogerentur inviti":

e) cogere episcopos, ut "unum eundemqve in psallendo modum tenerent", et qvidem eum, "qvem in metropolitana sede cognovissent institutum" (conc. Tolet. XI, c. 3.):

f) prohibere, ne res ecclesiarum post mortem episcoporum earundem diriperentur aut defraudarentur (conc. Tolet. IX. c. 7.):

g) "causas adversus episcopos aut judices aut potentes aut qvoslibet alios" in synodis, qvotannis habendis, cognoscere, et suum cuiqve per "regium exsecutorem" tribuere. Ipsi autem episcopi hoc ægrius ferebant, et inferioris generis clericos, si qvi ad metropolitæ judicium appellassent, excommunicare solebant; qvod conc. Tolet. XIII c. 12 graviter vetuit.

d) ratione

1. *Episcoporum ordo fata longe alia ac metropolitarum subiit.* Hos ægre tulit clericorum immodica jurium suorum dilatandorum cupido; illis in mediis barbaris populis opus omnino fuit, ne de moribus, cultu religioso, ipsa adeo religione actum esset. Qvare nemo clericorum in animum induxit, ut his antiqva jura episcopalia vel sacras leges ferendi vel ex iis jus dicendi non vindicaret. Sed quum episcopi regni Francorum post nonnullas hominum ætates e media gente Francorum sumerentur, hi autem, natura ferociores qvam justiores, suis commodis qvam ecclesiæ saluti consulere mallent, ratio episcopalis dignitatis, maxime in Gallia, plus uno nomine in pejus ruebat.

2. *Episcopi suam in clericos inferiorum ordinum potestatem, valde confirmarunt, partim* leges in clericos vagos ferentes, qvibus hi veluti glebæ adscriberentur, vel, ut verbis utar canonum, "localitatis et stabilitatis" officio adstringerentur [7], *partim* libertatem et contumaciam clericorum, qvos Francorum proceres privatis oratoriis suis præficere solebant, qvoad poterant, coercentes, ne hi ipsorum ditioni se subducerent [8].

3. *Episcopi dioecesin suam in varias tractus diviserunt, qvorum singulis archidiaconum præficiebant,* vel ut mores clericorum laicorumqve accuratius cognoscerent, vel, quum satis diu [9] uno tantum qvisqve episcopus archidiacono usus fuisset, ut caverent, ne tanta unius viri dignitas suæ dominationi officeret [10].

4. *Episcopis clericos sibi subjectos tyrannice tractare licuit.* Primum enim tenendum est, metropolitarum munere in Gallia collapso, synodos provinciales fere nullas ibi habitas fuisse, qvæ istam dominandi

s a c r i o r d i n i s

ordinis episcoporum.

licentiam episcoporum coercerent. Deinde in memoriam revoces, episcopos non, ut antea, ab ipsis clericis electos fuisse (vid. pag. 13); qvæ lex si auctoritate adhuc valuisset, vel accepti beneficii ratio, vel delictorum, suis haud ignotorum, conscientia mitiores eos dominos reddidisset. Neqve diutius episcopi e mediis clericis, qvibus deinceps præessent, sumebantur, sed quum procerum qvorundam commendatione aut ipsius regis voluntate ad tantum potestatis fastigium plerumqve pervenissent, tutius se tyrannos præbere poterant. Neqve nos, qvæ fieri potuerint, ea facta esse temere conjicimus. Etenim quum sperare vix liceat, episcopos se de hac culpa in synodis admodum castigaturos esse, tamen Martinus, metropolita Bracarensis, vir pius et justus, sanciendum esse putavit: "ut parochiales clerici *servili more* in aliqvibus operibus episcopis *servire non cogantur*" (conc. Bracar. II. a. 572, c. 2), qvi quum addiderit, "scriptum est: Neqve ut dominantes in clero" (1 Pet. 1), in præfatione autem diserte monuerit, id agendum esse, ut, "si qvid reprehensibile invenitur in nobis, id, recurrentes ad testimonia sacrarum scripturarum, corrigamus", omnio dubio caret, ista canonis 2di verba ævi ejus mores describere. Neqve tamen laudanda hæc Martini severitas multum proderat. Per totum enim seculum VII tyrannidis episcoporum freqvens mentio fit; cujus egregium exemplum conc. Emerit. a. 666, c. 15 his verbis exhibet: "placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas episcopalis modum suæ ponat iræ; nec *pro qvolibet excessu* cuilibet ex familia ecclesiæ aliqvod corporis membrorum sua ordinatione præsumat exstirpare, aut auferre"; qvocum conferendus est conc. Bracar. III, a. 675, c. 7: "novimus qvosdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos subditos effervescere, qvantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qvi gradus jam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates sive Levitæ, excepto gravioribus et mortalibus culpis, nullis debent verberibus subjacere". Qvod postqvam monuerint, ingenue fatentur, "episcopos, licentia perceptæ potestatis elatos, *malitiâ* tantum subditos verberare solitos fuisse"[11].

5. *Opes ecclesiarum amplificatas (vid. p. 12) episcopi in privata sua commoda convertebant, et pro suo qvisqve arbitrio profundebant.* Qvanqvam enim eorum esset reditus ecclesiarum exigere, ut his adjuti cum ædes sacras sartas servare tum clericis victum et cultum præstare possent, non solum suis propriis qvam ecclesiæ rebus consulere malebant[12], ipsasqve ædes sacras corruere patiebantur[13], sed res earum suis vel propinqvis vel amicis mutuas[14] aut donis dabant[15] aut etiam vendebant[16], easdemqve interdum ad monasteria aut sacraria construenda profundebant[17]; ipsis autem clericis necessaria ad vitam sustentandam haud relinqvebant[18]. Solebant etiam, qvando presbyter aut monachus mortuus esset, res parochialium ecclesiarum aut monasteriorum rapere[19], et, si qva ratione possent, alterius dioeceseos ædes sacras diripere[20]. Ut omittam eos, non minus qvam potentiores laicos, bona tam clericorum qvam privatorum hominum in interregnis invadere solitos fuisse[21]. Ceterum ad episcopum pertinebat tertia pars omnis pecuniæ, vel in cathedralibus vel in parochialibus ecclesiis oblatæ[22]; et lege ei permissum erat, ut probis presbyteris partem aliqvam rerum ecclesiæ daret[23].

6. *Solum jus presbyteros ubivis locorum constituendi hoc ævo aliqvanto restrictum est;* cujus tamen rei causa in ipsis episcopis qværenda est. Qvi quum ædibus sacris restaurandis non satis pecuniæ impendere vellent, concilio Tolet. IX, a. 655, æqvum visum est, ut, si qvis laicus ecclesiam suis sumtibus exstruxisset et fundasset, liceret ei "idoneos rectores in iisdem basilicis episcopis *ordinandos offerre*" (c. 2.).

7. *Ceterum ratio episcoporum in omnibus ecclesiis eadem non erat. In Gallia,* ubi veri nominis metropolitæ nulli erant, suo maxime arbitrio relicti erant. *In Britannia* multum valebant apud reges, inconsulta plerumqve pietate ædes sacras ditantes. Cantuariensis qvidem archiepiscopus eos, si qvi ferociores se gererent, pro munere ipsius castigare et debuit et potuit; neqve archiepiscopi defuerunt, qvi ob varias, neqve eas semper honestas rationes id lubenter faciebant; sed cum multitudine regnorum prohibebantur, qvo minus regio præsidio semper uterentur, tum episcopi satis mature, ut ex Wilfridi historia vidimus, archiepiscopis ope Romani pontificis resistere eorumqve se censuræ subducere satis qvidem feliciter conabantur. *In Hispania* autem, ubi ratio ordinis metropolitanı firma et stabilis erat, episcopi minus potentes erant. Itaqve ex actis conciliorum Hispaniæ jura et officia episcopalis muneris cognoscenda sunt; qvæ hæc erant:

a) chrisma parare eoqve populum confirmare;

b) presbyteros et diaconos inaugurare, neqve non ædes sacras et alteria;

c) presbyteris ordinandis "libellum officialem" tradere, et postea inqvirere, "qvaliter hi susceptum officium celebrarent vel baptizarent"[24].

d) vitam tam monachorum[25] qvam nonnarum[26] regere.

e) synodum semel qvotannis cogere, in qva, qvæ in provincialibus synodis sancita essent, cum minorum ordinum clericis communicarent[27];

f) parochias dioeceseos semel qvotannis peragrare, ut exqvirerent, "qvo unaqvæqve basilica in reparatione sui indigeret", nec non vitam presbyterorum explorarent (conc. Tolet. IV, c. 36.).

g) prædia et bona ædium sacrarum per oeconomum, e mediis clericis suis constitutum[28], dispensare, ex iisqve clericos atqve liberos, ex familiis ecclesiarum et libertis genitos, alere (conc. Tolet. IV., 67.).

h) jus dicere Judæis eorumqve fidei confessionem repositam servare[29].

i) cum populo defensorem civitatis s. numerarium, qvi tribuni plebis instar fuisse videtur[30], eligere[31].

k) qvinto die hepdomadis antipascalis pedes subditorum clericorum lavare (conc. Tolet. XVII, 3.).

l) in ordinatione sua metropolitis spondere, "ut caste, recte et sobrie viverent" (conc. Emerit. c. 4.).

e) ratione ordinis presbyterorum.

1. Ex iis, qvæ de tyrannide dominationis episcoporum attulimus, patebit, presbyterorum conditionem satis miseram fuisse. Qvæ enim antiqvitus ad eos pertinebant jura et officia prædicandi, religionem explicandi, inferiorum ordinum clericos, diaconis exceptis (conc. Hispal. II, c. 5), inaugurandi, parum iis auctoritatis parabant. Eo qvidem jure gravissimo gaudebant[1], qvod non nisi ex synodi sententia muneribus suis expelli poterant, qva re tyrannidis episcoporum nonnihil restringeretur necesse erat; at, quum in Gallia fere nullæ synodi haberentur, ibi episcoporum arbitrio prorsus relictum fuit, utrum presbyteri sedem suam tenerent, nec ne. Atqve in ipsa Hispania injuriis ac verberibus, suppliciis adeo crudelissimis afficiebantur.

2. Qvamobrem varia passim pericula facta sunt presbyteris æqviorem vitæ conditionem comparandi; qvæ tamen, quum in synodis, ubi episcopi judices sedebant, instituenda essent, pæne omni successu caruerunt.

Jampridem synodus Carpentoractensis a. 527, professa erat, "ea, qvæ a fidelibus parochis conferuntur, ita ab aliqvibus episcopis præsumari, ut aut parum aut nihil illis relinqvatur", eadem tamen episcopis, si qvi opibus non diffluerent, potestatem fecit clericis eâ sola donandi, qvæ "iis *conservandis rationabiliter* sufficerent". Qvæ lex qvam facile negligi posset, qvis non videt.

Post undecim annos patres conc. Aurelian. (a. 538) non multum aberant, qvin judicassent, parochianis presbyteris oblationes intactas relinqvendas esse; at vero, quum timerent, ne, illis hoc concesso, urbani presbyteri idem contenderent, decreverunt: "oblationes collatæ ad potestatem episcopi redigantur, et in ejus sit *arbitrio*, qvid ad reparationem basilicæ et observantium (ɔ: ministrorum) ibi substantiam deputetur"; qva igitur lege conditio presbyterorum infelicior facta est.

A. 572 concilium Bracarense ex Martini illius auctoritate sanxit, episcopos a presbyteris nil præter "honorem cathedræ" (ɔ: duos solidos) exigere debere, "nam", ingenue fatentur, "cum tertia illa parte episcopi lumen et sacra ecclesiæ sustulerunt", i. e., qvando episcopi tertiam oblationum partem exigissent, presbyteris non tantum facultatis relictum fuit, ut necessaria ad cultum religiosum rite instituendum conferre possent.

Sed probitas morum Martini rara erat. Qvare conc. Tolet. IV, a. 633 non potuit, qvin fateretur, tantam "avaritiæ, radicis omnium malorum, sitim mentes episcoporum obtinere, ut, qvæ multi fidelium in parochiis episcoporum oblationes conscripserint, hæc illi auferant et in usus suos convertant", unde decretum est, ut episcopi "tertia sua parte tam de oblationibus qvam de tributis et frugibus" contenti essent (can. 33).

Non ita multo post, in concilio Tolet. VII, a. 646, c. 4 "*necessitas* presbyteros tandem compulit, qverimonias contra pontificum suorum rapacitates in publicum examen deferre". Qvæ ut tollerentur, synodus sanxit, "ut episcopi non amplius (ɔ: plus), qvam duos solidos per singulas dioecesis suæ basilicas sibi expeterent conferri", neqve in visitando comitum multitudine[2] presbyteris molesti essent. Sed observandum est, hanc legem solis Gallæciæ provinciæ episcopis datam esse.

Et nono anno vix qvidem præterito, conc. Tolet. IX, a. 653, c. 6 "præteritis sanctionibus notissimum esse" declaravit, "tertiam partem episcopis deberi, et ab ipsis pendere, utrum illi an alii cuidam ecclesiæ eam donare vellent".

3. Ipsi autem presbyteri et inferiorum ordinum clerici injurias episcoporum injuriis referebant. Namqve et justum iis obseqvium præstare recusabant, et visitantes episcopos contumeliis petebant, et necessaria iis præparare negligebant (conc. Emerit. a. 666. c. 11).

4. Iidem, mores antistitum suorum secuti, injuste lucrum qværebant. Unde idem concilium illis interdixit, ne "pro baptismatis gratia aliqvid a parentibus qvacunqve occasione auferrent" (ibid. c. 9), neve, si qvi satis facultatum haberent, clericos comparare, per qvos "officium sanctum digne peragi posset", aut iis "victum et vestitum" præbere negligerent (ibid. c. 18). Qvi autem invaluerat mos uni presbytero plures ecclesias ob paupertatem earum committere (ibid. c. 19), hic ita in abusum abierat, ut conc. Tolet. XVI, c. 5 id prohiberet, nisi forsan ecclesia aliqva "decem mancipia non haberet".

5. Qvâ vero tyrannide episcoporum presbyteri opprimebantur, eâdem ipsi familiam ecclesiarum afficiebant. Unde conc. Emirit. c. 15 iis vetuit, hanc "sua potestate torqvere et per multam impietatem detrimentare". Qvod si autem dicerent, se ab ista familia mala ipsos passos fuisse, episcopi esset "judicem hoc qværere jubere" (ibid.).

6. Hanc autem morum clericorum perversitatem prohibendi causa, sancitum est, "ut unusqvisqve, ad ecclesiasticos gradus accessurus, non ante honoris consecrationem acciperet", qvam promitteret, velle se "fidem catholicam sincera cordis devotione custodientem, *juste* et *pie* vivere, et nullis operibus suis *canonicis regulis* contradicere, atqve *debitum* per omnia *honorem* atqve *obseqvii reverentiam* præeminenti sibi dependere" (conc. Tolet. XI, c. 10). Sed hoc parum valuisse ad presbyteros pios probosqve homines reddendos, testatissimum est.

7. Neqve hoc multum miraberis, modo teneas, "licuisse episcopis presbyteros et diaconos *de familiis* ecclesiæ per parochias constituere", modo hi ante consecrationem suam manumitterentur (conc. Tolet. IV, c. 74 cfr. IX, c. 12).

f) ratione cultus religiosi.

De hoc multa disserere nolo; sed is tamen paucis attingi debet. In Britannia omnis cultus publicus ad Romanæ ecclesiæ exemplar inde ab anno 664 instituebatur; sed ante id tempus Scoti, dudum ante adventum Augustini sacra Christi amplexi, in multis rebus, huc pertinentibus, a Romano more dissenserant; neqve unitas, a. 664 lege imperata, ab his omnibus recepta est[4]. De cultu publico in Gallia instituto non multa tradita sunt. Neqve tamen ratio ejus ubivis locorum eadem fuisse videtur. Alioqvin Eustatio, Abbati, non opus fuisset argumentis defendere, qvod ex regula Columbani "sacra missarum solemnia multiplicatione orationum vel collectarum celebraret" (vid. Hard. I. pag. 21, citat.). Qvis omnino exspectabit in tanta disciplinæ ecclesiæ licentia, vel morem Romanum integrum retentum, vel unam eandemqve cultus publici rationem ubivis locorum observatam fuisse. In Hispania, qvamdiu alia clericorum pars Arianismo, alia catholicæ fidei addicta esset, forma cultus religiosi varia erat. Qvam varietatem tollendi causa Vigilius, antistes Romanus, Profuturo, provinciæ Gallæciæ metropolitæ, litteras dedit, in qvibus, ut Romanæ ecclesiæ ritus observarentur, graviter admonuit. Hinc igitur ejusdem provinciæ episcopi, in concilio Bracarensi I, a. 561, sanxierunt, cum omnem diversitatem "psallendi, lectionum, salutationisqve ecclesiasticæ" fugiendam esse, tum eum missarum ordinem observandum esse, qvem Profuturo Vigilius indicarat. Postqvam autem catholica fides communis Visigothorum religio facta esset, unitas qvædam officiorum ecclesiasticorum, neqve tamen ipse Romanæ sedis cultus sæpius sanciebatur (vid. pag. 11).

Ut specialiora qvædam subjungam, clericis, qvi, "in terram arrepti, a dæmonibus illidi putabantur, sacris officiis vacare non licuit[5]. Sin vero minister sacrorum inter officia ecclesiastica peragenda aut humi procideret, aut mentis impos fieret, alius clericus paratus esse debuit, qvi ejus vice ipsa officia conficeret (conc. Tolet. XI, c. 13).

s a c r i   o r d i n i s

g) ratione ordinis, universe spectati.

1. *Clerici plerumqve ex servorum numero sumebantur.* Neqve enim reges aut principes æqvis animis ferre poterant, numerum eorum, qvi militiam seqverentur, admodum circumscribi. Igitur ingenuo homini non licuit in clericos adscribi, nisi princeps singulari præcepto, ut hoc fieret, permisisset [6]. Simili autem ratione conc. Rhemens. c. 6 sanxit: "hi vero, qvos publicus census spectat, sine permissu principis aut judicis se ad religionem sociare non audeant".

2. *Vita coelebs* clericis dudum injuncta erat. Sed legum in hoc ævo auctoritas exigua erat, huic autem legi, nobiliori naturæ hominum ita repugnanti, quum clerici obseqvii saltem speciem præstare cogerentur; mores eorum admodum corrumpebantur. Neqve iis timendum erat, ne barbaræ gentes hanc culpam ægrius ferrent. Unde magna erat clericorum, maxime in Gallia, in hac re licentia. Non qvidem defuerunt leges, castitatis officium graviter inculcantes. In Gallia synodus incerti loci, circa annum 616 habita, soli matri, sorori et amitæ permisit, ut cum clericis habitarent; qvam eandem legem conc. Tolet. IV, Visigothorum clericis sanxit (c. 42)[7], episcopis simul præcipiens, "ut mulieres extraneas auferrent et venumdarent" (c. 43); sed vicesimo anno post patres concilii Tolet. VIII non poterant, qvin faterentur, non solum "subdiaconos qvosdam carnis immunditia sordidari ac novis uxoribus copulari", sed ipsos "sacerdotes (ɔ: episcopos) et ministros aut uxorum aut qvarumcunqve feminarum immunda societate et exsecrabili contagione turpari". Neqve tamen gravissimæ, qvæ in eodem concilio sanciebantur fornicationis clericorum poenæ [8], neqve lex crudelissima, post biennium lata: "proles, tali nata pollutione, non solum parentum hereditatem nusqvam accipiat, sed etiam in servitutem ejus ecclesiæ, de cujus sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebunt" (conc. Tolet. IX, c. 10) incontinentiam ordinis clericorum constringere valebat. Itaqve patres conc. Bracar. III, a. 675, ne ipsis qvidem sororibus aut propinqvis, soli autem matri permiserunt, ut cum episcopis aut qvolibet de clero habitarent; qvo fore sperabant, ut "omnis fornicandi *occasio* auferretur" (c. 5). Ac dignum est qvod observetur, canones nullius concilii hanc culpam deinceps commemorare, sed *crimen Sodomiticum* in toto ordine sacro freqvens fuisse fateri (conc. Tolet. XVI, c. 3). — In hac tanta morum perversitate, exemplum Potamii, metropolitæ Bracarensis, magnopere enitet. Qvi quum adulterium clam commisisset, sponte sua non solum "regimen ecclesiæ suæ deseruit, et ergastulo qvodam, pro admisso flagitio facturus poenitentiam, se ante novem menses conclusit", sed ipsis patribus concilii Tolet. X rem detulit; qvi confessionis libertate commoti, perpetuæ qvidem poenitentiæ eum submiserunt, sed honorem tamen tituli episcopi ipsi reliqverunt.

3. Qvod vero cæterum ad *mores* clericorum attinet, in Hispanis dominandi cupido, vita deliciis et mundanis negotiis dedita novarumqve rerum studium freqventia vitia erant [9]; Britanni intolerantiæ, qvam pietatem dicebant, et piarum, qvæ dici solent, fraudum exempla longe plurima præbuerunt [10]; Franci autem et Longobardi sæpe bellicæ virtutis ferociam, raro christianæ pietatis lenitatem vita et factis expresserunt. Commune omnis ubivis locorum cleresiæ vitium æris aviditas erat, cujus plurima exempla supra attulimus [11]. Neqve qvemqvam pudebat indignis artibus, qvibus munus qvoddam ecclesiasticum conseqveretur, improbe uti. Jam enim conc. Tolet. VI, c. 4 reprehendit, qvod multi "ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate morum sed munerum impensione conqvirere et per oblata munera capere solebant", et conc. Tolet. VIII, c. 3 doluit, clericos, qvanto freqventius Simoniacum crimen vetitum esset, tanto studiosius hoc ipsum committere. Itaqve patres conc. Tolet. XI, c. 9 sanxierunt: "ut quum qvisqve pontificale ante domini altare percepturus accesserit, sacramenti se taxatione adstringat, qvod pro conferenda sibi consecratione honoris nulli personæ cujuslibet præmii collationem vel jam dedisse vel aliqvando in futurum dare procuret"; neqve non ejus rei reos "duorum annorum exilio plecti et digna satisfactionis vel excommunicationis sententia coerceri" debere præceperunt; et conc. Bracar. III graves poenas sanxit in eos, qvi "pro conferendo cuiqvam sacerdotii gradu aut munus qvodcunqve aut promissionem muneris acceperint", "qvia, inqviunt, necesse est, ut freqventius retudatur, qvod *sine intermissione* præsumitur" (c. 8) [12].

4. *Litteris* Itali parum tincti erant, Britanni aliqvanto instructi; Galli autem in iis plane hospites erant, Hispani vero pro ævi hujus ratione admodum inclaruerunt. Qvæ tamen laus universis Hispaniæ, non dico, clericis at presbyteris et episcopis tribui non potest. Alioqvin neqve conc. Totet. IV, c. 25 præcepisset: "sciant sacerdotes (ɔ: episcopi) scripturas sanctas, et canones meditentur", neqve conc. Tolet. VIII, c. 8 decrevisset: "ut nullus cujuscunqve dignitatis ecclesiasticæ deinceps percipiat gradum, qvi non totum psalterium, vel canticorum usualium [13], et hymnorum, sibi baptizandi perfecte noverit supplementum".

5. Clerici, qvando ordinabantur, *ordinis* sui *insignia* percipiebant, episcopus orarium [14], annulum et baculum; presbyter orarium et planetam [15]: diaconus orarium et albam [16]: subdiaconus patenam et calicem (conc. Tolet. IV, c. 28).

6. *Ordini clericorum proprius & vestitus s. habitus & tonsura erat.* Quum enim post magnam populorum transmigrationem *sagi* usus invaluisset, priscæ ætatis *tunica* sanctitatis aliqvam speciem habere existimabatur; unde clerici hac uti jubebantur [17].

Iidem qvoqve, ut humilitatem præ se ferrent, "totum caput superius detondebat", "inferius solam circuli coronam (— dignitatis ordinis symbolum —) relinqventes" (conc. Tolet. IV, c. 41).

Ipsæ virgines sacræ veste, "qvæ carebat et varietatibus colorum et diversitatibus partium", uti debebant (conc. Tolet. X, c. 4).

Ipsi autem vesti et tonsuræ tantum tribui solebat, ut seculares etiam homines, maxime si in mortis discrimine versarentur, vel illa indui, vel hanc admittere solebant (conc. Tolet. XII, c. 2).

Qvis esset status

h) ratione ordinis

I.

Monachorum *multitudo* admodum crescebat, qvoniam in mediis hujus ævi bellis et tumultibus homines nusqvam securius qvam in claustris monachorum degere possent. Ita in monasterio *Bangor* "tantus fertur fuisse numerus monachorum, ut, quum in septem portiones esset cum præpositis sibi rectoribus monasterium divisum, nulla harum portio minus, qvam trecentos homines haberet" (Bed. hist. eccles. II, 2. p. 113). Jam vero quum "hi omnes", ut Beda addit, "de labore manuum suarum vivere solerent", quum ex hoc aliisqve Britonum, Scotorum et Gallorum monasteriis plerumqve exirent, qvi religionem gentilibus traderent, quum deniqve in solis monasteriis litteræ bonæqve artes florerent; vitæ hujus reverentia omnium animos in dies magis occupabat.

Hinc igitur *clericorum plurimi* eam suscipere cupiebant; unde conc. Tolet. IV, c. 50 hanc legem sanxit: "clerici, qvi monachorum propositum appetunt, qvia *meliorem vitam* seqvi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri (ɔ: concedi) ingressus; nec interdici propositum eorum, qvi ad contemplationis desiderium transire nituntur" (Hard. l. c. III, p. 589). — Ob eandem causam *episcopi* interdum in monasteria secedebant, ut Amandus, episcopus urbis Mastricht, qvi a. 651 munere se abdicavit, et fratribus monasterii cujusdam adscriptus, ibi reliqvam vitam suam degebat[1]. — Neqve *utriusqve sexus principes* aliter agere solebant. *Sebbi*, rex Orientalium Saxonum, postqvam XXX annos regnasset, "corporis infirmitate permaxima correptus", tandem a conjuge sua, "ægre"[2] qvidem, impetravit, ut divortium matrimonii fieret. Qvo facto, illico "habitum religionis[3], qvem diu desiderabat, accepit" (Bed. l. c. IV, 11). *Ethelredus*, rex Merciorum, regno Coenredo relicto, abbas factus est (Bed. l. c. V, 20). Ipse vero *Coenredus* et *Offa*, rex Orientalium Saxonum, Romæ "habitu monachorum" induti sunt (vid. pag. 11). *Ebba*, amita Egfridi, regis Northanh., monasterio abbatissa præfuit (Bed. IV, 19), et *Ethildritha*, conjux ejusdem regis, hanc gloriam reginæ nominis dignitati anteposuit (ibid.). *Heresuit*, mater Aldulfi, regis Orientalium Anglorum in monasterio qvodam Galliæ "regularibus subdita disciplinis, coronam exspectabat æternam" (ibid. IV, 23), ejusqve soror *Hilda* per annos triginta tres monachicam vitam duxit (ibid.). In Hispania *omnes reginæ*, mortuo rege superstites, velum suscipere jubebantur (conc. Cæsaraug. a. 691, c. 5). Pleræqve autem in omnibus terris *viduæ* nobiles idem facere solebant. — Deniqve parentes "æqvum judicantes creatori suo de se reddere fructum", aut infantes liberos abbati "coram testibus" tradebant, ut adulti monachi fierent[4], aut "coram se religionis tonsuram vel religioni debitam vestem iis, [invitis[5] etiam,] dabant". — Hic vero tantus numerus monachorum hominibus necessitatem imposuit nova coenobia condendi, de qvo tam principes qvam episcopi et abbates bene meruerunt[6].

Ista vero vitæ monasticæ admiratione capti homines, qvi monasteria condebant, *larga* his *munera* conferre solebant. Ita Sebbi rex monasterio, in qvo recipiebatur "attulit summam pecuniæ non parvam" (Bed. l. c. IV, 11). Pleriqve vero non auri pondus sed soli tractus eosdemqve incultos coenobiis suis tradebant. Qvod tamen ipsum opum in dies augendarum causa erat, siqvidem hi non ita facile, ut pecuniæ summa, diffundi possent[7]. Qvanti vero monachi facerentur, vel ex eo patet, qvod lex Alamannorum homini, injuriam monacho inferenti, dupplicem mulctam irrogavit (Tit. XV); Bajuvariorum autem leges de cæde monachorum dupplicem "compositionem" statuerunt (cap. VIII).

Ex monasteriis nonnulla & coenobitarum suorum numero & opum magnitudine præ reliqvis eminebant. Erant hæc in Hispania: *Dumiense*, prope Bracaram situm, omnium antiqvissimum, qvod Martinus, ex Oriente profectus, intra a. 559—569 condebat, *Servitanum*, a Donato, Afro, fere eodem tempore conditum, et *Biclarense*, cujus auctor Johannes qvidam episcopus erat; in Italia: monasterium *montis Cassino;* in Gallia: *Lerinense, S. Galli, Turonense* s. S. Martini, Parisiense, s. *S. Dionysii* et Luxoviense; in Britannia: Banchorense et monasterium, Streneshalch dictum.

II.

Ex regula Benedicti episcopi vitæ tam monachorum qvam abbatum censores atqve judices erant; qvam eos auctoritatem exercuisse plura seculi sexti concilia indubitatum reddunt[8]. Hinc Aidanus episcopus Hildam abbatissam "sedulo visitare et diligenter erudire" solebat (Bed. l. c. IV. 23). Hinc etiam conc. Cabilon. a. 650, c. 11 judicibus publicis interdicit "per monasteria, *quæ mos est episcopis circuire*, illicita præsumptione discurrere" (Hard. III, p. 949); et conc. Tolet. IV, c. 51 episcopis vindicat canonicam de ordine monachorum potestatem[8]b.

Qvod si autem controversia inter abbatem et monachorum aliqvem orta esset, neqve eam episcopus componere posset, causa synodo committebatur, in qva fieri potuit, ut alia ferretur sententia, atqve episcopus vellet. Ejus rei egregium exemplum conc. Matisconens. (a. 629. aut 624) exhibet. Quum enim Agrestinus, monachus Luxoviensis, S. Columbani regulam, qvam Eustatius, abbas, seqvi mallet, ob varias rationes minus aptam duceret, et Apellinum, Genaveensis urbis episcopum, secum consentientem haberet, hæc tamen synodus cum Eustatio faciebat (vid. Hard. II, p. 579—80).

Sed episcopi hoc suo regimine iniqve et injuste utebantur. Qvod eo certius affirmare possumus, qvo minus ipsi episcopi hoc dissimularunt[8]c, potius vero tale qvid ne fieret, in synodis graviter interdixerunt. Igitur quum episcopi multas multis modis injurias monachis inferrent, horum aliqvi tumultus passim in episcopos ciebant, alii vero, quum in conciliis frustra de his injuriis conqvesti essent, aut precibus aut data pecunia ab ipsis episcopis impetrarunt, ut hi sibi dato *privilegio* lætiorem sortem sponderent. Ac fieri etiam potuit, ut episcopi sua sponte tali privilegio monasterium aliqvod, qvod vel ipsi condiderant, tuerentur, ne qvis deinceps jura ejus violaret. Ex his igitur privilegiis, qvorum ingens numerus exstat, sed non omnis plena fide dignus, optime cognoscitur, qvas potissimmum injurias monachi ab episcopis passi fuerint. Ita primum primi libri Marculfi[9] privilegium, ab episcopo monasterio datum, constituit: ut episcopus ordinet atqve consecret omnes, "qvi in monasterio sancta debeant bajulare[10] officia" *absqve ullo præmio:* ut altare consecret et sanctum chrisma singulis annis monasterio *gratis* largiatur: ut monachis abbatem "ex semetipsis" *eligendi* potestatem tribuat, et electum abbatem *sine mercede* consecret: ut neqve eorum, qvæ monasterio collata sunt aut "deinceps" regio munere aut privatorum "conferantur, aliqvid *auferat*, neqve qvæ pietas hominum in altari obtulit vel oblaturus sit, auferat: ut "nisi rogatus ab congregatione illa vel ab abbate" pro oratione lucranda[11] septa monasterii non ingrediatur, et "celebrato ac peracto divino mysterio post simplicem et sobriam benedictionem[12] receptam *absqve ullo reqvisitu*" domum revertatur (vid. Baluz. Tom. II, p. 371—74). Itaqve pro certo affirmare licet, monachos has omnes, qvarum immunitatem hoc iis privilegium tribuit, injurias antea passos fuisse. Si autem qvis existimet, hoc *exemtionis*, qvalis seqventibus seculis invaluit, exemplum esse, valde errabit. "Nihil" enim, ut verba sunt ejusdem privilegii, "de canonica auctoritate [episcopi] hoc privilegio convellebatur".

Simili ratione reges aliqvi monachos contra episcoporum injurias passim tuebantur, "salva tamen per omnia reverentia sacrosancti Antistitis, in cujus territorio [monasterium] constitit"[13].

s a c r i   o r d i n i s

m o n a c h o r u m.

III.

Omnino vita monachorum ad regulam Benedicti Nursiensis [14] instituebatur; unde conc. Augustodun. a. 670, c. 15 præcipit, "ut, qvicqvid canonicus ordo vel regula S. Benedicti edocet, et implere et constodire in omnibus [abbates et monachi] debeant". Hæc tamen regula neqve ubivis locorum observabatur, neqve ab omnibus, qvi monasteria condebant, integra retinebatur. Ita vel Martinus Dumiensis vel Donatus propriam suis monachis regulam injunxerunt. Sic etiam Isidorus Hispalensis coenobio, qvod ipse condidit, Honoriano singularem regulam scripsit [15], et Columbanus Luxovienses monachos suæ non Benedicti regulæ adstrinxit. Omnino Scoti minus solliciti erant de regula Benedicti observanda. Sed Anglo-Saxones, qvos monachi Benedictini religionem docuerant, eam pressius seqvebantur. Hinc igitur fratres monasterii Colmani, in Scotia conditi, "ad exemplum venerabilium patrum *sub regula et abbate canonico*" degebant (Bed. IV, 4); et Hilda, abbatissa, suum monasterium "regulari vita per omnia, prout a doctis viris discere poterat, ordinari curabat" (Bed. IV, 23). Cui vero regulæ monachi se adstrinxerant, ei convenienter suam et vitam et disciplinam instituere debebant.

Singulæ autem leges id maxime præceperunt, ut, qvicunqve monastica vota suscepisset, hic omne reliqvum vitæ suæ tempus in monasteriis tereret [16]. Qvæ lex de iis ipsis valebat, qvi infantes monasticæ vitæ consecrati fuerant, at adulti hoc ægrius ferebant, ut hi, "convicti, qvod tonsuram aut religiosam vestem aliqvando habuissent, mox ad religionis cultum habitumqve *revocarentur*, et sub æterna [17] districtione [18] hujuscemodi observantiæ inservire *cogerentur*" (conc. Tolet. X, c. 6) [19]. Sæpe vero accidit, ut tales, aut qvi matrimonium ineundi studio ferebantur, "ad sæcularia negotia" reverterentur. Qvi igitur monasteriis ad poenitentiam agendam includebantur (conc. Tolet. IV, c. 52).

Erant qvoqve monachi, qvi, qvamvis rudes, plebem se velle instituere simulantes, per agros vagabantur; qvos ut episcopus coenobiis suis redderet, conc. Tolet. VII, c. 5 præcepit.

Nonnullis tamen permissum erat claustra relinqvere, ut in propriis cellulis habitarent. Hos enim episcopi singulari præsidio amplecti solebant, modo constaret, eos "sanctæ vitæ ambitione" permotos, hanc maluisse vitam degere. Qvos vero "ignavia" ad hoc compulisset, neqve morum probitas ornaret, hi e cellulis hisce per episcopum loci ejecti, iterum in coenobiis suis degere cogebantur (conc. Tolet. VII, c. 5).

Castitatis qvoqve officium morumqve honestas monachis haud semel commendabatur. Qvamobrem conc. Augustod. c. 10 mulieribus plane interdicit "in monasteria monachorum ingredi", et severius in eos animadvertendum esse jubet, qvi "familiaritates extranearum mulierum habeant". Atqve ut prohiberetur, ne monachi vel voti sui impatientes forent, vel inhonesti exempla cognoscerent, conc. Cæsaraug III, c. 3 constituit: "ut nullus abinceps sæcularium seu potestative [20], seu etiam vel ex promisso abbatis vel cujuslibet monachorum infra claustra monasteriorum hospitandi vel commorandi habeat receptaculum".

Neqve monachi minus graviter admonebantur, ut suæ qvisqve abbati summum obseqvium præstarent. Neqve enim monachi eam temperantiam suiqve continentiam, qvam veluti summum vitæ finem seqvebantur, facile asseqvi poterant, nisi totam vitam suam ex nutu præsulum componere sine ulla dubitatione studerent [21].

De paupertatis officio pauca sancita sunt. Conc. August. c. 1 negat, abbates vel monachos "peculiare" habere debere, sed "monachis ab abbate victum et vestitum consvetum" impertiendum esse, et Isidorus Hispal. suis monachis bonorum communionem præcipit. Veteres autem monachi Britanniæ et Hiberniæ, licet hic procerum et principum liberalitas erga claustra summa esset, paucis tamen contenti erant. "Nemo enim", ut Beda auctor est, "territoria ac possessiones ad construenda monasteria nisi a potestatibus seculi *coactus* recipiebat" (l. c. III, 6), et Colmanus aliqvando a comite qvodam "partem emit *non grandem* ad construendum monasterium", cujus postea monachi "in magna continentia et sinceritate *proprio labore manuum* vivebant" (ibid. IV, 5). De monachis Banchorensibus idem Bedæ testimonium supra attulimus. Omnino ipsa hominum liberalitas, qvâ agros monasteriis conferre solebant, prohibuit, qvo minus monachi ignaviæ se traderent. Qvibus autem agros colendi necessitas est, hi morum ferocitatem sensim deponere solent. Accedit, qvod monachi, maxime Britanniæ insulæ, litteris vacabant, et indefessum laborem in prædicando religionem collocabant. Qvamobrem hi summa, qva gaudebant, populi totius reverentia et honore haud erant indigni: et multiplici nomine presbyteris meliores erant.

Hinc mos invaluit episcopos e mediis monachis constituendi; unde iterum monachi, qvo facilius hoc dignitatis ecclesiasticæ fastigium attingerent, curabant, ut ipsi ordinarentur diaconi et presbyteri. Itaqve *omnis tollebatur sacri ordinis monachorumqve diversitas* [22]. Qva re Benedicti regulam migrabant. Hæc enim plures monachos presbyteros ordinari vetat, qvam qvibus opus sit ad sacra ministeria in ipsis coenobiis agenda (vid. reg. Bened. c. 60.). Neqve tamen hoc in omnibus locis eodem modo fieri solebat. In Britannia, qvæ monachorum prædicatione ad sacra Christi conversa erat, monachi sacerdotalia munia, nemine hoc ægre ferente, obibant; ita ut homines "diebus dominicis ad *Ecclesiam sive ad monasteria* certatim, audiendi sermonis Dei gratia confluerent" (Bed. III, 26). Exstat qvoqve decretum Bonifacii IV, promulgatum in synodo Romana a. 610, qvod monachis vindicat potestatem singula sacerdotalis officii munia ministrandi [23]. Sed Gallorum sacer ordo, talia ægerrime ferens, in conc. incerti loci c. annum 616 c. 5. decrevit: "ut intra septa monasterii non baptizetur, nec Missæ defunctorum sæcularium celebrentur".

Si autem qværatur, qvæ esset in variis regnis *morum ipsorum varietas*, hæc breviter dicenda habeo. In Britannia insula monachi agris subigendis, religioni tradendæ et litteris colendis egregio studio et labore incumbebant. In Hispania magis contemplativæ vitæ qvam labori studebant, et tumultuosius passim, ab episcopis oppressi, agebant. In Gallia autem, ubi ecclesiastica disciplina lenior erat, majori licentia utebantur.

IV.

Viduæ sacra, qvæ etiam religiosæ, professæ, devotæ, sanctimoniales vocabantur, puellæ et viduæ erant, qvæ Deo se devovebant. Hæ aut in domibus privatis aut in monasteriis degebant. Qvas si qvi raptas in matrimonium duxisset, "capitali sententia feriretur" (Edict. Chlotar. II, a. 615). Qvod si autem ipsa mulier consensisset, "seqvestrati ab invicem in exilio deportarentur, et facultates eorum propinqvis heredibus sociarentur" (ibid.) Sin vero aliqvis cum foemina sanctimoniali adulterium commisisset, "CC solidos componeret".

Per ducentos ferme annos duæ potissimum qvæstiones ingenia christianorum exercuerant, *prima:* qvæ esset inter divinam humanamqve Christi naturam relatio, et ea qvidem maxime in Oriente agitata, *altera:* qvi homines pro virium suarum ratione honeste agere et æternam futuræ vitæ salutem conseqvi possent, qvæ præcipue Occidentem turbarat. Hinc igitur factum est, ut hanc utramqve hæresin etiam per hoc ævum christiani doctores studiosius caverent. Accedebat hoc seculo commune totius Occidentis studium Monotheletismum tollendi, cujus Romani pontifices auctores erant. Horum deniqve dominandi libidine in Anglia motus qvidam liturgici suscitati sunt. Postremo sacer ordo Constantinopolitanæ ecclesiæ, sedis Romanæ invidia commotus, nonnulla sanxit, qvæ inter Latinos et Græcos schisma sensim provocabat. —

Controversiæ sacræ.

I.

Doctrina Pelagii, qvi ipse Brito erat, satis mature (c. a. 440)[1] per *Agricolam* qvendam inter Britones tradita est; qvi, qvum eam "verbis refutare" non possent, "a Gallicanis antistitibus auxilium belli spiritualis" qværebant. Igitur in Britanniam missi sunt Germanus, episc. Altisiodorensis (ɔ: Auxerre) et Lupus, episc. Tricasinus (ɔ: Troyes), qvi, disputatione cum Pelagianis doctoribus instituta, hos erroris coarguerunt (Bed. l. c. I, 17)[2]; postqvam vero hi reversi fuissent, populus ad Pelagianismum relapsus est. Itaqve Germanus cum Severo comite iterum in Britanniam trajecit, et, sanato juveni claudo, populum tanto hujus, ut putabatur, miraculi stupore imbuit, ut eos protinus ad fidem catholicam traduceret. Neqve id tamen impedire potuit, qvin ista hæresis nostro etiam seculo suos haberet patronos. Qvod ubi Honorius, antistes Romanus, comperit, toti genti Scotorum litteras dedit, in qvibus Pelagianismi impietatem probare conatur, et Scotos adhortatur, ut hanc olim damnatam hæresin nullo pacto amplectantur (Bed. l. c. II, 19). Post multos annos Theodorus, arch. Cantuar., summam dabat operam, ut catholica fides ob omnibus insulæ Britanniæ incolis reciperetur (Bed. l. c. IV, 5, 17); neqve postea ullum Pelagianismi vestigium occurrit. —

In reliqvis Occidentis terris laudum Augustini Hipponensis et communis fidei catholicæ tanta reverentia vigebat, ut Pelagianismi hæresis nulli placeret. Hinc concilium Remense a. 625 in c. 4, edixit: "ut si qvi hæretici adhuc esse suspicantur in Galliis, a pastoribus ecclesiarum perqvirantur, et si veraciter (ɔ: vere) fuerint inventi, *ad fidem catholicam revocentur*". Qvod autem Honorius I in epistola ad gentem Scotorum, nuper laudata, dicit: "sed et qvotidie [hæresis Pelagii] a nobis perpetuo anathemate sepulta damnatur", non ita intelligi potest, ac si ei qvotidie cum Pelagianis confligendum esset; nusqvam enim aliqvis eorum numerus erat. Hispani deniqve huic hæresi maxime infesti erant; cujus rei documentum seqventium temporum historia exhibebit (vid. pag. 44—45).

II.

Pari studio Occidentales omnes insectabantur, qvi vel unam Christo naturam tribuebant, vel geminam voluntatem ejus profiteri recusabant. A. 619 Acephalorum qvidam episcopus in concilio Hispalensi II comparuit, dogma Chalcedonensis concilii de duabus Christi naturis aggressurus, sed erroris tandem convictus, ad catholicam fidem interposito sacramento transiit (c. 12); a qvo tempore episcopi Hispaniæ fidem qvinqve conciliorum oecumenicorum fere in omnibus synodis solemniter profitebantur. A. 634 Græcus qvidam homo in concilio Aurelianensi Monotheletismum magna cum dexteritate defendit, sed a Salvione, episcopo Valenciæ, repulsus, solum vertere jussus est. A. 679 synodus, a Mansveto, ep. Mediolanensi, habita, Monotheletismum damnavit, et fidei suæ professionem Constantino Imperat. misit[3]. Deniqve inter Anglo-Saxones concilium generale Hedtfeldæ a Theodoro, archiep. Cantuar. c. a. 680 celebratum Monotheletismum damnavit, et qvinqve conciliorum universalium dogmata fidei normam proposuit (Bed l. c. IV, 17).

Qvi motus liturgici Anglo-Saxones vexarent, supra allatum est (p. 10—11), neqve opus est fusius de iis disputari.

III.

Qvod autem hisce gravius dicendum est, dogmatici schismatis, qvod ad nostra usqve tempora Græcam ecclesiam hostili in Latinos animo imbuit, initia hoc ævum tulit. Supra (p. 7) indicavimus, canones qvosdam concilii Trullani a. 692 Romano antistiti adeo displicuisse, ut ea promulgari non sineret; eosdemqve canones in not. 25 ad pag. 6—7 subjunximus. Reliqvum est, ut significemus, cur hoc potissimum tempore sacer ordo Græcorum talia sanciret. Per maximam partem seculi septimi Romanæ sedis antistes, dogmaticis Imperatoris Græci edictis cedere coactus, Constantinopolitano antistite, qvem Imperator, qvod secum faceret, tuebatur, dignitate inferior erat. Qvà vero contumeliâ plane singulari hujus ceterorumqve Græcorum sacerdotum insolentia Romanam sedem afficere studebat, qvod ipsius Vitaliani nomen indignum declarabant, qvod in diptychis ecclesiasticis reperiretur, eà in concilio oecumenico VIto ipsi ob rationes politicas afficiebantur (vid. p. 2—3). Igitur vindictam sumere haud diutius morabantur, qvam prudentia svadebat. Namqve Constantinus IV, qvoad vixit, Romanos antistites eximio favore amplectebatur (p. 6—7). Hinc eo demum mortuo, postqvam Justinianus II a. 692 synodum celebrari jussisset, qvæ condendis canonibus suppleret, qvod a binis proximis synodis (a. 553 et a. 680) prætermissum esset (Hard. l. c. III, p. 1646), istos canones cupide sanxierunt. Ne vero qvis dubitet, eos hoc potissimum consilio sancitos esse, ut Romanæ sedis auctoritati qvicqvam detraheretur, qvædam ex VI illis canonibus afferenda sunt. Ita canon 13, qvi coelibis vitæ obligatione clericos qvodammodo liberat, his verbis incipit: *"Qvoniam Romanæ ecclesiæ pro canone traditum esse cognovimus*, ut promovendi ad diaconatum vel presbyteratum, profiteantur, se non amplius suis conjugibus conjungendos; nos antiqvum canonem *Apostolicæ perfectionis* ordinisqve servantes, volumus etc.", et c. 55, qvi jejunio diei sabbati christianis interdicit, ita se habet: *"Qvoniam intelleximus*, in Romanorum civitate, in sanctis Qvadragesimæ jejuniis, ejus sabbatis jejunari præter ecclesiasticam traditam observationem: sanctæ synodo visum est, ut *in Romanorum qvoqve ecclesia inconcusse vires habeat* (ɔ: legis instar valeat) *canon, qvi dicit:* si qvis etc.; Hæc enim singula satis manifeste indicant, patres hujus concilii id potissimum egisse, ut, imperio Justiniani II utentes, Romano antistiti suas leges dogmaticas obtruderent. Qvi id non factum sit, suo loco (p. 7) tradidimus. Qvæ autem hinc oriunda invidia utramqve ecclesiam hostiliter separabat, ea post secula nonnulla controversiæ, qva altera alteram invadebat, causa erat.

Sed non est prætereundum, hoc seculum etiam alia re, inscia tamen utraqve ecclesia, hoc utriusqve ecclesiæ dissidium præparavisse. Qvippe episcopi Visigothorum, ut Arianismum omnibus modis reprimerent, satius ducebant docere, spiritum sanctum haud secus a filio qvam a patre procedere, qvod, qvoties in synodis suis catholicam ecclesiæ fidem profitebantur, toties antiqvis symbolis interserebant[4]. At invidia semel incensa novæ controversiæ ansam hinc sumere potuit. Qvod qvi factum sit, vide pag. 45.

Qvæ hactemus tradidimus, prohibent, qvo minus credamus, litteras in regnis Occidentalibus multum floruisse. Qvod tamen et Britannia et Hispania sedes erat litteraturæ satis admirandæ, ejus singulares causæ erant. Visigothorum reges non ita pauci legibus[5] populum regere qvam armis domare maluerunt, qva re animi hominum ad pacis studia invitabantur. Clerici igitur, qva summa auctoritate instructi erant, ea ad litteras colendas uti et potuerunt, et, si qvid ea efficere vellent, debuerunt. Accedebat, qvod Visigothi, devictæ gentis Romanæ mores et studia mature amplexi, innatam morum ferocitatem litteris studiosius temperaverant. Neqve curiæ Romanæ jugum, qvod nullum erat, discendi docendiqve libertatem coercuit. Anglo-Saxones autem ipsi sedis Romanæ imperio debebant, qvod doctis magistris instruebantur (vid. pag. 10—11). Iidem, ut agris colendis morum immanitatem sensim exuebant, ita aliqvo legum[6] præsidio præditi, litteris incumbere poterant. Ex Hibernia autem non solum pietatis morumqve præceptores ad eos trajiciebant, sed hi disputationibus, cum Romanis magistris institutis, audientium ingenia haud leviter acuebant. Sed quum nullibi de gravioribus rebus ulla esset per hæc tempora controversia, qvæ animos felici cum successu exercuisset, Hispanorum autem doctissimi qviqve viri patrum traditioni plus qvam sobriæ meditationi tribuendum esse censerent, neqve vigerent in iis ideæ aliqvæ gravissimæ, qvæ animos sublime rapuissent, sed infinita vitæ monasticæ admiratio, Mariæ Virginis veneratio et exsecrabile Judaicæ gentis odium; qvid mireris, interpretes sacrorum librorum patrum dicta excerpsisse, nullum autem præter unionis naturarum Christi, virginitatisqve Mariæ dogma diligentius tractatum fuisse, innumeris deniqve scriptis vel fata monachorum vel laudes vitæ asceticæ memoriæ prodita fuisse, ea postremo, qvæ Judæi in divinam Christianæ religionis originem subtilius disputaverant, argutius qvam verius refutata esse.

Scriptores latini.

1. *Paterius*, discipulus Gregorii Magni, Romanæ ecclesiæ notarius: III libri explanationum in obscuriora utriusqve Testamenti loca.
2. *Isidorus Hispalensis*, disc. Gregorii M., vir "in omni locutionum genere formatus, incomparabili eloqventia clarus", qvi archiepiscopi munere 595—636 fungens, conciliis a. 610, 618, 633 strenuus disciplinæ ecclesiasticæ restaurator interERAT. Opus ejus gravissimum est
   1. *originum s. etymologiarum libri XX*, qvod præter vocum etymologias, eas tamen non semper veras, terminos ac notiones, ad historiam, rhetoricem et Grammaticem pertinentes, sedulo explicat, neqve non dialecticem et philosophiæ introductionem tradit.
   2. *scripta historica* hæc sunt: chronicon, Gothorum, Vandalorum, Svevorum historia, de scriptoribus ecclesiasticis, de ortu et obitu patrum.
   3. *scripta ascetica et liturgica:* regula monachorum, de contemtu mundi, de ecclesiasticis officiis.
   4. — *dogmatica:* sententiarum libri III.
   5. — *polemica:* contra neqvitiam Judæorum. . . . . . . † 636.
3. *Ildefonsus*, Toletanus archiepiscopus, discip. Isidori, Virginitatis Mariæ acer defensor et vindex:
   1. de cognitione baptismi.
   2. de scriptoribus ecclesiasticis librum Isidori continuavit.
   3. sermones. . . . . . † 667.
4. *Marculphus*, monachus Parisiensis:
   Formularum ecclesiasticarum libr. II.
5. *Elegius* Lemoviascensis, ex aurifabro episcop. Noviomensis, Flandrorum, apostolus vocatus:
   de rectitudine catholicæ conversationis.
6. *Theodorus*, Cilix et qvidem Tharsensis, annos 66 natus Romà a Vitaliano Cantuarium archiepiscopus missus, hoc munere per annos 21 dextre fungebatur. Idem magnam librorum Græcorum latinorumqve copiam secum attulit, et de Anglo-Saxonibus instituendis admodum merebatur. † 690.
   liber poenitentialis.
7. *Aldhelmus*, Anglus, Inæ regis nepos, magnus asceseos laudator:
   1. de laude virginitatis.
   2. de octo principalibus vitiis.
   3. de vita monachorum.
   4. ænigmatum versus mille, et alia carmina.
8. *Julianus*, *Pomerius* vulgo sed non recte nominatus, Hispanus stirpe Judaica sed parentibus chnis, Toletanæ sedis archiepiscopus:
   1. Prognosticon futuri seculi.
   2. de Christi adventu, s. demonstratio sextæ ætatis libri III, adversus Judæos.
9. *Flavius Cresconius Corippus*, ep. Afric. c. a. 690:
   1. concordia canonum.
   2. breviarum (ɔ: tituli) canonum.

Reges

Wisigothorum.

Wittericbus	603—10.
Gundemarus	610—12.
Sisebutus	612—20.
Reccaredus II	621.
Suintilla	621—31.
Sisenandus	631—36.
Chintila	636—40.
Tulga	640—42.
Chindaswinthus	642—49.
Reccesvinthus	649—72.
Wamba	672—80.
Ervigius	680—87.
Egicanes	687—701.
Wittiza	698—710.
Roderichus	710—11.

Longobardorum.

Agilulfus	591—615.
Adelwaldus	615—25.
Ariowaldus	625—36.
Rotharius	636—52.
Rodovaldus	652—53.
Aripertus I	653—63.
Pertarius & Gundepertus	663—64.
Grimoaldus	664—71.
Garipaldus	671—72.
Pertarius	672—80.
Kunipertus	680—702.
Lindepertus	702.
Ragunpertus	702.
Aripertus II	702—12.
Luitprandus	712—743.

Francorum.

Clotharius II, † 628.

Dagobertus, † 638. Harbertus, † 630.

Ludovicus II, † 656. Sigebertus III, † 656.

Clotharius III, † 670. Childericus II, † 678. Theodor. III, † 691. Dagobertus II, † 678.

Ludovicus. Chilpericus II, † 720. Ludovic. III, † 695. Hildebert., † 711. Theodorichus, † 737.

Childericus III, † 752. Dagobertus III, † 715.

Concilia*)

Græca & Italica:

Romanum	a. 610.
Constantinop.,	a. 639.
Romanum,	a. 640.
Constantinop.,	a. 640.
Romanum [1],	a. 648.
Lateranense,	a. 649.
Thessalonicense [2],	a. 649.
Mediolanense [3],	a. 679.
Romanum,	a. 680.
Constantinopolit. s. oecumenicum VI.,	a. 680.
Constantinopol. s. qvini-sextum s. Trullanum,	a. 692.
Aqvilejense [4],	a. 698.
Romanum [5],	a. 705.
Constantinopolit. [6],	a. 712.
Romanum [7],	a. 721.

Hispanica:

Toletanum	a. 610.
Hispalense II,	a. 619.
Toletanum IV,	a. 633.
Toletanum V,	a. 636.
Toletanum VI,	a. 638.
Toletanum VII,	a. 646.
Toletanum VIII,	a. 653.
Toletanum IX,	a. 655.
Toletanum X,	a. 656.
Emeritense,	a. 666.
Toletanum XI,	a. 673.
Bracarense III,	a. 675.
Toletanum XII,	a. 681.
Toletanum XIII, a.	a. 683.
Toletanum XIV,	a. 684.
Toletanum XV,	a. 688.
Cæsaraugustanum III,	a. 691.
Toletanum XVI,	a. 693.
Toletanum XVII,	a. 694.

Gallica:

Cabilonense [8],	a. 603.
Parisiense,	a. 615.
Incerti loci,	c. a. 615.
Rhemense,	a. 625.
Matisconense [9],	a. 627.
Aurelianense,	a. 634.
Parisiense [10],	a. 638.
Cabilonense II [11],	a. 649.
Augustudunense	a. 670.
Villaregiense [12],	a. 685.

Britannica:

Cantuariense [13],	a. 605
Londinense [14],	a. 605.
Pharense,	a. 664.
Herudfordiense [15],	a. 673
Hedtfeldense [16],	a. 679
Northumbrense [17],	a. 680.
Baccanceldense [18],	a. 694
Berghamstedense [19],	a. 697.
Cantuariense [20],	a. 701.
Mercianum [21],	a. 705.
Niddense [22],	a. 705

II.

Ævum Bonifacii.

726—68.

Politicum regnorum statum paucis ante perstringamus, qvam sacram hujus ævi historiam enarremus. Græco imperio Leo III et Constantinus V, duumviri bellica fortitudine insignes, non sine magna laude præerant, sed vires eorum, intestinis populi motibus attritæ, neqve Longobardorum opibus neqve Arabum fortunæ resistere poterant. — Saraceni ditionem suam longe lateqve extendebant, neqve solum in Oriente sed etiam in mediam Franciam, sed tamen, virtute Caroli Martelli magna strage fusi, citra juga Pyrenæorum montium subsidebant. Ac postea Abdilrahman, ex genere Ommiadum, regnum Hispaniæ, Chaliphis ereptum, sibi suisqve acqvisivit. — In Francia "gens Merovingorum . . . . . jamdudum nullius vigoris erat, nec qvicqvam in se clarum præter inane regis vocabulum præferebat. Nam et opes et potentia regni penes Palatii præfectos, qvi Majores domus dicebantur, et ad qvos summa imperii pertinebat, tenebantur" (Eginhard. vita Car. M. cap. 1.). Horum Carolus Martellus (714—41), invictæ gentis Saracenorum victor, clarissimus erat. Qvi moribundus regni administrationem binis filiis, Pipino et Carlomanno, commisit, qvorum tamen posterior a. 747 regno se, ut monachus fieret, abdicavit, prior vero, Childerico III, ultimo gentis Merovingorum rege, in monasterium detruso, regis titulo et honore ornatus, Franciam a. 752—68 multis præclare gestis insignis regnabat. — In Germania plurimi populi feroces, ut Frisii, Saxones, Hassii, Thuringi, Alemanni, Bavari, Hunni et Slavi, suis qvisqve legibus obtemperantes degebant. — Lombardiæ regnum per Luitprandum, 713—43, summum potentiæ fastigium attigit. Sed Rachis (743—49), mitior qvam fortior natura factus, post qvinqve annorum regimen monasticæ vitæ se devovit; Aistulfus vero (749—56) et Desiderius opibus Pipini, Romanis succurrentis, impares, interitum regni parabant. — In Britannia regna Northamhumbrorum, Merciorum et Occidentalium Saxonum reliqva subegerant, sed ipsa freqventibus procerum inter se contentionibus et novarum rerum studiis concutiebantur[23]. —

Qvod ad sacram, qvæ seqvitur, hujus ævi historiam attinet, hunc ordinem instituendum esse putavi. Primum Orientalis ecclesiæ, præcipue vero litis iconoclasticæ historiam enarrabo (p. 26—27), deinde fusius exponam, qvi Romanus pontifex magnam in Italia potestatem maxime ob hujus litis eventa consecutus sit (p. 28—29), et huic disqvisitioni adjungam, qva ratione Romana hierarchia extra fines Italiæ, cum multis gentibus ad fidem Romanam conversis, tum sedis Romanæ reverentia per Bonifacium late disseminata, magna incrementa caperet (p. 30—31). Qvæ eadem quum ecclesiasticis Occidentis motibus aliqvanto confirmarentur, horum historiam in seqventi tabula (p. 32—33) tradam. Tum demum sacri ordinis monachorumqve rationes enarrabo (p. 34—37), siqvidem eæ juste examinari neqveant, nisi hierarchiæ Romanæ ratio perspecta fuerit. Omnium postremus eruditionis litterarumqve status paucis indicabitur, qvandoqvidem hic nullam neqve litem neqve dogma neqve schisma neqve alium qvendam eventum ecclesiasticum, cujus historiæ præmitteretur, genuerit, ipse vero, mores totius ævi referens, præcedentium omnium imaginem qvandam præbere possit.

Hoc ordine hujus ævi eventa traditurus, spero pragmaticæ historiæ rationibus satis consultum iri. Qvod autem huic ævo Bonifacii nomen præfixi, nulla excusatione eget, qvoniam pleraqve hoc auctore facta sunt.

Qvæ in Græcis sarcerdotibus et monachis in lite Monotheletica invaluerat immoderata et plane fanatica audacia imperatorum in rebus sacris edictis resistendi, hæc eadem per hoc ævum ferre non potuit, imperatores cum sanioris mentis clericis qvibusdam populo cultu imaginum, tot seculorum auctoritate commendato, interdicere, eundemqve inter impie facta referre; sed, qvoad fieri potuit, scriptis et factis his se opposuit. Qvæ autem ultra trina secula vigebat, et controversiis Monotheleticis valde confirmata erat, disputandi ratio, argumenta sua non tam ex rei ipsius, qvam defenderet, natura depromens, qvam conseqventiis, ex mysteriorum dogmatibus per ambages deductis, fingere solita, ea concitatos animos magis incendit. Accedebat mira superstitionum omnis generis admiratio, qvæ, qvod per proxima tria secula viri docti mysteria perscrutari qvam naturæ physicæ et moralis leges ac rationes indagare maluerant, radices ita altos egerat, ut gravissima religionis pars haberetur. Has autem imagines acriter tuendi rationes mirifice auxit multa multorum religio, fore, ut, sublato cultu imaginum, duplicem naturam Christi homines profiteri desinerent, atqve sic hæresis Nestoriana

Lis iconoclastica.

726—29. Certum est, Leonem III imperatorem a. 726 legem in imagines tulisse, incertum vero, et qvid in ea vetuerit, et qvid eam promulgando secutus fuerit. Quum autem testatissimum sit, Judæos et Muhamedanos christianos ob cultum imaginum idololatriæ arguere solitos fuisse[2], probabile est, Leonem lege sua hanc illis criminandi rationem præscindere voluisse. Hinc autem ei non opus fuit, ut omnem imaginum usum vetaret, modo populo impio earum cultu interdiceret. Qvod vero recentiores scriptores tradiderunt, Judæos aut Muhamedanos qvosdam Leoni, ut illam legem promulgaret, persvasisse, id omni caret testimonio externo, fide digno, neqve internis rationibus commendatur[3]. Potius affirmaverim, Leonem, consiliis doctorum qvorundam sacerdotum permotum, id sanxisse. Constat enim, Theodosium, metrop. Ephes., Constantinum Nakolensem et Thomam Claudiopolitanum, triumviros, statim post legem hanc promulgatam imaginum cultui infestissimos fuisse[4]. Sed nihil impedit, qvo minus statuamus, ipsum Leonem cultus imaginum impietatem perspexisse. Hic enim, vir bellica virtute insignis, liberius de rebus fidei cogitare potuit, et vere cogitavit. Namqve in epistola qvadam, ad Gregorium II, antistitem Romanum data, argumentis, si non optimis, at satis bonis usus est, probaturus, iconolatras res manibus factas impie colere, se autem exemplo regis Judæorum, qvi æneum serpentem e templa abstulerat, excusatum esse[5].

Promulgato edicto Leonis, Germanus, patr. Const., litteris ad Johannem, metropolitam Synnadæ, Constantinum, episc. Nacoliæ, et Thomam, episc. Claudiopoleos, datis, omnem lapidem movit, ut cultum imaginum cum omni impietatis specie liberaret, tum miraculorum, per eas factorum, mentione commendaret. Ac vere vulgus, qvem monachi et sacerdotes concitabant, imaginum reverentia ita coeca imbutus erat, ut in Græcia, duce Kosma qvodam, qvi imperii potiri volebat, in Leonem Imp. insurgeret; ipse tamen magna clade afficiebatur.

730—31. Jam vero Leo III altero edicto (a. 730) præcepit, ut imagines e templis tollerentur atqve adeo igne delerentur, pro Germano, qvi patriarchatu se abdicavit, Anastatium qvendam sacro ordini Const. præfecit, et, orta in plebe maxime per mulieres et monachos seditione, immorigeros armis vindicavit. Sed prohibere non potuit, ne Græci scriptores, qvi extra imperii sui fines degebant, præcipue vero Johannes Damascenus, imagines supra modum celebrantes, summum ipsi odium populi pararent. In Italicis autem provinciis Gregorius II, postqvam, binis ad Leonem datis epistolis, animum ejus non mutavisset, Imperatorem hæreticum publice pronuntiavit, seditionem tamen populi, Græcum imperium non ferentis, consilio suo compescens.

732—41. At Gregorius III omnibus, qvibus poterat, modis edicto Leonis resistebat. Bis enim legatum Constantinopolim misit, qvi "scripta commonitoria" Imperatori nomine ipsius traderet; deinde synodum Romæ a. 732 habuit, in qva, qvicunqve "adversus sacrarum imaginum venerationem contemnens exstiterit depositor, atqve destructor, et prophanator vel blasphemus", hunc anathematis poenà afficiendum esse sanciebat; postremo plures, qvam antea, imagines in templis erigi jussit. Leo autem legatum illum captivum per annum retinuit, et magnam classem apparavit, qva in Italiam appellere constituit. Sed hæc naufragium ante fecit, qvam in littora Italiæ appulerat; et Leo ipse eodem, qvo Gregorius III, anno diem obiit supremum († 741).

741—43. Morte Leonis Constantinus V imperiale thronum conscendit. Sed Artabasdus, affinis ejus, plebi, qvæ imagines venerabatur, persvasit, ut se imperatorem crearent. Itaqve Constantinus V non ante Constantinopolim a. 743 vi expugnatam a toto populo imperator salutatus est, ante qvod tempus plurimæ imagines restituebantur.

743—51. Sed hoc tempore Constantinus V, qvas in ædibus sacris imagines detexisset, eas foras projici jussit; quumqve multos homines ad suos partes traduxisset, undecimo anno post (a. 754) concilium VIImum oecumenicum[7] Constantinopoli coegit, cui intererant episcopi munero 338, præsidentibus Theodosio Ephesino et Sisimio Pergensi; qvo in concilio patres, postqvam "scelestum et impium" studium imaginum esse tam ex bibliorum effatis (ut Exod. 20, 4, Rom. 1, 23, Joh. 4, 24) et patrum (ut Eusebii, Athanasii, Basilii, Epiphanii, Chrysostomi aliorumqve) suffragiis, qvam ratiociniis metaphysices docuissent, triumviris iconolatris, Germano Const., Johanne Damascen. et Georgio Cyprio, anathemate damnatis, imagines "*construi* aut *adorari* aut in ecclesia vel domo privata *statui* aut *occultari*" vetuerunt; Sanctorum vero venerationem nihilo tamen secius graviter imperarunt[9].

754—66. Hanc synodi sententiam primum patriarcha Constant., de suggestu sacramento interposito imaginum se studiosum esse negans, suam esse professus est, ejusqve exemplum secuti patriarchatus hujus episcopi longe plurimi. Sed ei assentiri recusabant patriarchæ Hierosol., Alexandr. et Antioch., monachorumqve ingens multitudo, qvæ populum ubivis locorum imperatori infestissimum reddere conabatur. Qvos quum Constantinus variis poenis afficeret, martyres multi facti sunt, qvos inter eminent *Andreas* qvidam, *Stephanus* et *Petrus* Stylites.

767. Interea vero Constantinus, ut Latinis suam de imaginibus sententiam persvaderet, legatos ad Pipinum, regem Franciæ, misit, qvi synodum Gentiliacensem de ea re habuit. De hac autem synodo in proximi ævi historia sermo erit. —

aut Eutychiana restitueretur [1]. Qvibus omnibus fanatica illa contumacia magnopere aucta est; qvam æqve ferens imperatoria factio non solum cultum imaginum arcere, sed ipsas imagines funditus abolere conabatur; hisce vero modis de impietate ipsius cultus secus censentibus neutiqvam persvaderi poterat. Postqvam igitur imperatores, ob edicta violata vi et armis furere coepissent, omnium animi summo in eos odio inflammabantur. Qvod qvidem dictis et scriptis tanto audacius disseminabant, qvanto tutius plurimi ipsorum, sub Muhamedanorum tutela viventes, minas Græci imperatoris susqve deqve habere possent. Melchitæ enim (— qvo nomine commode indicantur Chalcedonitæ partes imperatorum strenue plerumqve secuti —) quum ob cultum imaginum vetitum indies majori numero ab imperatore desciscerent, Muhamedanorum fidei se committere non dubitabant, et ab his benigne excipiebantur. Inter tot autem clamores Musæ silebant. Qvicqvid vero studii litterarum florebat, id tuendis imaginibus qvam litteris bonisqve adjuvandis artibus magis impendebatur.

Scriptores Græci.

Germanus, patriarcha Const. a. 715 factus, post annos qvindecim ob contumaciam, qvâ Cæsareis decretis parere nolebat, sede sua motus est. † 740:

1. epistolæ tres, supra laudatæ;
2. tractatus de sex synodis oecumenicis;
3. apologia pro Gregorio Nysseno, ejusqve scriptis, Origenismi perperam insimulatis.

Cosmas, Hierosolymitanus, ut aliqvi volunt, Hagiopolites dictus, Italiâ oriundus erat, sed a Saracenis prædonibus captus Damascum abductus est, et Johanni Damasceno, adhuc juveni præceptor datus. Tandem episcopus Majumæ factus est. Scripsit:

1. hymnos XIII in præcipuas anni festivitates, ea arte compositos, ut initiales litteræ omnium sententiarum, qvibus unusqvisqve hymnus constabat, in unum collectæ, sententiam qvandam breviusculam hymno præfixam efformarent [10].
2. asmatici canones, ex qvibus triodium in Officio Græcorum sacro a Septuagesima ad Sabbatum sanctum recitari solet.

Johannes, *Damascenus* a patria, ab eloqventia Chrysorrhoas dictus, patrem habuit Sergium, qvi Saracenorum Caliphæ a secretioribus erat consiliis, cujus locum ipse postea obtinuit. Sed vitam aulicam pertæsus, cum Cosma, magistro suo, Hierosolymam abiit, atqve inde monachus in S. Sabæ Lauram secessit. At ægre tantum a monachis, doctrinæ ejus invidentibus, veniam scribendi impetravit. Scripta, qvæ per X fere annos (730 — 40) divulgabat innumera, argumenti sunt

a) *exegetici:* v. c. excerpta compendiaria ex interpret. Joh. Chrysostomi.
b) *philosophici:* 1. capita philosophica;
   2. scholia in categorias Aristotelis.
c) *polemici:* v. c. orationes apologeticæ III de imaginibus; qvibus addi debent reliqva ad cultum Mariæ defendendum scripta, ut de nativitate Deiparæ orationes III, de dormitione s. assumtione Mariæ orationes II cetqve.
d) *apologetici:* adversus Nestorianos, Acephalos, Manichæos et Saracenos.
e) *dogmatici:* 1. accurata expositio orthodoxæ fidei;
   2. sancta parallela;

sed eorum primum et secundum genus propriæ meditationis parum habet, tertium ineptissimis nugis refertum est, qvartum levioris momenti argumenta continet, qvintum vero ob id ipsum gravissimum est, qvod per plura secula nulla præter hanc dogmatice inter Græcos edebatur. At fatendum est, eximiam ejus philosophiæ et mathematicarum disciplinarum, scientiam et non vulgarem theologiæ peritiam summa laude digna esse.

Christiani inter Muhamedanos degentes.

Muhamedani, qva olim Chnos æqvitate amplexi fuerant (v. p. 3 et 5), eandem iis hoc etiam tempore præbebant. *Jacobitæ* tamen in Ægypto degentes, qvibus præerant patriarchæ *Theodorus* (a. 724—40) et *Chail* (a. 740 — 62), non semel magnam solvere pecuniam jubebantur, et passim qvoqve injuriis afficiebantur. — *Melchitæ* autem, qvorum sors ante hoc tempus tristissima fuerat, pecunia a præfecto Saraceno veniam impetrabant patriarcham sibi præficiendi, atqve ædes nonnullas sacras, a Jacobitis occupatas, recuperandi. — Monophysitæ, in Asiæ tractibus degentes, haud minori Mahamedanorum præsidio gaudebant. Inter hos vero, de patriarcha eligendo certantes, schisma aliqvod a. 744 oriebatur, qvod tamen brevi post compositum est [11].

Judæis,

Chnos idololatriæ postulantibus, objici solebat, regnum Israeliticum dudum, ut in vaticiniis erat, interiisse. Hinc sine dubio orta est fabula, ad medium seculum octavum pertinens, Principem qvendam gentilem regni Cosar, postqvam, somnio admonitus, ut meliorem religionem amplecteretur, colloqvium cum Saraceno, homine christiano et Judæo doctore instituisset, persvasisse sibi, Judaicam religionem reliqvis omnibus præferendam esse, et cum ipsum tum plures qvam centies centena millia subditorum circumcidendos curavisse [12]. Ceterum Judæi majori etiam qvam Chni favore Chalipharum ornabantur; in qva rerum suarum felicitate litteris admodum vacabant, cujus rei testimonio sunt scholæ qvædam, hoc tempore florentes, et Rabbini nonnulli magna laude celebres. —

Qvis fuerit Romanæ

1. Romæ.

Gregorius II (715—32), "natione *Romanus*", "a parva ætate in patriarchio nutritus", leges ecclesiasticas maxime de coelibatu plurimas tulit, et muros Romæ ex parte restauravit. (Anastat. in vita ej. p. 154—58).

Gregorius III (732—41), "natione *Syrus*", in litteris bene versatus et liberalitate in pauperes insignis, a Romanis non electus, sed, vi coactus ad munus pontificis suscipiendum [1]. Hic nova monasteria exstruxit, collapsa restauravit et prædiis donavit (Anast. p. 158—161).

Zacharias (741—52), "natione *Græcus*, vir mitissimus atqve svavis, omniqve bonitate ornatus, amator cleri et omnis populi Romani, tardus ad irascendum et velox ad miserandum" (Anast.), Romanis carissimus erat.

Stephanus II [2] (752—57), "natione *Romanus*, qvatuor in Romana urbe sita xenodoxia restauravit, et foris muros Romæ ipse duo fecit xenodoxia, basilicam S. Laurentii et tegumen coemeterii S. Sotheris restauravit". Ægrotante eo, *Romani in duas factiones discedebant*, qvarum altera Theophylactum, archidiaconum, pontificem designavit, altera, "qvoniam validior et fortior erat" (Anastat. p. 173),

Paulum I, (757—67) germanum Stephani II fratrem, pontificem tandem creavit. Hic "magnam sollicitudinis curam erga S. S. Coemeteria indesinenter gerebat". Etiam monasterium, in honorem S. Stephani Papæ et Sylvestri Papæ confessoris, et "ecclesiam in via sacra", in honorem Petri et Pauli, apostolorum, exstruxit. (Anast. p. 162—173). Qvam vero Romæ omnia misere et turbulenter agerentur, ipsum Pauli de his utrisqve "constitutum" aperte testatur. In hoc enim gravissimis verbis interdicit, ne qvis "magnæ parvæqve personæ, cujuscumqve sit honoris præditus dignitate, ex iisdem locis vel possessionibus, atqve rebus et facultatibus, familiis etiam et peculiis qvicqvam auferat aut qvoqvo modo alienet" (Hard. l. c. p. 1999—2002).

At *anarchiæ*, qva Romani laborabant, apertissima documenta schismatis a. 768 historia exhibet. Quum enim Paulus I nondum exspiravisset, Toto, dux Nepesinæ civitatis, cum exercitu et caterva rusticorum Romam ingressus, *Constantinum*, fratrem suum, licet laicum, pontificem constituit. Sed Christophorus, qvi primicerius [3] erat, et Sergius, filius ejus, sacellarius [4], non sine fraude [5] Romà egressi, opem ducis Spoletini implorarunt; et copiis ejus, consentiente Desiderio, rege Longobardorum, cujus hic vasallus erat, instructi, Romam vi adorti sunt, et, trucidato Totone, quum Philippus monachus, qvem Waldipertus, presbyter Longobardus, in medio tumultu pontificem creaverat, munere se abdicavisset, magnum Romanorum omnis generis coetum coegerunt, in qvo *Stephanus* III [6] pontifex electus est. Qvo facto crudelissime in *Constantinum* [7], Passivum [8], fratrem Totonis, Theodorum [9], episcopum, qvi, vi coactus Constantinum ordinarat, sæviebant.

2. cum imperatoribus Græcis.

Gregorius II, qvæ ejus erat prudentia, ditioni Græci imperatoris, nomine magis qvam re ipsi molesta, palam se haud substraxit. Qvod si fecisset, ut sibi summa majestatis jura vindicaret, haud dubie in procerum urbis Romæ, imperii cupidorum, invidiam incurreret, et, si vel eam effugere aut vincere potuisset, molestissimæ ferocis gentis Longobardorum potestati procul dubio succumberet. Itaqve Gregorius multa in commodum Græci imperatoris egit. Johannem, Græcum ducem Neapolis, quum Longobardi Cumanum urbem cepissent, neqve monitis Gregorii, ut eam redderent exhortantis, paruissent, pecuniam (LXX auri libras) promisit et vere dedit, qvo hic, copiis paratis, hanc urbem reciperet. Quum Tiberius, cognomine Petasius, ut summæ rerum in Italia potiretur, novas res in Leonem Imp. movisset, et Exarcha de eo vincendo desperaret, Gregorius hunc ita adjuvabat, ut capti Tiberii caput abscissum Constantinopolim mittere posset (Anastat. lib. pontificialis in Muratori. rer. italicar. script. Tom. III P. I p. 157). Sic etiam in media lite iconoclastica, quum Itali ob insidias, qvas vitæ pontificis Imperatorem struere putabant, "consilium inissent, ut sibi eligerent Imperatorem", Gregorius "tale consilium compescuit" (Anast. l. c. p. 156), et postea eos, quum se ipsi addictissimos profiterentur, "ne desisterent ab amore, vel fide Romani Imperii ammonebat" (Anast. p. 157). Deniqve Ursum, ducem Venetiarum gravissimis verbis admonuit, ut Ravennam urbem, qvam Longobardi expugnaverant, iterum in Græci imperatoris potestatem redigeret. Et in hac ipsa epistola commonitoria suum in Græcum Imperatorem obseqvium multis testatus est [10]. Qvæ quum ita se habeant, nulla fides haberi potest Theophani [11], Glycæ [12], Zonoræ [13] et Cedreno [14], scriptoribus Græcis, narrantibus, Gregorium omnem Italiam ditioni Græci Imperatoris subduxisse, et, ne tributa ei solverentur, vetuisse. Neqve Anastatio (l. c. pag. 156) fides habenda esse videtur affirmanti, Leonem Imp. vitæ Gregorii insidias clam paravisse; earum enim nullæ a Græcis scriptoribus, famam hujus Imperatoris lædere amantium, mentio facta est.

Sed ab altera parte Gregorius, hæresin Leonis damnans, missis litteris omnes ubiqve chnos monuit, ut a tanta impietate sibi caverent (Anast. l. c. p. 156); qvibus fieri non potuit, qvin Itali summa in imperatorem invidia implerentur; quumqve hi Paulum Exarcham munere suo deturbarent, et "sibi Duces eligerent", Gregorius, qvanqvam novum eligi imperatorem improbabat, tamen seditiosos hos motus minime reprehendit. Atqvi quum omnis populus (—"magni cum parvis" (Anast.)—), metu necis pontificis commotus, novum Exarcham profligasset, et, sacramento interposito, affirmasset, "nunqvam Pontificem, chnæ fidei zelotem, et Ecclesiarum defensorem se permittere noceri aut amoveri" sed paratos se esse "pro ejus salute mori", idem Gregorius, "gratias populi referens pro mentis proposito, blando omnes sermone, ut . . . . *in fide* (sc. qvam sibi jam præstiterant,) persisterent, rogabat". Qvæ omnia satis superqve probant, Gregorium voluisse dominum *esse* sed non *videri*.

Ac vere dominium Leonis Imp. exiguum erat. De civili imperio ejus paulo post dicetur. In iis autem epistolis, qvas de cultu imaginum Gregorius Leoni Imp. dabat, modo maxime insolenti ipsi objicit, qvod Longobardi Romà tenus incursiones faciebant [15]. Et minitanti Leoni, se Gregorium captivum ablaturum esse, hæc dicit: "Scire autem debes ac pro certo habere, pontifices, qvi pro tempore Romanæ [16] exstiterint, *conciliandi pacis causa* sedere, tanqvam parietem intergerinum, septumqve medianum orientis et occidentis, ac *pacis arbitros*, et moderatores esse"; qvæ manifeste produnt, potuisse Gregorium, si hoc satius duxisset, Italiæ regnum Longobardis committere. Qvæ vero verba seqvuntur: "qvod si hoc velis experiri, plane parati sunt occidentales ulcisci etiam orientales, qvos injuriis affecisti [17]", ea non minus aperte indicant, qvam potuisset Gregorius facillime, mota seditione populi, Græci imperii jugum, modo hoc satius duxisset, excutere.

Gregorius III, pontifex tumultuose factus, ab Exarcha confirmatus est. Itaqve Græco se imperio obnoxium esse declaravit. Hic vero, in lite iconoclastica temere agens (vid. p. 26 [18]) in tantum Leonis Imp. odium incurrit, ut hic eum "patrimoniis Petri et Pauli" (ɔ: reditibus, qvibus ecclesia Romana prædita erat) "in Sicilia Calabria et Apulia [19]" privaret, et has provincias cum Illyricis tractibus ejus patriarchatui subtraheret, neqve non classem pararet, qvà Romam expugnare vellet. Ac sine dubio Gregorius temeritatis suæ poenas dedisset, nisi hæc classis naufragium fecisset, et Leo Imp. eodem, qvo ipse, anno mortuus esset. Nunc autem neutra pars cum altera contendendum esse censuit. Namqve *Zacharias* Artabasdi (vid. p. 26) partes secutus esse videtur [20]. Qvo non sine magna difficultate superato, Constantinus V gratiam Zachariæ inire necessarium duxit. Itaqve et legatum Zachariæ, qvem hic ad Artabasdum miserat, honorificentissime dimisit, et petenti pontifici "duas", qvæ publici juris erant, "mansus, Nymphas et Normias", dono dedit. Pontifex autem, naturà pacis studiosus et hostibus in Italia cinctus, iræ suæ de imaginibus a Constantino confractis temperavit, ipse tamen Romæ "tam orarium B. Silvestri qvam et porticum imaginibus decorans". (Anastat. l. c. p. 163) [21]. Et Græco qvidem imperio nonnihil potestatis detraxit, qvod Italis, a Longobardis oppressis, eam pacis tranqvillitatem suis moribus parabat, qvam duces Græci imperatoris armis haud potuerant præstare; de qvo vide colum, 3. Ita vero populus sensim imperatorem Græcum flocci habere insvescebat, et omnem salutem suam non a Duce Romæ, neqve ab Exarcha Ravennæ, sed ab ipso pontifice exspectare. Sub *Stephano II* Græcum imperium, verbis qvidem vindicabatur [22], at *re* nullum erat; et sub *Paulo I* Romanorum procerum suæ qvisqve potestati consulebat, nemo Imperatoris dictis audiens erat. Itaqve quum hic Exarchatum aggredi pararet, Paulus cum Romanis adversus eum propinqvi hostis Desiderii fidem implorare qvam ei se submittere malebat (cod. Carolin. ep. 34) [23]. Qvam vero imperium ejus Romæ plane nullum esset, schisma a. 767—68 manifeste indicat.

h i e r a r c h i æ r a t i o

3. cum regibus Longobardorum et principibus Francorum.

Gregorius II pari in Longobardos prudentia usus est. Primum enim imaginibus tuendis tanta Longobardorum gentem sui, "pro vera fide et cultorum salute certantis", studio et amore imbuit, ut hi non minus, qvam reliqvi Itali, parati essent ad sangvinem "pro defensione ejus" profundendum (Anast. l. c. p. 157). Deinde Luitprandus, rex eorum, bene intelligens, opus sibi esse fide pontificis, qvâ Græcam partem Italiæ in suam potestatem redigeret, opum ejus augendarum studiosum se simulabat; qva de re non solum ecclesiasticas leges Gregorii suis legibus inseruit, sed etiam episcopo Fori Julii pallium a Gregorio expetivit, Sutriense deniqve castellum, a se per dimidium fere anni obsessum, rogatu pontificis "donationem BB. Apostolis Petro et Paulo" (Anast.) reddidit. Neqve Gregorius commisit, ut *patriarchalia in ecclesia Longobardica jura*, qvibus Romani antistites per secula orbati fuerant, at nunc præditi erant, non insigni modo rata redderentur. Nam quum archiepiscopus ille Aqvilejensis[24] archiepiscopum Gradonis urbis, in Græca ditione sitæ, sibi submittere vellet, Gregorius neqve hoc fieri passus est, et graviter eum monuit, ut sibi ob pallii donum morem gereret. Postea qvoqve a Luitprando impetravit, ut hic e foederis, qvod cum Exarcha in se inierat, communione excederet, et ipsum largis muneribus donaret (Anast. l. c.)[25]. Sed tantum abfuit, ut Luitprandi consiliis Italiam subigendi consuleret, ut hunc iis potius tractibus, qvos invadebat, spoliaret (vid. pag. 28, column. 2).

Gregorius III simili favore Luitprandi usqve ad. a. 739 gaudebat. Etenim major erat et Longobardorum in Romanum antistitem, utpote strenuum fidei defensorem, reverentia, major etiam ipsius Luitprandi Italiam subigendi voluntas, qvam ut hic Constantini Vti copias contra eum adjuvaret. Sed hoc anno ipsa pontificis temeritas Luitprandum ad bellum ei inferendum provocavit. Hic enim et Thrasimundum[26], ducem Spoletinum, in Luitprandum rebellem, tuebatur, et cum Godoschalco, duce Benevent. Luitprandi adversario, foedus iniit. Qva re lacessitus, Luitprandus qvatuor ducatus Romani urbes cepit, et, sedatis in regno suo civilibus qvibusdam tumultibus, ad ipsam urbem Romam propius accessit. Ac sine dubio de Romani antistitis potestate actum fuisset[27], nisi Gregorius subito mortuus fuisset, eiqve successisset

Zacharias, vir morum comitate amandus. Hic enim illico rogando iram Luitprandi sedavit, et, quum opem ei ad debellandum Thrasimundum ducem tulisset, tum IV illas urbes redditas obtinuit, tum plura patrimonia, qvæ per longius temporis spatium ablata fuerant, recepit, et pacem XX annorum pro duce Romano cum Luitprando pepigit[28]. Neqve hoc solum Zachariæ debebatur. Etenim Luitprandus eum ragavit, ut antistitem Consignensem ordinaret, qva petitione iterum *patriarchalia in regno Longobardorum jura sedi Romanæ reddita sunt*. In ipsa autem consecratione Zacharias "tanta orationis dulcedine" preces fudit, ut animi præsentium Longobardorum svavissime permulcerentur[29]. Ipsum vero Luitprandum Pontifex eodem die "ad prandium" sui amantissimum reddidit. Qva qvidem regis in se voluntate postea, quum hic Ravennensem agrum opprimeret, ita usus est, ut hanc urbem ab imminente calamitate prorsus liberaret. Defuncto Luitprando, quum Rachis "civitatem Perusinam" obsideret, Zacharias, ad eum profectus, et hanc urbem obsidione liberavit, et ipsi Rachi persuasit, ut Romæ se "cum uxore et filiis monachico habitu indueret" (Anast. l. c. p. 164). Neqve Aistulfus Italos, qvoad Zacharias vixit, bello persecutus est.

Interea vero qvædam acta erant, qvæ pontificibus Romanis *singulare Francorum principis præsidium* comparabant. Jam Gregorius II fidem Caroli Martelli in Longobardos imploravit[30], sed hic votis ejus haud satisfecit[31]. Gregorius III, quum a Longobardis graviter affligeretur, neqve a Græco imperatore, qvem infestum sibi haberet, aliqvod subsidium exspectare posset, binas ad eundem Carolum litteras dedit[32], in qvibus et miseram conditionem suam vivis coloribus descripsit, et mentitus negavit, duces illos Spoleti et Beneventi, qvos tuebatur, qvicqvam sceleris in Luitprandum commisisse, deniqve Carolo, cui "claves confessionis B. Petri"[33] misit, "coelestia regna" ea lege promisit, ut qvam celerrime Longobardos "repelleret". Neqve tamen Carolus, qvi brevi post moriebatur, expeditionem aliqvam in Longobardos suscepit. *Zachariæ* non opus erat ad alienum præsidium confugere, siqvidem tanta ipse inter Longobardos auctoritate gaudebat. Verum hic successori suo Francorum subsidium eo parabat, qvod legationi[34] Pipini a. 752[35] respondit: "melius esse, eum (ɔ: Pipinum) regem vocari, qvi potestatem haberet, qvam illum, qvi sine regali potestate manebat, ut non conturbaretur ordo"[36]. Ex hoc enim *responso* Pipinus contra jus et fas rex Francorum factus est. Itaqve exspectandum erat, eum sedem apostolicam Romanam, ubi opus esset, tuiturum esse. Atqvi post breve tempus summum huic sedi periculum imminebat.

Vix enim Zacharias mortuus erat, quum *Aistulfus* Ravennam cepit, et, fractis XL annorum induciis, qvas cum *Stephano II* fecerat, ipsam Romam et omnem provinciam "suæ jurisdictioni" submittere se velle asserens, singulis civibus Romanis certum tributum imperavit. Stephanus igitur, postqvam ab imperatore auxilia frustra flagitasset, "cernens ab Imperiali potentia nullum esse subveniendi auxilium", *clam* per peregrinum qvendam litteras Pipino misit; ut hic sibi subveniret; qvi qvidem illico per Rodigangum abbatem et Autcharium ducem, legatos, Stephano respondit, se "omnem voluntatem ac petitionem ejus velle adimplere". Qvare Stephanus, ad Aistulfum cum his legatis profectus, quum monendo obsecrandoqve nil efficeret, & ipse & per legatos illos veniam in Franciam proficiscendi ab Aistulfo rogavit; qva ægerrime[37] impetrata, celerrime fines regni Francorum attigit. Jam vero Pipinus pontificem honorificentissime excepit[38], eidemqve, supplici modo[39] suam suorumqve fidem imploranti, præsentissimum auxilium promisit; ob qvæ ipse cum duobus filiis suis a Stephano unctus est, et *"patricii urbis Romæ"* titulo ornatus[40]. Ac vere Aistulpho bellum intulit; neqve alia conditione pacem fecit, qvam ut hic S. Petro omnia, qvæ occupata tenebat, redderet. Qvod eo facere differente et ipsam Romam obsidente, Pipinus, ternis litteris Stephani[41] exoratus, iterum Aistulfo bellum intulit; in qvo tanta usus est fortuna, ut Ravennam et reliqvas civitates *S. Petro* redderet. Neqve enim Pipinus has Græci imperatoris, legatos ad eum de ea re mittentis, ditioni reddidit, "ne, qvod semel Beato Petro obtulit, auferret" (Anast. p. 171).

Hinc fabula orta est, Romanum antistitem hac Pipini donatione *civilem principem* factum fuisse. Qvod se secus habet. Tantum enim abest, ut Pipinus Stephano *jura majestatis* concesserit, ut *hæc ipse per Missos suos exerceret* (vid. not. 44, sub fin.). Enimvero Pipino propositum erat, ut Græcam partem Italiæ in suam potestatem redigeret. Sed ut bellum, qvod in hunc finem suscepit, sanctitatis qvandam speciem haberet, & nomine S. Petri castra in Italiam movit, & S. Petro ea, qvæ ceperat, tribuit. Qvod si vero id solum egisset, ut ecclesiæ Petri sua patrimonia vindicaret, nihil aliud agere debuisset, qvam Aistulfum ad tributa illa solvenda cogere, aut, si prohibere vellet, ne hic in posterum Romam invaderet, captas civitates Græco imperatori reddidisset; qva re fisco suo non parum consuluisset[42]. Neqve tamen Italiæ regem se palam professus est. Qvod si fecisset, atqve huic provinciæ ducem qvendam, vice sua regnantem, præfecisset, verendum ei foret, ne vel proceres Italiæ vel ipse antistes Romanus molestias ipsi facesserent, vel Græci cum Longobardis vires suas ad ipsum repellendum jungerent; ne dicam, fieri potuisse, ut vir ejusmodi Romanam provinciam aut sibi ipse retineret aut Longobardis Græcisve traderet. At quum solum Patricii titulum gereret, licet regali potestate præditus esset, certe nullius jura aperte violavit, et, quum pontificis interesset, ne aut Longobardi aut Græci aut potentissimi qviqve Italiæ duces hanc provinciam tenerent, de ejus fide certus esse potuit. Itaqve antistes Romanus ista Pipini donatione tantum obtinuit, ut, fractis opibus Longobardorum Græcorumqve, neutri subjiceretur, prædiis longe plurimis abundaret[43], et ditioni obnoxius esset regis, qvi, ut suæ potestati consuleret, ipsum omnibus modis tueri deberet.

Quum autem alius (ɔ: Imp. Græcus) jure et nomine, alius (ɔ: Pipinus) possessione et re Romæ præesset, haud mirum est, post mortem Stephani tantam Romæ anarchiam fuisse. Qvod ad Longobardos attinet Desiderius, rex, Stephano, per qvem regnum adeptus erat[44], facilem se gessit[45], sed Paulo I nunc molestias facessivit[46], nunc sua reddidit[47], semel qvoqve opem contra Græcum imperatorem tulit[48].

Alia ratione *Romana hierarchia* ultra fines Italiæ propagata est. In Italia antistitibus Romanis pro ara et focis dimicandum erat, neqve igitur tam patriarchalia sua jura tueri, qvam politicum adversariorum et hostium jugum effugere studebant. Sed ipsis ex Francia non solum hostiles nulli impetus metuendi erant, sed gravissimum in hostes auxilium afferebatur, et opportunitas simul offerebatur patriarchalia ipsa jura sedi suæ arrogandi. In Italia gens Longobardorum fidei Romani antistitis non ita multo ante infestissima fuerat; at conversis populis Germaniæ

Winifridus, nobili genere c. a. 680 natus, vitæ monasticæ mature traditus[1], intra breve tempus tanta fama inclaruit, ut post iter, qvod ad Frisios convertendos, frustra qvidem, susceperat, redux, communibus monachorum suffragiis abbas eligeretur. Winifridus autem, otio et pace vitæ claustralis parum delectatus, Romam ad Gregorium II c. a. 718 accessit[2], qvi ei "per inconcussam auctoritatem B. Petri, Apostolorum Principis, præcepit, ut ad *qvascunqve gentes*, infedilitatis errore detentas, properare potuisset"[3] eas sedulo religionem doceret, et "ad eos initiandos disciplinam sacramenti *ex formula officiorum* sanctæ sedis apostolicæ teneret"[4] (ↄ: observaret), reliqviarum vero ingentem numerum ei dono dedit. Hisce instructus per Lombardiam et Bavariam Thuringiam visitavit, sed, hac brevi post relicta, *Frisiam* adiit, ubi sub auspiciis Willebrordi (vid. p. 9) per tres annos docebat. Postqvam deinde inter *Hassios* religionem satis prospere prædicavisset, et monasterium qvoddam condidisset, Binnam, comitem suum, cum litteris ad Gregorium II misit. Hic ipsum, Romam evocatum, pridie Cal. Decemb. a. 723 episcopum ordinavit, Bonifacii nomine ornavit, et multis litteris commendatitiis instructum iterum in Germaniam misit. Primum igitur Bonifacius Carolum Martellum adiit, sed ab eo minus, qvam vellet, adjutus, in Hassiam reversus est, ubi qvercum, numini cuidam sacram, excidit, et ædem sacram exstruxit. Inde *Thuringiam* petiit, ubi multos labores in gentilibus convertendis et falsis, qvos perhibebat, doctoribus redarguendis sustinuit. Sub Gregorio III archiepiscopus renuntiatus, in Hassia binas ædes sacras et monasteria exstruxit[5], sed inter Bavaros post mortem Corbiniani († 736. vid. p. 9) haud ita feliciter[6] docuit. A. 738 Romam tertium perrexit, unde, litteris commendaticiis et reliqviis a Gregorio III instructus, in Bavariam rediit, qvam, superatis doctoribus non ita paucis, aliter, atqve ipsi placuit, religionem tradentibus, a. 739 in qvatuor dioeceses divisit, Juvaviensi Johannem, Frisingensi Erembertum, Ratisbonensi Garibaldum, Passoviensi Winilonem episcopum præficiens. Postea in qvatuor civitatibus Hassiæ et Thuringiæ, qvæ hodie Eichstædt, Würzburg, Büraburg et Erfurt nominantur, episcopos constituit, et monasterium Fuldense, cui Sturmium præfecit, a. 744 condidit. Undecimo anno post in Frisiam contendit, ubi, multis millibus hominum baptizatis, Eobanum Trajecti episcopum constituit; mox autem ipse cum comitibus qvinqvaginta tribus a paganis trucidatus est.

Præter Bonifacium alii qvoqve viri de religione propaganda bene meruerunt; qvos inter nominare oportet *Adalbertum* et *Clementem*, de qvibus in pag. 32—33 disseretur, et *Pirminium*, qvi inter Alemannos satis dextre[7] doctrinam Christi disseminabat. In tractibus hujus gentis duo episcopi Augustæ et Constantiæ sedem habebant. Sed difficile est justam de reliqvis religionis præconibus ferre sententiam, siqvidem, qvæ de iis tradita sunt, et pauca sunt, et fide parum digna. Omnino Bonifacius tanta honoris cupidine inflammatus erat, ut non dubitaret optimos qvosqve doctores, si vel in levissimis rebus ab ipso dissentirent, vel pari, atqve is, laude florerent, foedissimorum qvorumqve criminum postulare; de qvo mox dicetur.

Q v i f u e r i t

4. in Germania instituta.

In his tractibus Germanicis Romana hierarchia per Bonifacium instituta et valde confirmata est. Primum hic ex Britannia, potestati pontificum Romanorum olim addictissima, oriundus erat. Qvæ tamen sola ratio haud potuit sedi Romanæ patriarchalia in Germania jura parare; siqvidem et probabile est, non omnes Britannos ea, qvà antea, reverentia hanc sedem prosecutos fuisse (p. 3, col. 5), et certum est, eorum qvi ex hac insula in Germaniam religionem tradendi causa trajecerant, non omnes absoluto illo Romani patriarchæ obseqvio plenos fuisse (pag. seqv.). Accedebat autem summa in Bonifacio honoris atqve gloriæ cupido, qva incensus Romam a. 719 adiit, ut "sedis apostolicæ Romanæ legatus" renuntiatus, majori dignitate ornaretur. Hinc idem, archiepiscopus Moguntinus a principibus Franciæ constitutus[8], se a Romano antistite confirmari passus est[9]; neqve dubitavit huic sacramento nomen suum subscribere: "promitto ego tibi, Beate Petre! et Vicario tuo, Beato Gregorio et successoribus ejus, me *fidem et puritatem meam et concursum tibi et utilitatibus tuæ ecclesiæ*, cui a Domino Deo potestas ligandi et solvendi data est, et prædicto Vicario tuo ejusqve successoribus *per omnia exhibiturum*". Qvod autem se facturum esse promiserat, id diligenter præstitit, non minus tamen suæ dignitati, qvam Romani antistitis auctoritati egregie consulens. Ita sub nomine Romani antistitis *vicarii* novas constituit sedes episcopales, atqve ut hæ "propria auctoritate et charta apostolatus Zachariæ *roborarentur* et *confirmarentur*", enixe rogavit (Hard. III, p. 1878). Sic etiam monasterium Fuldense, a se conditum, Zachariæ regimini commisit (Bonif. ep. 141. 143), synodos habuit, in qvibus qvæ constituerentur, Zachariæ judicio relinqvebat (Bonif. ep. 112), omnes deniqve Germaniæ episcopos Romani patriarchæ potestati solenniter in synodo subjecit, qvod ipse in epist. 105 ad Cudbertum, archiep. Cantuar., his verbis exprimit: "decrevimus autem in nostro synodali conventu et confessi sumus..... *subjectionem Romanæ ecclesiæ* fine tenus vitæ nostræ velle servare Beato Petro, *et vicario ejus velle subjici*, ... metropolitanos pallia ab illa sede velle qværere, et per omnia præcepta Petri canonice seqvi desiderare, ut inter oves sibi commendatas numeremur. Et isti confessioni *universi consensimus, et subscripsimus*, et ad corpus sancti Petri, principis apostolorum, direximus, qvod gratulando clerus et pontifex Romanus suscepit". Huc etiam pertinet, qvod Gregorium III de modo baptismi interrogavit (vid. p. 32—33), Zachariam de plurimis rebus ecclesiasticis consuluit (ep. 142), et falsos doctores Romæ haud semel accussavit (vid. p. 32—33). Qvibus omnibus factum est, ut Romanus pontifex, vindicatis sibi juribus patriarchæ Occidentis, non solum leges in Germania ferret, hoc iterum iterumqve Bonifacio mandans, omnibus prædicandum omnesqve docendum esse, *"ex regula catholicæ traditionis, qvam a sancta Romana ecclesia acceperat"* (resp. Zach. ad Bonif. ep. Hard. l. c. p. 1915—1918), sed etiam causas ecclesiasticas suo judicio definiret (pag. 32—33) et in causis clericorum, qvi ad ipsum appellabant, jus diceret (ibid.). Itaqve Romanus antistes *supremus Germanicæ ecclesiæ judex* factus est.

gens Anglo-Saxonum solam Romanam fidem orthodoxam esse edocta erat. Porro iis iconoclastica præfectos imperatorios compulit, ut Romanis antistitibus insidias struerent; sed in Germania, qvoties sacra qvæstio oriebatur, toties ad tribunal Romani præsulis confugiebatur Deniqve potentia Romanorum antistitum, qvam in Italia obtinebant, ipsorum pontificum prudentiæ maximam partem debebatur; at hæc in transmontanis tractibus maxime solius Bonifacii studiis comparata est. —

Romana hierarchia

5. in regno Francorum præparata.

Simili, qvanqvam non pari fortuna pontifices Romani in Francia utebantur; qvæ ipsa maximam partem studiis Bonifacii debebatur. Qvi, quum res sacras in Germania satis dextre disposuisset, a Carlomanno principe, qvi utilia esse hæc instituta noverat, invitatus, ut in ejus regno "aliqvid de ecclesiastica religione, jam longo tempore calcata et dissipata, corrigere et emendare"[10] vellet, ternis synodis, a. 742, 743, 744 habitis, *anarchiam sacri ordinis* (vid. pag. 6, 2; 16, c) *sustulit*, munus metropolitarum et veterem disciplinam ecclesiasticam restituens (vid. pag. 34 – 36). Qvæ quum "missus S. Petri" omnia institueret, sede apostolicæ Romanæ *nonnihil dignitatis* inter Francos paravit. Qvod vero tribus metropolitis, in Francia constitutis, persvadere voluit, ut ab hac sede pallia qværerent, id ejus et Zachariæ votis minus successit. Qvanqvam enim Zacharias tria his pallia mitteret "ad eorum firmissimam stabilitatem" (vid. ep. Zach. ap. Hard. l. c. p. 1885—86); tamen non nisi unus eorum, nomine Grimo, hoc uti voluit (vid. alt. epist. Zach. l. c. p. 1887); sive reliqvi metropolitæ externæ honoris speciei minus cupidi fuerint, sive ea, qvæ Zacharias de usu pallii monuerat, haud licere sibi "a sacris deviare canonibus", ita interpretati fuerint, ut putarent, se palliis receptis jugo pontificialis potestatis colla submissuros esse. Ex hoc igitur tempore Zacharias satius esse duxit, Bonifacii, cujus apud principes Galliæ summa auctoritas erat, instituta laudibus efferre; qvem quum sedis suæ vicarium esse affimaret, neqve ipsum secus dicentem haberet, sensim Francorum animos ea imbuit *sedis suæ reverentia*, qva novit eos Bonifacii instituta proseqvi. Itaqve Pipinus "ex consultu" sacri ordinis et procerum regni sui Zachariam de multis ad rem sacram pertinentibus *consuluit*; ad qvæ hic respondens cautissime egit. Etenim de plerisqve non suam sed antiqvorum canonum sententiam protulit, qvibus eos lubentius obsecuturos esse, sperare potuit. Enimvero de suo ingenio disputans, "mandatis" suis auctoritatem conciliare studet, qvod "Deo s. divina gratia inspirante s. suffragante, apostolica auctoritate decernere potuerit", neqve aliud agat, qvam ut "prædecessorum et antecessorum suorum decreta confirmet". Ubi vero novo præcepto vetat, ne qvis "spiritalem, id est commatrem aut filiam ducat uxorem", quum fatendum ei sit, neminem ob id "neqve sanctorum patrum neqve sanctarum synodorum assertione, vel etiam in imperialibus legibus judicatum esse", prudenter, ne dicam impudenter, asserit, factum hoc esse, qvod hoc peccatum "in tantum grave sit, ut terribile judicium Dei metuentes siluerint sententiam dare". Postremo, ne qvis ægre ferret, eum hæc mandavisse, aut mandatis ejus obseqvi recusaret, sub simulata pietatis specie monet: "hæc dedimus vobis in mandatis, ut nec nos coram Deo de taciturnitate judicemur, nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere rationem". Jam vero quum talia Romani antistitis responsa in Francia per Bonifacium et Majores domus sancirentur, sensim invaluit opinio, Romanum pontificem de gravissimis qvibusqve rebus *consulendum esse*. Qvam compertam habens Pipinus, quum Childericum III ipso titulo regis privare vellet, qvo Franci æqvius hoc ferrent, Zachariam consuluit. Qvid Zacharias responderit, qvamqve hoc pontificis in Italia potestati salubre fuerit, paulo ante narravimus. At Pipino, per hoc responsum Childerici rerum potito, opus omnino erat, ut qva populus didicerat sedem apostolicam Romanam reverentia proseqvi, eam, qvoad per proceres regni sui licuit, augeret. Neqve enim Franci alienis Romani antistitis "mandatis" temere obseqvi volebant, sed, pristinæ libertatis Francæ tenaces, ipsi Childericum regis titulo ac munere exuebant. Pipinus vero iterum Stepanum II, quum in Francia esset, in villa Carisiaco, de multis rebus ecclesiasticis consuluit (Hard. l. c. p. 1985 seqq.), et, si Theophani (chronogr. p. 338, ed. Paris.) fides haberi possit, ab eodem pejurii in Childericum insons pronuntiatus est. Itaqve antistiti Romano per hoc ævum non qvidem patriarchalia in Francia jura vindicata sunt, at *summa dignitatis apostolicæ auctoritas præparata* est.

6. in Britannia aliqvanto restituta.

Britanniæ insulæ ecclesia scitis sedis Romanæ per hoc ævum minus, qvam antea addicta erat. Primum "moris erat[12] *Britonum* fidem religionemqve Anglorum pro nihilo habere, neqve in aliqvo eis magis communicare qvam paganis", ut Beda (II, 20, p. 158), hujus temporis scriptor, testatus est. Itaqve hi Romano antistiti haud parebant. Deinde ipsi Anglo-Saxones non tanto Romanæ hierarchiæ studio incensi erant, ut non in sacris rebus liberius agere se posse censerent. Qvod si enim concilii Pharensis (a. 664) decreta servantes, Romanos ritus continue secuti fuissent, concilium Cloveshoviense II, a. 747 haud sane sanxisset, cultum publicum ad exemplar Romanæ ecclesiæ ubivis locorum instituendum esse; ac multo minus decrevisset: "ut unusqvisqve episcoporum ..... canonicas Christi ecclesiæ institutiones summo conamine *contra diversa ac prava tentamenta* ..... defendere sit promptus" (c. 1). Accedit, qvod Bonifacius in epistola sua ad Cudbertum, archiep. Cantuar., postqvam professus sit, "Romanam ecclesiam se ordinatum cum sacramento constrinxisse, ut, si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviasse vidisset, et corrigere non potuisset, fideliter semper sedi apostolicæ et vicario S. Petri emendandum indicaret"; non tamen hanc omnibus metropolitis communem legem esse contendit, sed cautius dicit: "sic enim, *nisi fallor*, omnes episcopi debent metropolitano et ipse Romano pontifici, si qvid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere". Postremo prætereundum non est, hoc ipsum concilium, ex auctoritate Bonifacii a Cudberto congregatum, licet singulos fere canones, a Bonifacio in Germanicis synodis sancitos, repetierit, silentio tamen eum præterivisse, in qvo "subjectio Romanæ ecclesiæ" (vid. p. 30, col. 4) præcipiebatur[13].

Verum hæc aliter hoc tempore fieri potuisse non videtur. Namqve dimicantibus inter se regibus hujus insulæ, novus Oswi nullus prodiit, qvi, devictis reliqvis principibus, communibus totam insulam legibus obstringeret; efferbuerat autem pietas illa inconsulta se suaqve Romam transferendi[14]. Ipsi vero archiepiscopi exemplis Theori et Wilfridi (vid. pag. 10—11) experti fuerant, qvam suæ auctoritati perniciocissima Romani patriarchæ judicia esse possent. Scotis et Britonibus, Romanis ritibus infestissimis, Anglo-Saxones magistris utebantur; et vero simile est, ipsos Anglo-Saxones, qvod per Theodorum et Hadrianum liberaliter instituti essent, constantem cultus publici formam et rationem, a qva ne ungvem qvidem transversum recedere liceret, iniqvius tulisse. Saltem verba c. 12 "ut presbyteri, sæcularium poetarum more non garriant, ne tragico sono sacrorum verborum compositionem ac distinctionem corrumpant vel confundant, sed simplicem sanctamqve melodiam (ɔ: vocis modulationem) secundum morem ecclesiæ sectentur", homines referunt, qvi, musicen edocti, pro suo qvisqve ingenio, liturgicas formulas pronuntiare solebant. Qvid igitur impedit, qvo minus credamus, eos in aliis qvoqve rebus liberius sibi agendum esse putavisse. Utut vero res se habet, certum est, multos liberius egisse, Cudbertum autem hortatu Bonifacii a. 647 præcipiendum curavisse, ut "nihil aut cantarent aut legerent, qvod non *Romanæ ecclesiæ consvetudo* permitteret" (c. 15). Itaqve *Romanæ sedis auctoritas in Britannia per Bonifacium aliqvanto restituta est.*

Qvi rationes hujus ævi sacras et profanas animo reputat, vix exspectabit, magna hominum ingenia, qvæ nulla erant, subtiliorum, unde lites orirentur, disputationum auctores exstitisse; neqve putabit, Hispanos inter medios Mauros fortuna satis infelici usos, vel nova dogmata protulisse, vel antiqva subtili examini subjecisse. Qvis autem existimet, Francorum, qvi deliciis et rapinis unice studerent, aliqvem docta certamina suscepisse? **Qvis in rudi et feroci gente Longobardorum, aut in rudioribus Germaniæ populis novæ opinionis inventorem** aut sectæ antesignanum proditurum esse arbitretur? Sed velut a priori, ut ajunt, colligere possumus, Germanos, qvod religionis cognitione admodum exigua ante baptismum instruebantur, ipsa autem religio, qvam traditam accipiebant, commentis referta erat, hi autem errores eorum, qvos gentiles amplexi fuerant, non uno

M o t u s e c c l e

1. adversus Clementem.

Bonifacius, gente Anglus, moribus Romanæ sedis institutis addictissimus, ferre non potuit, si qvis legibus Romanæ ecclesiæ tantum tribuere auctoritatis, qvantum ipse tribuebat, recusaret. Jam Clemens, Scotus ɔ: Hibernus, matrimoniales leges Romanas, pro more Scotorum [1] minoris faciens, contendere ausus est, episcopum, qvi cum uxore sua liberos genuisset [2], munere suo salva religione fungi posse, hominiqve christiano licere, defuncti fratris viduam in matrimonium ducere. Qvæ ubi Bonifacius cognovit, rem Zachariæ detulit, Clementem simul ejus erroris, Christum descensu suo ad inferos omnes, tam impios qvam pios, liberavisse, graviter accusans, neqve non a Zacharia petens, ut "per litteras mandare curaret duci Carlomanno, ut [Clemens] in custodiam mitteretur" (conc. Romani II, Act. I, ap. Harduin. III. p. 1938). Zacharias igitur concilium de ea re Romæ celebravit, in qvo patres [3] Clementem, "qvod synodalia acta (ɔ: leges canonum de matrimonii gradibus illicitis) respuisset, et Christianis Judæismum [4] intulisset, ab omni sacerdotali officio deponi et anathematis vinculo obligari debere" declararunt. An vero Clemens in vincula conjectus sit, nusqvam traditum est [5]. Sed omittendum non est, istam synodi sententiam indicta causa Clementis latam esse, et epistolam qvandam Gemmuli, diaconi ecclesiæ Romanæ, ad Bonifacium, aperte prodere, Clementem contra jus damnatum fuisse. In hac enim epistola Gemmulus, haud celans, donum sibi a Bonifacio missum fuisse [6], per se factum esse gloriatur, *qvod fieri Bonifacius "haud speraverat"*, qvod synodus habebatur, et in hac anathematis sententia in Clementem promulgabatur [7]. Qvis igitur dubitabit, hujus criminationis origines ex prisca illa, qvæ inter Hiberno- et Romano-Christianos Britanniæ insulæ vigebat, simultate deducere?

2. adversus Adalbertum.

Bonifacius, sedis apostolicæ Romanæ legatus, sed a Carolo Martello exiguo præsidio adjutus, *Adalbertum*, virum de religione christiana in Francia Orientali tradenda meritissimum, qvem princeps ille multi faciebat, et populus summo honore proseqvebatur, ægerrime tulit. Itaqve eum Romæ qvinqve criminum reum fecit, ob qvæ is in synodo Romana jam nominata munere suo indignus declaratus est et anathemate percussus [8]. In ejus rei actis vera a falsis discernere difficillimum est. Est vero bene animadvertendum, Adalbertum haud secus ac Clementem indicta causa damnatum fuisse, et hanc damnationem præter spem Bonifacii per Gemmulum illum accidisse. Neqve prætereundum est, ipsum Bonifacium, in sua ad Zachariam epistola, inficias non ire, Adalbertum a populo "sanctissimum apostolum, patronum et oratorem virtutumqve factorem" dici solitum fuisse, seqve eum "abstulisse s. abstraxisse" (ɔ: sine dubio: a docendo coercuisse), et ob hoc "persecutiones et inimicitias et maledictiones multorum populorum pati". Qvod si autem hoc posterius non possit probare, insontem illum fuisse, qvod ultro largior, qvum imperitæ plebis admiratio ipsis præstigiis comparari possit, qvæ, qvæso, justa causa Bonifacio esse potuit Adalbertum, qvem vi coercuerat, Romam ad causam suam dicendam haud mittendi? Id certe hominis non est, de manifesta viri culpa persvasissimi, at potius calumniatoris, ne ficta crimina detegantur, timentis. His si adjeceris, Bonifacium primæ culpæ, cujus Adalbertum postulabat, — esse eum episcopum absoluto ordinatum, nec certæ sedi præfectum — ipsum reum fuisse, futilemqve hanc culpam addidisse, Adalbertum fana et delubra sanctis non dedicare; procul dubio suspicaberis, Adalbertum non alia de causa a Bonifacio vexatum fuisse, qvam qvod plus eo apud principem et populum valeret. Qvid? qvod tertium crimen: "eum cruciculas et oratoriola in campis fecisse", qvo fiebat, ut populus, "spretis ceteris episcopis" ad conciones ibi habendas confugeret, invidiam Bonifacii haud obscure indicat [9]. Qvartum crimen: Adalbertum populo "ungulas et capillos suos dedisse ad honorificandum, et portandum cum reliqviis sancti Petri, principis apostolorum", ejusmodi est, ut aut hominem vesanum referat, qvalem Adalbertum fuisse Bonifacius, hypocriseos eum simulans, contendere haud voluit, aut ipsum est fictum habendum. Nisi fortasse Walchii [10] conjecturam probaveris, Adalbertum hæc commisisse, ut nefandum reliqviarum cultum, qvem Bonifacius supra modum commendabat, ludibrio haberet. Deniqve Adalbertus dicitur "venienti populo et prostrato ante pedes ejus et cupienti confiteri peccata sua, dixisse: scio omnia peccata vestra, qvia mihi cognita sunt omnia occulta; non est opus confiteri; sed dimissa sunt peccata vestra præterita: securi et absoluti redite ad domos vestras cum pace"; qvod sine dubio durius sonat, qvam ab Adalberto commissum fuit. Fieri enim potest, ut Adalbertus, qvum vidisset populum delictorum suorum poenituisse, distinctam horum enumerationem ob eam causam audire noluerit, ne contentiones in circumstantibus orirentur, si audirent, injurias a civibus clam sibi illatas fuisse, aut etiam ut prohiberet, ne plus meriti confessioni qvam pudori tribuerent. Sed lubricum est de re dubia certam ferre sententiam. Utut se res habet, Adalbertum, si erroris, at flagitii cum Moshemio arguere eqvidem non ausim [11]. Miserat autem Zachariæ Bonifacius orationem qvandam Adalberti, in qva, pie sane composita, ut patres synodi audiverunt invocari angelos Uriel, Raguel Tubuel, Michael, Inias, Tubuas, Sabaoc et Simiel, in hæc verba erumpebant: "Qvid aliud agendum est, nisi ut omnia, qvæ nobis relecta sunt, igni concrementur, auctores vero eorum anathematis vinculo percellantur? Non enim nomina angelorum, præter nomen Michaelis, sed nomina dæmonum sunt, qvæ in suis orationibus invocavit ad auxilium præstandum sibi. Nos autem, ut a vestro sancto apostolatu edocemur, et divina tradit auctoritas, non plus qvam trium angelorum nomina cognoscimus, id est, Michael, Gabriel, Raphael". O sancta simplicitas! [12]

tantum nomine similes erant, fide sua hos cum illis commiscuisse; de qvo fieri non potuit, qvin qværeretur. Reliqvi autem, qvi hoc ævo in ecclesia erant motus, — nam certamina aut lites dici neqveunt —, haud orta sunt ex religione Christi passim infestata, sed, ex privata unius viri, Bonifacii, indole atqve ingenio profecti dicam an provocati, luculenta exhibent documenta hujus et arrogantiæ et astutiæ et ignorantiæ; simulqve produnt summam, qva ipsi Romanæ ecclesiæ antistites laborabant, inscitiam, et perspicue indicant, qvam essent omnium oculi ad externam formam religionis unice attenti; qva re communis plebis superstitio mirum qvantum augebatur.

s i a s t i c i

3. adversus Virgilium.

Virgilius presbyter Bavarus, Romæ a Bonifacio accusabatur, qvod terram rotundam esse contendebat, ut "alius esset mundus et alii homines sub terra"[13] Qva re valde commotus, Zacharias judicavit, Virgilium "perversa hac et iniqva doctrina contra Deum et animam suam locutum fuisse", eumqve Romam citavit, ut "sibi præsentatus et subtili indagatione reqvisitus, si erroneus fuisset inventus, canonicis sanctionibus condemnaretur". Jam vero quum Virgilius postea episcopus Juvavii factus sit, aut statuendum est, eum Zachariæ persvasisse, sententiam suam veram esse, aut, si hanc unqvam amplexus fuerit, nec tota res a Bonifacio ficta sit, (— qvam suspicionem verba Zachariæ laudata: "si erroneus inventus fuerit" confirmare videntur —) hanc ultro mutavisse. Qvod tamen posterius minus probabile esse videtur. Vix enim tantæ hæreseos reus, si etiam hæresi suæ valediceret, dignus unqvam haberetur, qvi episcopali muneri præficeretur. Si igitur Bonifacius hanc ei culpam affinxerit, novum habemus dominationis illius documentum. Qvod enim Bonifacius Zachariæ nuntiabat "Virgilium numissiones fecisse Othiloni[14] duci Boiariorum, ut odium inter Bonifacium et illum seminaret", hoc indicare videtur, Bonifacium hunc, qvod dominationi ipsius molestissimus esset, omnibus modis lædere voluisse.

4. de ritibus baptismi.

Gregorius III, a Bonifacio interrogatus, respondit, baptismum hominis repetendum esse, si hic aut "dubitaret, an baptizatus esset, aut a paganis aut a presbytero, Jovi mactante et carnes(!) immolatitias(!) vescente, esset baptizatus"; et in hac sententia sua tradenda ipsa voce "rebaptizandi" usus est. (Harduin. l. c. p. 1868—1869). Jam sacerdos qvidam Bavarus, lingvæ latinæ imperitus, baptismi formulâ ad leges lingvæ male usus fuerat[15]; qvare Bonifacius, talem baptismum irritum habens, Virgilio, de qvo jam sumus locuti, et Sidoni, duumviris parochis Bavari, mandavit, ut illum baptismum repeterent; qvod hi facere detrectantes, rem Zachariæ deferebant, qvi rebaptizari hominem illum nullo pacto permittens, manus ei imponi præcepit, ut baptizatus hac manuum impositione sanctificari posset[16]. Ceterum hæc res ante Virgilium hæreseos a Bonifacio culpatum acta est. Unde vero simile est, eum ob hanc potissimum causam accusatum fuisse, qvod dictis Bonifacii audiens non fuisset.

Huc vero pertinet hæresis *Samsonis*, presbyteri genere Scoti, qvem idem Bonifacius Romæ accusabat, qvod affirmaverat: "sine mystica invocatione aut lavacro regenerationis posse fieri catholicum christianum *per episcopalis manus impositionem*"[17]. Qvod fieri nullo modo posse Zacharias respondens, baptismum, nomine Trinitatis peractum, æqve necessarium esse docet, ut qvis catholicus esse possit, ac consecrationem, manus impositione factam. Samson itaqve ecclesia expulsus est.

Qvantum vero *nominibus* patris, filii et spiritus sancti tribueretur, responsa Stephani II, "qvæ dum in Francia esset, dedit ad varia, de qvibus interrogatus fuerat", egregie comprobant. Qvanqvam enim presbyter qvidam in baptizando dixisset: "in nomine Patris *mergo*, et Filii mergo et Spiritus sancti mergo", qvibus verbis hominem, qvem baptizare vellet, re non baptizavit, Zacharias tamen, qvod ipsa nomina trinitatis pronuntiata essent, illum rite baptizatum esse declaravit (resp. 14. Harduin. l. c. pag. 1988). Qvocum conferri debet, qvod de ipso presbytero Stephanus edixit. Quum enim ille nesciret, utrum vir, a qvo consecratus erat, episcopali dignitate instructus esset, nec ne, ob hanc causam a Stephano jussus est "sub arta poenitentia in monasterio missus, omnibus diebus vitæ suæ in luctu et fletu sub monastico habitu conversari". Tanta jam erat externæ rituum formæ reverentia.

5. de idololatriæ reliqviis.

Supra indicavimus, gentiles, qvi ad sacra Christi transierant, plurimos errores suos integros servasse. Longum est de his accurate disserere, et magis hoc ad religionis et dogmatum qvam ad ecclesiæ historiam pertinet. Hujus tamen loci est, paucis hæc attingere, siqvidem de his plures in ecclesia motus orirentur. Attulimus jam verba Gregorii III de presbytero, sacra Jovi offerente, qvod Gregorio ita atrox visum est, ut baptismum, per eum peractum, irritum declararet. Bonifacius in conc. German. I multa populi "paganiarum", qvæ dicebantur, exempla recenset, inter qvæ "sacrificia mortuorum, phylacteria, incantationes et hostias immolatitias" nominare sufficiat; idemqve in epistola ad Cudbertum, archiep. Cantuar., episcopi esse dicit "prohibere paganas observationes vel omnes spurcitias Gentilium"; qvod Cudbertus in conc. Clovesh. II c. 3 sanciebat. Deniqve Carlomanni capitular. II. a. 743 "indiculum paganiarum" exhibet, qvi triginta genera complectitur. Unde pro certo affirmare licet, ecclesiam christianam hisce passim infestatam fuisse. Qvod nemo facile mirabitur, qvi cogitavit, qvam gens Francorum et Anglo-Saxonum temere ad sacra Christi converteretur, qvamqve nova religio, qva instruebantur, superstitione omnis generis referta esset. B. Münterus, ut egregiam vim prædicationis Ansgarii explicet, scite observat, christianam religionem gentilibus ab ipsorum de religione commentis non ita diversam visam fuisse, qvippe qvibus dogma trinitatis analogon esse posset ipsorum de Odin, Thor et Freya commentis, diabolus autem τοῦ Loke similis videretur, angeli entibus, qvæ Alfer dicebantur, æqvales, et plurimi ecclesiæ catholicæ Sancti plurimis eorum diis pares[18]. Qvod qvidem ad populos Germanicos transferri posse, qvis non videt? Qvare gentiles illos idololatriæ accusare, nefas est. Sed affirmare licet, hos, qvem maturius diis suis cultum præstabant, hunc bona fide sanctis exhibuisse. Qvod haud obscure indicant hæc conc. Germ. I. c. 5 verba: ". . . . . qvas (sc. paganias) *stulti* homines juxta ecclesias *ritu pagano* faciunt, *sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum* Deum et sanctos suos ad iracundiam provocantes".

Et bene qvidem tenendum est, ipsum Romæ urbis populum talia superstitionis genera sectatum fuisse[19].

Status sacri ordinis in multis idem erat, qvi 604—726 fuerat, sed Bonifacii studiis et anarchia, qvæ 604—726 in Francia invaluerat, profligata est, et *aristocratia* qvædam, — qvo verbo haud bene latino,

Q v i s e s s e t s t a

a) r a t i o n e p r i n c i p i s e t c i v i t a t i s.

1. Episcopos civilem regni ordinem effecisse, nemo facile dubitabit, qvi meminerit, eos causis, ad res sacras nullo modo pertinentibus, in conventibus disceptandis adsciscì solitos fuisse; cujus rei insigne exemplum "conventus apud S. Dionysium" præbet. Pipinus enim, ut habet Canisius, "omnes proceres suos, duces et comites, tam episcopos qvam sacerdotes ad se venire præcepit; ibiqve unacum consensu Francorum et *procerum suorum seu et episcoporum* regnum Francorum, qvod ipse tenuerat, æqvali sorte inter filios suos Carlum et Carlomannum, dum adhuc ipse viveret, inter eos divisit". Vides igitur, in hoc conventu res mere civiles qvæsitas fuisse, sed tamen in eo episcopos non solum præsentes fuisse, sed, dignitate *proceribus pares*, populo autem et presbyteris[1] honoratiores, cum ducibus et comitibus suffragia tulisse.

2. Pipinus, quum contra jus et fas thronum Franciæ ascendere vellet, omnem operam dabat, ne rex injuste factus videretur; idqoqve fide Bonifacii, archiepiscopi, utens, simulabat se populi totius suffragiis regem electum fuisse[2]. Sed hac re notio regum, per ipsos regni episcopos eligendorum, in Francorum animis disseminata est. Qvæ vero eo valde confirmata est, qvod idem Pipinus rex, quum prope mortem esset, et prohibere vellet, ne post obitum suum filii regno privarentur, conventum illum (vid. supra sub 1) ad fanum S. Dionysii habuit, in qvo divisio regni, qvam ipse facere constituerat, proceribus, qvos inter episcopi adscribuntur, confirmanda tradebatur.

3. Principes et reges synodos, qvibus etiam regni optimates intererant, cogebant, in iisqve ipsi sedem habebant, et qvæ in iis sancita essent, sua auctoritate confirmata, regalis auctoritatis edicta edebant. Hinc legimus conc. Germanic. I a. 742 Præfat.: "*ego* Carlomannus.... synodum pro timore Dei *congregavi*"; hinc idem Carlomannus edixit, synodum qvotannis "*nobis* (ɔ: *se*) *præsentibus*" habendam esse (ib. c. 1); hinc Ethelbaldus rex Merciorum concil. Cloveshov. subscribens, dicit: "ego propria manu mea munifica subscribens *confirmo*"; hinc deniqve conc. Suesson. canon ultimus hæc habet: "si qvis contra hoc decretum, qvod XXIII episcopi cum aliis sacerdotibus vel servis Dei, unacum *consensu principis Pipini* vel optimatum Francorum consilio constituerunt, transgredi vel *legem* interrumpere voluerit, vel despexerit, *judicandus sit ab ipso principe*[3].

Neqve hoc loco prætereundum est, ipsos pontifices Romanos regium hoc jus agnovisse. Namqve Zacharias in epist. ad Bonifacium commemorat "concilium adjuvante Deo et Carlomanno *præbente consensum et contestante* habendum"[4].

4. *Privatæ lites* clericorum ad episcoporum tribunalia pertinebant[5], eorumqve certa hæc forma instituta est, qvod in causis inferiorum ordinum clericorum episcopus solus judicaret, diaconorum autem causas tribus adsumtis diaconis, presbyterorum deniqve sex presbyteris adscitis "cognosceret". Prolata qvoqve est a Bonifacio (epist. Bonif. ad Cudbertum, archiep. Cantuar.) theoria vere curialistica, ex qva sedi apostolicæ Romanæ "*ad emendandum*" indicari debuit, si qvid episcopi corrigere non possent. —

Crimina clericorum canonica ipsa ad episcoporum judicia pertinebant[6], et ab omnibus provinciæ episcopis judicabantur[7].

Causæ clericorum criminales, qvæ ex conc. Par. a. 615 c. 4 (vid. not. 29 ad pag. 13) ad judicum tribunalia ita deferri deberent, ut episcopi reorum examini interessent, per hoc ævum a solis episcopis cognoscebantur. Sic enim conc. Vernens. a. 755, c. XVIII, clericis interdicens, ne "ad judicia laicorum publica venirent", ad canones Carthag. cap. IX provocat, "ubi scriptum est: Qvi relicto ecclesiastico judicio publicis judiciis se purgare voluerit, etiamsi pro illo prolata fuerit sententia, locum suum amittat. Hoc in *criminali judicio*".

5. Clerici *onera publica* solvebant. In Britannia tamen Cudbertus, archiepiscopus, a pietate Ethelbaldi impetravit, ut hæc ad "pontis et arcis constructionem" restringerentur[8]. At Galliæ principes ob crebra, qvæ gererent, bella, publicis tributis, de patrimoniis ecclesiarum persolvendis, carere non poterant.

6. Episcopi nunc, ut antea, jubebantur *milites ad exercitum mittere*[9], idqve vel in Britannia, ubi Ethelbaldus, dum "ecclesiam Christi et omnes terras ad illam pertinentes ab *omnibus secularibus servitiis* liberam fore confirmaret", tamen "*expeditionem*" excipiebat[10]. Ipsi autem clerici non solum stipendiorum faciendorum immunes erant, sed ab his abstinere jubebantur. Ita conc. Germ. I, c. 2: "Servis Dei per omnia armaturam portare vel pugnare aut in exercitum et in hostem pergere omnino prohibuimus"; prudentissime autem additur: "nisi illis tantum, qvi propter divinum mysterium, Missarum scilicet solemnia adimplenda, et sanctorum patrocinia (ɔ: reliqvias) portanda ad hoc electi sunt, id est unum vel duos episcopos cum capellanis et presbyteris eorum *princeps* secum habeat, et *unusqvisqve præfectus* unum presbyterum, qvi hominibus peccata confitentibus judicare et indicare poenitentiam possit". Sed vita militaris clericis ita arridebat, ut castra seqvi qvam domi manere mallent. Qvare, Bonifacio auctore, omnis armorum usu iis sæpius, sed frustra, interdicebatur[11]. Neqve vulgus harum legum violationem culpam habebat[12].

7. *Principes Franciæ episcopos* pro suo qvisqve arbitrio muneribus suis præficiebant, s. eos *nominabant*, neqve eos semper vel clericos[13] vel dignos homines. Sæpe enim privatis rationibus adducti, interdum ob dona sibi collata[14], etiam sceleratos homines, qvi muneribus ecclesiasticis jure detrusi erant[15], episcopos faciebant. Neqve potuit Bonifacii auctoritas hunc abusum tollere[16]. Ipse autem Zacharias, antistes Rom., gravius in hoc animadvertendum esse non censuit, qvam ut principem Francorum "*admoneret*, qvaliter hoc fieri *deberet*" (ep. ad Bonif. IX). Itaqve episcopis tantum "probatio aliqva synodalis" relicta est; qvæ vero, si qvid video, alia non erat, qvam potestas examinandi, utrum constituti episcopi ad clericorum ordinem antea pertinerent, an hoc tantum simularent[17]. Qva tamen potestate præcedentis ævi licentia ipsos laicos episcopatibus præficiendi*) aliqvanto cohibita est.

perspicnitatis causa utimur — canonum ac pontificum Romanorum auctoritate superstructa, instituta est, qvæ tamen regalis potentiæ *autocratiâ* valde constringebatur. —

t u s s a c r i o r d i n i s

b) ratione magistratuum atqve civium.

1. ***Jure asyli***, qvod ædibus sacris vindicabatur, clerici ad sceleratos homines contra jus et fas defendendos abusi fuisse videntur. Saltem capitular. a. 744, c. XXI præcipit: ut "homicidis vel ceteris reis, qvi legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint, nullus victus detur".

2. Gallia pacata, quum singula, qvæ ad jura clericorum pertinebant, diligenter per Bonifacium instituta et amplificata essent, episcopi, Clodovei, credo, edicti (vid. pag. 14) auctoritati usi, regni judicibus præcipere ausi sunt, qvam juste et qvo ordine munere suo fungerentur. Sic enim conc. Suessionens. c. 6 decrevit: "ut unusqvisqve episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, ut.... per omnes civitates *legitimus forus et mensura* fiat"; ita etiam conc. Vernens. c. 25 laicis non minus qvam episcopis et abbatibus vetuit "ne pro justitia facienda sportulas contradictas (ɔ: vetitas) acciperent"; ejusdemqve concilii c. 23 edicit: "ut comites vel judices ad eorum (ɔ: sua) placita *primo* viduarum, orphanorum vel ecclesiarum causas audiant et definiant in eleemosyna domni regis: et postea alias causas cum justitia rationabiliter judicent".

3. Clerici suam in peccata laicorum ***jurisdictionem*** eo sæpius et gravius exercebant, qvo legibus istiusmodi majorem sanctitatem parare potuit tum Bonifacii, apostolicæ sedis legati, tum ipsius pontificis Romani, haud semel de his rebus consulti, auctoritas. Magna igitur canonum huc spectantium multitudo per hæc tempora sancita est; qvorum

a) pauciores tamen de ipsa fide s. religione rogatæ sunt, qvippe qvæ rarius infestabatur; exemplo tamen sunt, qvæ contra hæresin Adalberti et Clementis constituebantur (vid. pag. 32—33):

b) plures *cultus religiosi* formam determinant; qvarum mentio supra facta est (pag. 31):

c) longe plurimi autem cum gradus matrimonii ineundi licitos et illicitos [18] tum universam vitam matrimonialem [19] definiunt:

d) severæ deniqve leges latæ sunt de christianis non solum ob atrocissima flagitia sed ob levissima qvæqve delicta canonica excommunicandis. Sed his legibus neqve populi moribus neqve excommunicationis ipsius dignitati bene consultum est. Namqve vel hebeti ingenio perspicuum foret, leges istas parum justas esse, rudibus autem et de religione minus sollicitis hominibus poena illa, qva sacris interesse prohibebantur, sane levissima videretur. Qvamobrem episcopi *excommunicationis rationem ita mutarunt*, ut hæc delinqventes homines non tam ecclesiasticis qvam *civilibus poenis* afficeret. Sic enim conc. Vernens. c. 9 de homine excommunicato constituit: "in ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo christiano cibum vel potum sumere, nec ejus munera qvispiam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se jungere, nec salutare, anteqvam ab episcopo suo fuerit reconciliatus", ac similem poenam iis indicit, qvi cum excommunicatis "scienter communicarint". Qvo autem graviores hæ excommunicationis poenæ erant, eo tardius homines christiani atqve ipsi adeo clerici peccata sua confitebantur, eoqve audacius recusabant, ne isti episcoporum judicio se submitterent. Hinc conc. Clovesh. II necessarium duxit sancire: "ut ipsi rectores diligenti circumspectione considerent, ne aliqvis de *subditis* tam negligenter tamqve perdite vivat, ut.... *sua non curet confiteri et emendare vitia*". Qvis autem illam hominum contumaciam multum reprehendet, qvi cogitarit, qvam usus excommunicationis in peius abiisset. Hinc etiam in conc. Vernens. c. 9 lex lata est, qva excommunicatis hominibus permittebatur, ut episcopi sententiam ad metropolitæ judicium deferrent, modo ante sententiam, ab hoc latam, poenas, ab episcopis sibi impositas, subirent; qvod si autem excommunicati hoc ipso judicio, parere nollent, "regis judicio exilio" afficerentur. Qvæ poena civilis, excommunicationi addita, satis probat, cum homines excommunicationem iniqve tulisse, tum episcopos, qva apud principes auctoritate florebant, eâ hoc jus suum æqve prudenter ac sollicite munivisse. Qvod inde qvoqve apparet, qvod clericis interdicebant ne ad palatium regis in episcopos justitiam implorandi causa irent (conc. Metens. c. 8) [20]

4. Principes Francorum non tanta, qvanta olim moris erat, munificentia opes et divitias in ædes sacras conferebant; qvamvis Bonifacius sua culpa hoc fieri non patiebatur [21]. Neqve igitur mirum est, decimas nondum imperatas fuisse. Omnino populus christianus fovebat notionem decimarum, ab eo, qvæ clero prodesset, longe alienam. Qvippe putabant homines, se pietate ductos decimam facultatum suarum partem interdum solvere debere, non vero clero sed pauperibus; qvalem decimationem ipse Pipinus aliqvando imperabat (vid. constitut. general. de letaniis faciendis pro ubertate terræ a. 754) [22]. Ethelbaldus, Merciorum rex, ut Guthlake, Eremitæ, apud qvem patriâ profugus tute degerat, gratiam*) referret, ecclesiæ et monasterio splendide exstruendo multum pecuniæ impendit [23]. Omnino in Britannia ædes sacræ majori munificentia ditatæ fuisse videntur; et multæ multorum opes eleemosynæ instar pauperibus et sacerdotibus collatæ. Qvemodmodum autem hæc opinio invaluerat, data eleemosyna male agendi licentiam comparari posse, sic in consvetudinem abierat, "eleemosynam porrigere ad minuendam vel ad mutandam *satisfactionem* per jejunium et reliqva expiationis opera, a sacerdote pro criminibus jure canonico indictam" (conc. Clovesh. II, c. 26). Tutius igitur Egbertus, archiep. Eborac., præcipere potuit: "ut unusqvisqve sacerdos sibi pertinentes erudiat, qvaliter decimis totius facultatis ecclesiis divinis debite offerant"; sed hæc modo admonitio est decimas solvendi; neqve probari potest, Britannos clericis decimas unqvam persolvisse. —

4. Opes, qvas clerici tenebant, sæpius diripiebantur, in Francia per Carolum Martellum [24], unde horrendæ fingebantur fabulæ de exqvisitis, qvæ ipse in Orco sustineret, suppliciis [25], in Britannia per Ceolredum et Hofriedum reges, qvos igitur Bonifacius affirmat "teribili morte præventos, in profundum inferni et tartarum abyssi demersos fuisse" [26]. Sed his tamen neqve Carlomannus neqve Pipinus terrebatur, qvo minus vel in bellis suis "ecclesialis pecuniæ partem aliqvam" auferret et retineret [27] vel opes ædium possidendas suis conferret [28]. Neqve major erat in Britannia ædium sacrarum securitas. Qvare Cudberthus, archiep. Cantuar., Ethelbaldo regi persvasit, ut in conc. Clovesh. I ediceret: "ut per omnia libertas, honor, auctoritas et *securitas* Christi ecclesiæ *a nulla persona* denegetur". Qvam vero freqvens ista sacrarum ædium direptio esset, neqve ipsos episcopos ab hac culpa se abstinuisse, perspicue indicatur in Chrodegangi archiepiscopi privilegio (Harduin conc. Tom. III, p. 2007) [29] et Pauli papæ constituto (ibid. p. 1999) [30].

6. Episcopos fide et auxilio secularium virorum ad se suaqve tuenda usus fuisse, verba conc. Germ. I. c. 5: "episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante gravione, qvi *defensor* ecclesiæ ejus est, ut populus Dei paganias non faciat cetqve" indubitatum reddunt. Qvam si advocatiam armatam dixeris, haud multum recusabo; nusqvam vero mentio fit advocatorum, a regibus constitutorum. Videntur autem prebyteri, hoc imitati, proceres civitatis *sui defensores* nacti fuisse (vid. pag. 37).

c) ratione metropolitarum.

In *Lombardia* metropolita Aqvilejensis, qvi sub Luitprando semel pallio a Romano patriarcha ornabatur (vid. pag. 29), jura sua retinuit, non vero tantam, qvantam sub florenti statu Longobardorum, potestatem civilem.

In *Britannia* bini metropolitanatus, olim constituti, manebant. Cudbertus, metrop. Cantuar., longe eminuit, et multa clericis suis commoda ab Ethelbaldo rege impetravit (vid. p. 34—35). Egbertus, metrop. Eborac. frater Eadberti, regis Northanhymbrorum (737—758), ecclesiasticæ disciplinæ multum consuluit. In *Hispania* Mauri, ut christianam religionem tolerabant, ita permittebant christianis, ut suis legibus tam sacris qvam civilibus uterentur [1]. Neqve igitur metropolitarum dignitas abrogata est.

Munus metropolitarum Bonifacius ope Carlomanni *in Gallia restituit*, inqve iis *Germaniæ* partibus, qvæ in Francorum ditionem redigebantur, *instituit* [2]. Hic enim quum mores non minus clericorum qvam totius populi admodum dissolutos esse vidisset, voluit, "ut metropolitanus hortaretur ceteros et admoneret et investigaret, qvis esset inter eos curiosus de salute populi, qvisqve negligens servus Dei" [3]; qvod autem coeca rituum Romanæ ecclesiæ admiratione captus erat, non solum operam dedit, ut ubivis locorum eadem cultus divini forma institueretur, sed etiam voluit, ut penes solos metropolitas potestas esset, hunc ad Romanæ ecclesiæ exemplar constituendi [4]. Præterea constituit, ut episcopi, "si qvid in sua dioecesi corrigere vel emendare" non possent, hoc metropolitæ in synodis indicarent, ipse autem metropolita, si simile qvid ei accideret, Romanæ sedi hoc "ad emendandum indicaret", omninoqve docuit, metropolitarum esse, "fidem catholicam et unitatem et subjectionem Romanæ ecclesiæ fine tenus vitæ suæ velle servare sancto Petro, et vicario ejus velle subjici et pallia ab ista sede qværere (ep. Bonif. ad Cudbert.); sed supra tradidimus (vid. pag. 29), Francos hoc minus prompte fecisse. Deniqve ad judicia metropolitarum ipse populus, si qvam injuriam passus esset, provocare potuit (conc. Suession. c. 3; conc. Vern. c. 9). Qvæ omnia qvam fuerint disciplinæ ecclesiasticæ, antea in Gallia collapsæ, salutaria, facile intelligitur. Neqve fieri potuit, qvin hæc ratio metropolitarum rei civili multum utilitatis afferret. Qvamobrem Carlomannus jam a. 742 et Bonifacium archiepiscopum constituit, et "synodum per annos singulos congregari" jussit, Pipinus autem a. 755 in synodo Vernensi c. 4 sanxit, "ut synodus bis qvotannis Kalendis Martiis et Octobris, ubicunqve ipsi placuisset, se præsente haberetur", metropolitis clericos convocandi potestate relicta (c. 4); et jam biennio ante præceperat, ut archidiaconus episcopi cum comite inferiores clericos ad celebrandum synodum cogeret, cujus dictis si hi non parerent, sexaginta solidos "componerent", si autem aliqvis presbyterum prohiberet, qvo minus veniret, hic regis ipsius judicio puniretur (conc. Mentens. a. 753, c. 4).

Neqve pontifices Romani his Bonifacii laboribus non lætabantur. Jam Gregorius III eum archiepiscopum creaverat [5], et Zacharias eum sedis apostolicæ legatum et vicarium salutavit [6]. Idem vero, arrogantia, credo, ipsius Bonifacii commotus, ut prohiberet, ne metropolitæ, spretis episcopis, qvicqvam arbitrarie constituerent aut agerent, in ep. ad Pipinum edixit: "nec metropolitanus aliqvid gerat *sine* ceterorum sacerdotum *consilio*", et: "nec *præter omnium conscientiam* faciat aliqvid".

Qvæ quum ita facta sint, ratio metropolitani muneris satis æqva dici debet. Neqve tamen hoc soli studio Zachariæ, nedum arrogantiæ Bonifacii debetur. Qvæ enim erant totius sacri ordinis rationes civiles, episcopi minorum urbium in synodis æqve multum poterant, ac toti provinciæ præpositi metropolitæ, unde nimium potestatis his conferri nec debuit nec potuit.

d) ratione episcoporum.

1. Bonifacius suum cuiqve civitati episcopum præfecit [7]; iisdemqve pristina hujus muneris jura tribuit. Qvæ igitur passim de his sancita sunt, paucis complecti juvat. Itaqve ad munus episcopi referebatur

a. jus presbyteros et diaconos *ordinandi* [8];

b. jus dioecesin suam *regendi* [9], ut omnia, qvæ vel ad dogmata vel ad cultus publici rationem, vel ad mores clericorum et monachorum pertinerent, "cognoscerent" [10], cognitisqve erroribus, mendis et delictis justam poenam ex canonum auctoritate imponerent [11]. Qvæ omnia ut episcopus facilius detegeret, dioecesin suam visitandi causa peragrare debuit [12], et, si qvando necessarium ipsi videretur, presbyteros, ut coram judicio suo comparerent, citare [13], semel deniqve qvotannis, in qvadragesima, totam vitam presbyterorum examine instituto explorare [14]; qvæ autem in provincialibus synodis sancita essent, clericis suis tradere [15].

c) jus homines baptizatos *confirmandi* et pecuniam, qvæ ob hoc solveretur, accipiendi [16];

d) jus census, decimas et nonas ab hominibus, qvi ecclesiarum res locatas tenebant, accipiendi (capit. Met. ad an. 757, capit. IV.)

e) officium providendi, ut ædes sacræ per hos aut per se ipsos restaurarentur [17].

2. Hanc potestatem episcopi ut integram sibi vindicarent et, qvoad licuit, dilatarent, summam operam dabant. Sic jam a. 742 legem ferebant in clericos vagantes (conc. Germ. 1, c. 4) [18]; post decem autem annos hunc canonem sanciebant: "ut ab episcopis ambulantibus per patrias ordinatio presbyterorum non fiat" (conc. Vermeriens. c. 14), qvod biennio post ad reliqva episcopi ministeria extendebant (conc. Vern. c. 13). Qvibus legibus suam qvisqve potestatem adversus reliqvos episcopos tueri voluit. Qvod vero ad inferiorum ordinum clericos attinet, hos "localitatis", qvæ barbare dicitur, officio glebæ adscripserunt [19].

3. Vicibus episcoporum archidiaconi fungebantur, qvorum in singulis dioecesibus Germaniæ plures fuisse non videntur, sed tantum unus, a latere episcopi non sine regis voluntate constitutus [20]. Hic autem tanta et dignitate et auctoritate præditus, munere suo haud raro male fungebatur. Qvod satis patet ex capitular. ad annum 744 capit. 6: "prævideant episcopi, ne *cupiditas* archidiaconorum suorum culpas nutriat".

4. Superbiæ et tyrannidis, qvam episcopi in presbyteros suos exercere solebant plura exempla nobis se offerunt. Est tamen bene animadvertendum, ferocitatem morum presbyterorum comitati et lenitati locum haud præbuisse. Æqvius igitur ferimus statutum illud Zachariæ papæ: "si qvis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit" (Hard. conc. Tom. III, p. 1901); sed qvis non iniqve fert eam vanitatem episcoporum, qva commoti præceperunt: "non licet in ullo altari, ubi episcopus Missam dixerit, ut postea illo die presbyter Missam dicat" (statut. Bonifac. 23), aut necessariam fuisse talem concilii Clovesh. II admonitionem: "ita tamen [sc. episcopi regimine suo utantur], ut familias suas meminerint digne in Domino diligere et non *in vice servorum* sed in vice filiorum habere" (c. 4). Qvid? qvod vapulaturos esse clericos sanxierunt, qvi de episcopo suo coram rege qverentur (conc. Matens. c. 8).

5. Etiam hoc ævo episcopi opes ecclesiarum, qvibus poterant modis omnibus, — v. c. hoc præcepto: "presbyteri post ordinationem suæ paupertatis prædia comparantes, testamenta ecclesiis confirment. Sin aliter ut fraudatores teneantur" (capitul. ad ann. 744, capit. XI). — augebant, auctasqve pro arbitrio suo profundebant. Sed minus lucrari poterant, qvod et pia hominum in ædes sacras liberalitas rarior erat, et direptio bonorum ecclesiarum per viros potentes freqventior, et contumacia ipsorum presbyterorum, qvibus vicos cetqve locaverant, audacior.

6. Omnino istæ injuriæ episcoporum restitutis juribus metropolitarum aliqvanto prohibitæ vel saltem retrictæ sunt.

e) ratione presbyterorum.

Presbyteros episcopis obseqviosos esse debere, in actis conciliorum sæpius præcipitur, nusqvam vero hoc obseqvium accuratius et diligentius exponitur, qvam ab Egberto de jure sacerdotali (vid. Harduin. conc. Tom. III, p. 1961 sqq). Quum autem episcopi, ut attulimus, illis satis molesti essent, et interdum ne ea qvidem, qvæ ad vitam sustentandam et cultum publicum instituendum necessaria essent, presbyteris relinqverent, hi indignam hanc vitæ suæ conditionem ægre ferentes, non solum episcopis pro virili restiterunt, sed ipsi injuste lucrum sibi facere tentarunt.

Primum enim sæpius præcipitur, "ut presbyter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione (= collecta) et adjutorio (ɔ: tributo s. præstatione) populi, qvi ibi confirmari debet" (conc. Germ. I c. 3); unde seqvitur, ut presbyteri episcopis ne debitam qvidem operæ illorum mercedem præstare vellent.

Deinde simili fraude prædiorum, qvæ locaverant, tributa persolvere recusarunt [21].

Tum aliqvi presbyteri, ut episcoporum suorum potestati se subducerent, aliis se parochiis præficiendos curarunt. Qvod eos fecisse tum præsidio potentum qvorundam laicorum fretos, tum auctoritate aliorum episcoporum invitatos, verba Bonifacii: "nullus presbyter creditam sibi ecclesiam sine consensu episcopi derelinqvat, et *laicorum svasione* ad aliam transeat" (statut. Bonifac. I) et: "qvi presbyter, relicto suo episcopo, ad alium *convolat*, degradetur" (ejusd. statut. IX), satis, opinor, arguunt.

Præterea curarunt, ut *defensores* haberent, qvorum fide et præsidio uterentur. Hi dicuntur mulctam pro presbyteris, ad synodum ire recusantibus, solvere, si ita comiti placuerit, debere (conc. Met. c. 4), et cum presbytero, qvi sua migraverit officia, judicandi ɔ: puniendi esse (conc. Vern. c. 8) [22]. Sic autem difficile est dictu, utrum defensoris nomen certum hominum genus, qvod advocatis episcoporum respondeat, significet, an tantum opem presbyteris a viris qvibuscunqve, qvi huic vel illi presbytero bene cuperent, præstitam indicet. Fieri igitur potest, ut de sola clericorum inferiorum, qvi suis haud deessent presbyteris, armata vi et præsidio intelligi debeat. Qvod eqvidem magis crediderim, siqvidem in isto canone conc. Vern. defensores dicuntur "secundum canonicam institutionem" cum presbyteris plectendi esse, nullus autem canon defensores presbyterorum constituit, nedum officia eorum definivit. Habuisse tamen presbyteros laicos interdum defensores, certum fit ex epist. Zachariæ ap. Hard. l. c. ordine VII. Namqve in hac "presbyteri, qvi sine episcopo, proprio arbitrio viventes, *seculares defensores habent* contra episcopos, et seorsum populos congregant, eorumqve (ɔ: suum) erroneum ministerium non in ecclesia sed per aggrestia loca et mansiuncculas [23] agunt, et ecclesias conturbant", dignitate sua exui et in vincula conjici aut monasteriis, ut per omnem vitam suam pænitentiam agant, tradi jubentur [24].

Postremo presbyteri, ab episcopis judicati, ad tribunal pontificis Romani haud raro provocabant. Qvid? qvod presbyteri, appellationis causam simulantes, Romam venerunt, neqve tamen causam suam Romano antistiti detulerunt, sed, in patriam reversi, mentiti sunt, se ab illo poenis liberatos fuisse [25]. Tantos jam abusos ista a Bonifacio commendata judicii Romanæ sedis "appellatio" genuerat.

Deniqve presbyteri contra canonum instituta, qvoties vel infantes baptizarent, vel aliud muneris sui ministerium peragerent, pecuniam a populo exigere solebant.

Ceterum restituta provincia metropolitarum presbyteris tantum, qvantum exspectare liceret, contra episcopos præsidium non præstitit. Ipse enim Bonifacius metropolita hos, qvantum potuit, opprimebat. Sed quum presbyteri in synodis provincialibus sedem haberent, conditio eorum neqve ita contemta neqve ita misera esse potuit, ut in ævo præcedenti fuerat.

f) ratione totius ordinis, universe spectati.

1. *Mores* hujus ævi clericorum admodum perversi erant. Cujus rei causam non minimam leges coelibatus præbebant. Ex epistola Zachariæ, papæ, (ap. Hard. l. c. ordine VII) non nisi lectoribus et cantoribus licuit uxores ducere. Unde varii generis *fornicatio* et sæpius vetaretur, et graviter puniretur, necesse erat. Ita Carlomanni principis capitular. I, capit. 1; II, capit. 2; Suessionens. capit. 3, fornicatores clericos muneribus suis exui, et poenitentiam subire jusserunt; et concil. Germanic. I c. 6 constituit: "ut post hanc synodum qvisqvis servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, in carcere poenitentiam faciat in pane et aqva". Neqve tantum inferiorum ordinum clerici hujus criminis rei erant. Etenim synodus Metensis (c. 1. 2) fatetur, superiores ipsos clericos incestum committere solitos fuisse cum "commatre sua et matrina [26] spiritali de fonte et confirmatione episcopi, cum matre et filia, cum duabus sororibus, cum fratris aut sororis filia, nepte, consobrina, sobrina, amita et matertera", et miram hanc poenam sanxit: "si bona persona [27] fuerit, perdat honorem suum, minores vero vapulentur aut in carcerem recludantur" (synod. Metens. c. 2). Eidemqve vitio sacrum ordinem Anglo-Saxonum deditum fuisse, opus Bedæ "de remediis peccatorum", in qvo singula incestus genera describuntur eo tempore freqventia, indubitatum reddit. Accedebat *ebriositatis* culpa haud infreqvens. Hinc enim conc. Clovesh. II, c. 21 sanciendum esse putavit: "ut monasteriales sive ecclesiastici ebrietatis malum non *sectentur* (?) aut *appetant* (?); . . . . neqve alios cogant intemperanter bibere; sed pura ac sobria sint eorum convivia, non luxuriosa, neqve deliciis aut scurrilitatibus mixta; . . . . et ut si nulla necessitas infirmitatis cogat, ante canonicam horam, id est diei tertiam completam, potationibus ebriosorum more non serviant". His addi debet *turpis lucri studium* et *turpiter dictorum consvetudo*, qvæ in conc. Clovesh. II, c. 9 satis graviter reprehenduntur. Ex illo autem factum est, ut conductores essent, multisqve negotiis secularibus operam darent (conc. Vernens. c. 16).

2. Clericos *litteris* parum instructos fuisse, supra commemoravimus [28]. Qvam vero iidem scientiæ, ad officium suum peragendum necessariæ, expertes essent, paucis jam attingam. Sacerdos qvidam Bavarus latinæ lingvæ, qva in omni liturgia uterentur, ita imperitus erat, ut in baptismi formula recitanda diceret: "baptizo te in nomine Patrua et Filia et spiritui sancti" [28]; alius autem verbo "mergo" pro "baptizo" usus erat [29]. Stephanus II constituit, qvid faciendum esset, si presbyter hominem baptizasset, neqve tamen "symbolum aut orationem dominicam aut psalmos teneret" [30]. Qvo etiam pertinet ejusdem papæ statutum XVI: "ut unusqvisqve episcopus edoceat presbyteros, qvid in illo baptisterio unumqvodqve verbum vel sententia *per se* significet", neqve non edictum concilii Clovesh. II, debere presbyteros, qvi vel solennia, qvæ "in Missæ celebratione et officio baptismi" dicuntur, verba non intelligerent vel vim sacramentorum haud tenerent, ea interpretari et exponere posse" (c. 10) [31]. In tanta autem clericorum inscitia superstitionis multa genera vigebant. Qvare Bonifacius, ceteroqvin homo satis superstitiosus, presbyteros et clericos, qvi "auguria vel divinationes aut somnia, sive sortes, seu phylacteria, id est, scripturas observarint", canonum vindicta plectendos esse censuit (statut. 33).

3. Clerici ut antea *tondebantur*; qvæ autem tonsuræ varietas ante hoc ævum discidia et bella excitaverat, hæc diutius nulla erat, siqvidem tonsura Petri per Bonifacium, cathedræ Petri admiratorem, ubivis locorum institueretur. De *veste sacerdotum*, conc. Liptin. c. 7 constituit: "ut presbyteri et diaconi non sagis laicorum more, sed casulis [32] utantur ritu servorum Dei", omniqve "habitus pompatu", et sagi vel armorum usu sæpius sacerdotibus a Bonifacio interdicebatur.

*

Q v i s e s s e t s t a

g) r a t i o n e v i t æ

I.

Monachi etiam per hoc ævum in magno honore habebantur, idqve non sine justa ratione. Namqve hoc tempore summa erat cura summusqve labor eorum in religione gentilibus populis tradenda collocatus (vid. p. 30). Iidém porro, coenobia sua in rudibus incultisqve locis condentes [1], de sylvis effodiendis (s. excodicandis) et agris colendis bene merebantur. Qvanqvam negari neqvit, superstitiosam venerationem reliqviarum, qvibus tam nova qvam antiqva monasteria instruebantur, multum his honoris atqve claritatis comparavisse; cujus rei insigne exemplum Laureshamensis monasterii historia exhibet [2].

Qvo majoris autem populus christianus vitam monasticam faciebat, eo plura monasteria indies condebantur, et ea qvidem tam ab episcopis qvam a privatis hominibus. Bonifacius qvatuor monasteria condebat (vid. pag. 30), inter qvæ Fuldense omnium celeberrimum factum est. Lullius, discipulus Bonifacii et post eum archiepiscopus Moguntiaus, Hersfeldensis monasterii conditor erat. Pontificum Romanorum plures vel antiqva coenobia restaurarunt, vel nova exstruxerunt (vid. pag. 28). Cancor, comes, a. 764 Laureshamense monasterium condidit. Pirminius, inter Alemennos prædicans, hos simul admonuit, ut monasteria exstruerunt; unde magnus horum numerus ad illum auctorem referri solet.

Neqve tamen eo, qvo antea, studio reges atqve principes in monasteria ipsi secesserunt. Unumqvodqve regnum suum qvidem afferre potest exemplum. Rachis, rex Longobardorum, a. 749 Zachariæ rogatu claustrorum otium qvæsivit (p. 29). Eadbertus, rex Northanhymbrorum, post regimen XXI annorum ab Egberto, fratre eodemqve archiep. Eborac., a. 758 tonsus est. Carlomannus, frater Pipini a. 747 in coenobium Montis Cassino secessit, et Childericus III a. 752 in monasterium qveddam detrusus est. Qvemadmodum vero hic contra voluntatem suam tonsus est, ita simile qvid de Carlomanno suspicari licet [4]. De Eadberto nonnulli idem tradunt, alii, contrarium affirmantes, illud tamen ipsi probabile reddunt [5]. Rachis deniqve non propriæ voluntati sed sermonum Zachariæ svavitati cessisse videtur, siqvidem postea illum hujus facti poenituit (vid. not. 44 ad p. 29). Solus Ceolwulfus, rex Northanhymbrorum, libere se regia potestate a. 737 abdicavit, ut monachus fieret [6].

II.

Monasteria, hoc ævo condita, largis muneribus prædita sunt [7]; qvod vero ipsum molestas procerum rapinas gignebat. Ita Bonifacius in epistola ad Cudbertum de eo conqvestus est, qvod "laici homines, imperatores, reges, præfectores et comites sibi per violentiam rapere" solebant monasteria, "ut pecuniam possiderent, qvæ fuit sangvine Christi comparata", et concil. Clovesh. II, a Cudberto a. 747 coactum, palam dicit, "monasteria propter vim qvandam tyrannicæ avaritiæ a secularibus humanæ adinventionis præsumptione teneri". Simile qvid etiam in terra continenti factum est (Mabillon. Præf. ad. P. 1 act. Sanctor. Ord. Bened. Sect. 3, n. 111); qvam ob causam synodus Vernensis a. 755 prudentissime constituit, ut, hoc si fieret, monachis liceret "de ipso monasterio in alterum migrare"; qvo facto laici nulla de fama talis monasterii lucrum amplius facere possent.

Neqve soli laici coenobitis molesti erant. Ipsi episcopi, haud secus atqve in seculo septimo, monasteriis multas injurias inferebant. Qvo primum pertinet, qvod hi contra regulam Benedicti abbates constituebant; qvod inde fortasse ortum est, qvod Bonifacius novis, qvos condebat, monasteriis abbates ipse præfecit. Deinde abbatis munus sibi passim vindicabant [8], qvod qvidem Planckius (l. c. p. 620, not. 12) inde repetendum esse censet, qvod pleriqve episcopi ex abbatibus sumi solerent.

Jam igitur monachi, ut ejusmodi injurias laicorum episcoporumqve arcerent, ad regum fidem confugiebant; qvæ est origo *monasteriorum regalium.* Definiuntur hæc ea esse monasteria, qvæ "ad mundium (ɔ: tutelam, patrocinum, defensionem) palatii pertinebant" vel "ad jus regium pertinebant", vel "qvæ erant juris regii", vel "qvæ pendebant de manu regia" (vid. Du Change l. c. Tom. IV, p. 869 seqq.). Talia vero monasteria ab omni jurisdictione episcoporum exemta erant, ut Abbas vel Abbatissa ad solum regem "faceret rationes" (synod. Vernens. c. 20). Interdum tamen episcopi ipsa privilegia regalia lædebant, neqve nisi certa pecunia sibi soluta ab injuriis desistebant [9].

Præter hoc armatum, si ita dicere liceat, monasteriorum patrocinium reges qvoqve aliis nominibus coenobiorum usibus prospiciebant. Huc pertinet capitulum synodi Vernensis 6, qvod præcipit, ut, "si aliqva monasteria sunt, qvæ earum (nonnarum) ordinem propter paupertatem adimplere non possunt, hoc ille episcopus de veritate prævideat, et hoc domno Regi innotescat (ɔ: annuntiet), ut in *sua eleemosyna* hoc emendare faciat".

Contra in Britannia reges monachis molestissimi erant. Namqve ex verbis Bonifacii: "de violenta monachorum servitute, operibus et ædificiis regalibus, qvæ in toto mundo chnorum non auditur facta, nisi tantum in gente Anglorum" (Wilk. conc. Britan. p. 93), illi videntur miseros monachos ad labores serviles suscipiendos coegisse.

Reliqvum est, ut capitulum synodi Vernensis 10 afferamus: "ut monachi, qvi veraciter regulariter vivunt, *ad Romanam sedem* vel *aliubi* vagari non permittantur". Ex hoc enim seqvi videtur, ut monachi nonnulli, abbatum injurias experti, Romani antistitis fidem contra hos appellarint. Non enim his verbis vetantur, ne otiosi extra claustra vagentur, siqvidem "regulariter vivere" dicantur. Et verba, qvæ seqvuntur: "et si talis causa evenerit, qvod absit, ut ille abbas sic remissus vel negligens inveniatur, ut in manus laicorum ipsum monasterium veniat" nostram illorum verborum interpretationem commendant. Monachi igitur presbyterorum exemplum secuti sunt (vid. p. 37). Atqve ipse qvidem Bonifacius Fuldense, qvod condiderat, monasterium, solius sedis Romanæ judicio commisit, "ut hoc sub jurisdictione sanctæ nostræ (— Zachariæ verba laudamus —) ecclesiæ constitutum, nullius alterius ecclesiæ ditioni submittatur" [10]; qvo privilegio Bonifacius hocce monasterium, cui impense favebat, futurorum episcoporum avaritiæ subducere voluit. Fieri igitur potest, ut aliorum monasteriorum coenobitæ Romam adierint, tale sibi privilegium expetendi causa. Qvod autem Vernensis synodus id improbavit, haud mirum est. Non enim episcopi poterant, qvin talia privilegia ægre ferrent. Ipse Lullius episcopalia sua in Fuldense monasterium jura contra privilegium Romanæ sedis exercere conabatur. Qvod quum Sturmius abbas nullo modo ferre vellet, Lullius Pipini regis auxilio Sturmium a. 765 exulem fecit. Sed biennio post idem Pipinus et Sturmio munus suum reddidit et privilegium monasterii ejus confirmavit (Mabillon, annal. Ord. S. Benedicti Tom. II p. 156 seqq.).

Simili modo alii episcopi monasteriis a se conditis consulebant. Widegernus, episcopus Argentorat. a. 728 monachis Murbachensibus hoc privilegium concessit, licere iis episcopalia in coenobio suo munia cuicunqve episcopo committere; atqve Hedda episcopus a. 748 aliud monasterium eodem jure donavit [11]. Sic enim monachi injurias suæ dioeceseos episcopi salvis juribus episcopalibus effugere poterant. Fortasse igitur istud *"aliubi"* capituli synodi Vernensis 10 de ejusmodi episcopis, qvibus monachi visitandi judicandiqve provinciam committere mallent, intelligendum est. Qvod quum canonicum ecclesiæ ordinem admodum turbare posset, Pipinus vero hanc synodum, cui interesant "universi pene Galliarum episcopi", hoc potissimum consilio "aggregari jussisset", ut "canonica instituta aliqvantisper recuperarentur", consentaneum erat, tale in hac synodo præceptum dari. Sed hæc hactenus. —

t u s s a c r i o r d i n i s

m o n a s t i c æ.

III.

Reliquum est, ut de disciplina et moribus monachorum nonnarumqve qvædam afferamus. Bonifacius pro suo Romani moris amore in concilio Germanico I. a. 742 sanciendum curavit: "ut monachi et ancillæ Dei monasteriales *juxta regulam S. Benedicti* coenobia vel xenodochia sua ordinare, gubernare et vivere studeant, et vitam propriam degere secundum prædicti patris ordinationem non negligant"; et seqventi anno in concilio Liptinensi idem præceptum repetiit "ad restaurandum normam regularis vitæ" (c. 1); unde igitur patet, monachorum haud secus ac clericorum disciplinam ante id tempus collapsam fuisse. Jubebantur igitur coenobitæ abbatibus et episcopis suis parere; neqve iis licebat vitam semel susceptam relinqvere, sed conc. Suession. c. 3 constituit: "ut ordo monachorum vel ancillarum Dei secundum regulam sanctam *stabilis* permaneat". His vero præceptis monachi morem non gerebant, qvoniam hæc in mediis hujus ævi tumultibus (— "emergentibus causis qvibusdam non congruis temporeqve inqvieto superveniente" (Præfat ad capit. synod. Vernens.) —) principes et magistratus minus observare poterant; cui accedit, qvod ipsi episcopi regulam Benedicti, ut suis commodis prospicerent, haud semel migrabant. Qvanta vero audacia tam abbates qvam monachi eam neglexerint, luculenter apparet ex synodi Vernensis c. 5: "ut monasteria tam virorum qvam puellarum secundum ordinem regulariter vivant. Et si hoc facere contemserint, episcopus in cujus parochia esse videntur, hoc emendare debet. Qvod *si non poterit hoc emendare*, illi, qvem Metropolitanum constituimus, hoc innotescat, et ipse (ɔ: hic) hoc emendari faciat. Qvod *si hoc ne ipse emendare poterit*, ad synodum publicam exinde veniant, et ibidem canonicam sententiam accipiant. Et *si publicam synodum contemserint*, aut honorem suum perdant, aut excommunicentur ab omnibus episcopis, et tales in eorum loco in ipsa synodo constituantur, *per verbum et voluntatem Domni regis* vel consensu servorum Dei, qvi secundum ordinem sanctum ipsum gregem regant." Ex ejusdem synodi c. 11: "de illis hominibus, qvi dicunt, qvod se propter Deum tonsorassent, et modo res eorum vel pecunias habent, et nec sub manu episcopi sunt, nec in monasterio regulariter vivunt, placuit, ut in monasterio sint sub ordine regulari, aut sub manu episcopi sub ordine canonico. Et si aliter fecerint, et correpti ab episcopo suo se emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis velatis eadem forma servetur", cum eadem contumacia coenobitarum elucet, tum turpe lucri studium, qvo ducti vitæ se monasticæ tradere solebant, perspicue indicatur.

Hujus lucri studium plura exempla referunt. Erant Abbatissæ, qvæ "duo monasteria habebant" (ibid. c. 15). Monachorum aliqvi "conductores" erant, et "actiones seculares habebant" (ibid. c. 16). In Lombardia ea consvetudo invaluerat, "ut monasteria vel xenodochia vel loca venerabilia, qvæ in defensione sacri Palatii [regii] erant, *compositionem duplicem* exigerent ab hominibus, qvi ad ipsa venerabilia loca componere debebant, sicut curtis (ɔ: villa) regia exigere" solebat; qvod tamen Aistulphus primo regni sui anno, ne diutius fieret, interdixit (Leg. Longobard. lib. I, tit. 2, c. 9). Seqvens ejusdem regis edictum: "Si qvis Longobardus qvalemcunqve rem possederit per XXX annos, et Custodes locorum venerabilium de ipsis rebus eum molestaverint, et ipse possessionem suam per XXX annos consignaverit, et ejus claruerit possessio, possideat et inantea", eundem animum, lucri studiosissimum, prodit, qvo ducti abbates non dubitabant privatorum hominum possessionibus vim inferre.

Neqve "stabilitatis" officium magis servabatur. Qvapropter synod. Vernens. c. 6 constitutendum esse putavit: "ut abbatissa non debeat nec per villas nec per alia loca demorari, nisi tantum, qvantum celerius potuerit ambulare et reverti".

Castitatis deniqve votum haud raro neglectum fuisse, leges de eo latæ satis demonstrant. Conc. Germ. I. a. 742 c. 6 hæc habet: "Si clericus aut monachus in hoc peccatum (fornicationem) inciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus, vertentem annum ibi poenitentiam agat. Similiter et nonnæ velatæ eadem poenitentia contineantur, et radantur omnes capilli capitis ejus", eædemqve poenæ in conc. Liptin. a. 743 c. 1 repetitæ confirmantur. Igitur impudicitiæ vitium freqventissimum fuisse videtur. Et vicessimo secundo anno post synodus Vernensis edixit: "ut si tales foeminæ velatæ ad præsens ibidem (ɔ: in monasteriis) congregatæ inveniuntur, qvæ regulariter vivere non velint, nec ad hoc dignæ sunt, ut cum illis aliis habitent, episcopus vel abbatissa prævideant locum aptum, ubi separatim cum custodia in pulsatorio habitare debeant vel operari manibus, qvod ipsa abbatissa iis jusserit, interim qvod (ɔ: usqvedum) dignæ sint probatæ, ut in congregatione recipiantur" (c. 6). Unde igitur affirmare licet, otiosas et libidinibus deditas mulieres in claustra solitas fuisse secedere.

Cæterum monachi ad sacrum ordinem pertinere vulgo putabantur; unde nomen clericorum tam de iis qvam de presbyteris et diaconis passim prædicatur (syn. Vern. c. 11 et alibi). —

Postremo mores monachorum in omnibus regnis iidem non erat. Recentes monachi *Germaniæ* agris colendis et religioni tradendæ egregiam operam dabant. Inter *Anglo-Saxones*, qvorum reges assiduis bellis incumbebant, nec ipsi monachos pluris faciebant, horum mores satis corrupti erant. Qvoties enim Beda monachorum mores collaudat, semper monet, tales eos "*tunc*" ɔ: sec. VII fuisse. Bonifacius vero in ep. ad Cudbertum invehitur in "ornamenta vestium, latissimis clavis et vermium imaginibus clavata", qvæ adventum Antichristi præcurrere testatur, qvi "per ministros suos introducat intra claustra monasteriorum fornicationem, luxuriam clavatorum juvenum et foeda consortia et tædium lectionis et orationis" (Wilkins, conc. Britan. p. 93); et in alia epistola nonnas describit dissolutam vitam degentes [12].

Qvæ autem vitia in synodis, a Bonifacio habitis, monachorum ordini objiciuntur, *Franciæ regni* monachos maximam partem spectant. *Romani* ducatus monachos novarum rerum cupidos fuisse, supra (p. 28—29) exemplis allatis indicavimus. Deniqve *Longobardorum* gentis monachi ita feroces erant, ut Aistulphus rex necessarium duceret edicere, qvid agendum esset, "si Abbas, Custos, aut Præpositus Judicem pulsaret" (Leg. Longob. lib. II, tit. 55 §. 18).

Litteræ bonæqve artes per hoc ævum parum colebantur. Hispania, olim sedes litteraturæ neutiqvam spernendæ, in ditionem Arabum redacta, magis oppressa erat, qvam ut ibi homines litteris admodum vacare possent. In Francia socordia regum stirpis Merovei, crebræ incursiones Arabum, belli studium Caroli Martelli, assidua bella Pipini Exigui, dissoluta deniqve vivendi ratio totius sacri ordinis, disciplinâ Bonifacii parum castigata, interqve hæc omnia scholæ publicæ intermissæ, litteris magnopere officiebant. In media Italia omnia hostilia erant. Nusqvam pax certa erat, nusqvam tuta fides. Longobardi deniqve intestinis motibus et externis bellis impediebantur, qvo minus humanioribus studiis se darent. Neqve facile in animum inducere poterant, ut Româ magistros hoc tempore arcesserent, qvo ipsi et Romani hostili animo alteri alteros inseqvebantur. Sola igitur Britannia doctos viros nutrivit, et eos qvidem pro illorum temporum rationibus haud contemnendos. Verum ipse Beda, stupendæ eruditionis vir, humanitati excolendæ parum proficiebat. Hic enim primum, exqvisitæ doctrinæ opera componens, universaliori civium excultioni minus consuluit. Deinde optima qvæqve præcedentium seculorum scripta excerpens, civibus suis propriam meditationem haud ita commendavit. Tum ethicen et dogmaticen Romanæ ecclesiæ incredibili reverentia prosecutus, plurima de casibus poenitentialibus, paucissima de morum honestate disseruit, falsa dogmata v. c. de igne purgatorio, (hist. eccles. III, 19) suo assensu comprobavit, et levissimis qvibusqve rebus, ut tonsuræ, pascha celebrandi rationi et al. plus, qvam æqvum esset, pretii tribuit. Præterea allegorica, qva utebatur, sacræ scripturæ interpretatione sobriæ hujus intelligentiæ multum offecit. Deniqve superstitione ævi sui valde imbutus, insulsas fabulas veræ rerum historiæ immiscere haud dubitavit. Qvod vero "axiomata" ad exemplum Aristotelis scripsit, hæc mentem humanam magis acuere qvam excolere poterant. Reliqvi Anglo-Saxonum scriptores ultra cogitandi modum Romanæ sedis haud enitebantur. Uterqve autem Gregorius, de litteris haud solliciti, in scriptis suis id solum agebant, ut dominationi sedis suæ prospicerent.

scriptores latini.

Beda, "*Venerabilis* dictus, natione Anglus, natus est a. 672. Septennenis puer cura propinqvorum datus est educandus Benedicto, monasterii S. Petri ad Weremutham, et monasterii S. Pauli ad Ingyrvum s. Girvicum abbati. In his monasteriis sub Benedicti ac postmodum Ceolfridi abbatum regimine . . . . . adoluit, vixit et consenuit Beda. Anno ætatis 19 diaconatus, anno 30 presbyteratus gradum suscepit . . . . circiter a. 702, et lautissima jam omnifariæ doctrinæ suppellectile, ac penitiori utriusqve lingvæ, optimarumqve scientiarum cognitione instructus, ad scribendum se accinxit . . . . . De laudibus ejus Malmesburiensis (de gestis Anglorum l. 3, c. 3, fol. 10). *Vir* inqvit, *qvem minari facilius qvam digne prædicare possis. Qvi in extremo natus Orbis angulo, doctrinæ corusco terras omnes perstrinxerit*" (Cave l. c. p. 402) † 735.

Scripta ejus longe plurima argumenti sunt
- a) *homiletici*, v. c. homiliarum evangelii libr. III, conciones æstivales 35 de tempore, 33 de sanctis, hiemales 15 de tempore, 16 de sanctis, qvadragesimales 22, et al. complectentes:
- b) *exegetici*, v. c. rhapsodiæ, commentarii, qvæstiones:
- c) *historici*:
  1. historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum libr. V;
  2. epitome s. breviarium historiæ Anglorum;
  3. vita Cudberti, episc. Lindesfarensis; vita patrum Hibernorum;
- d) *ethici*:
  de remediis peccatorum s. excerptum de canonibus patrum; axiomata.

Bonifacius, Germanorum apostolus dictus:
1. epistolæ longe plurimæ;
2. statuta triginta sex.

Egbertus, archiepiscop. Eboracensis 732—767:
1. dialogus de ecclesiastica institutione;
2. ad Zachariam papam pro pallio;
3. lectiones ad pastores provinciæ suæ;
4. constitutiones ecclesiasticæ;
5. poenitentiale, lib. IV.

Gregorius II, antistes Romanus:
1. responsionum liber I ad Leonem Isaur. Imperat.; qvi periit;
2. responsionum lib. I ad Johannem, episc. Constant.;
3. epistolæ duæ ad Leon. Isaur. pro cultu imaginum.
4. epistolæ XIII.

Gregorius III, antistes Romanus:
1. epistola ad Ursum, ducem Venetorum;
2. — — Carolum Martellum;
3. — — episcopos in Bojoaria et Alemannia constitutos.

Fredegarius Scholasticus, patria Burgundus:
chronicon ab orbe condito ad a. secundum Clodovei ɔ: a. 641.

Florus, monachus:
gesta et passiones sanctorum martyrum.

III.

Ævum Caroli Magni.

768—814.

Transimus jam ad ævum omnium celeberrimum, cui Caroli Magni nomen præficiendum esse duximus.

Primum enim pleræqve Europæ gentes, Caroli armis superatæ, hujus unius viri imperio subjectæ sunt; qva re in Occidentis populis ea vitæ morumqve varietas, qvæ ecclesiæ rationem in regnis variis variam per secula reddiderat, maximam partem sublata est. — Qvi vero istæ victoriæ reportatæ sint, non hujus loci est tradere. Leviter commemorare satis habeo, Carolum

1. cum Carlomanno fratre regnasse a. 768—771, et ab hoc tempore, quum filiorum defuncti fratris hæreditatem avertisset, solum regnasse 771—814;
2. Saxones post diuturna et ancipitis fortunæ bella, inter a. 772—803 gesta, suæ tandem potestati subjecisse;
3. Longobardorum regnum a. 773—74 in suam ditionem redegisse,
4. neqve non duces Spoleti, Beneventi et Fori Julii, olim Longobardorum regum vasallos, subegisse;
5. invitatum a præfectis qvibusdam Maurorum, crebris incursionibus (a. 777—809) "marcam hispanicam" ɔ: septentrionalem Hispaniæ ad Iberum fluvium partem occupavisse;
6. Tassilonem, proditorem, Bavariæ ducatu a. 788 spoliavisse;
7. Gentem Avarorum assiduis bellis (a. 791—99) devicisse; qva belli fortuna regni sui fines ad Savum et Tibiscum fluvios protendit;
8. deniqve cum Danis, qvorum fortitudinem frangere haud potuerat, a. 811 pacem ea lege iniisse, ut Albis fluvius finis utriusqve ditionis esset.

Idem *deinde*, qvanqvam suas cuiqve genti leges relinqvebat, multas tamen leges tulit ab omnibus regni sui populis servandas, et eas qvidem maxime de rebus ad ecclesiæ rationem pertinentibus; qva re Occidentis ecclesiæ ferme omnes communia jura nactæ sunt.

Præterea Carolus in iis, qvæ longe plurima sapientissime sanciebat, instituendis certam legem s. normam secutus est*), qvam fere singula, qvæ de sacris rebus edicebat, haud obscure referunt. Itaqve hoc ævo ratio ecclesiæ christiana plane singularis et vere *Carolina* facta est.

Qvæ quum ita sint, nos qvidem pro instituti nostri ratione oportebat historiæ annorum 768—814 proprium dare locum.

Sed in hac enarranda ab eo, qvem in præcedentis ævi historia seqvebamur, ordine paululum discessimus, ut suo qvodqve loco aptius tradere possemus. Præmisimus *litium* et *sacrorum certaminum* historiam (p. 42—45), qvod hæc ita se habent, ut singularum Orientis et Occidentis ecclesiarum, et celeberrimorum hujus ævi virorum indolem perspicue prodant. In iisdem tabulis *litteraturæ* et *scriptorum* historiam paucis attigimus, siqvidem eorum, qvæ viri docti scribebant, pleraqve ipsa certamina sacra spectant, reliqva vero characterem hujus ævi clarius indicant.

Quum autem controversiæ sacræ non tantum, qvantum in binis præcedentibus ævis, conferrent ad Romani antistitis potentiam et auctoritatem augendam, hæc autem utraqve iis Caroli legibus circumscriberetur, qvæ *sacri ordinis et regalis potestatis jura* definiverunt, hæc prius enarravimus (p. 46—51), qvam *Romanæ hierarchiæ* historiam exposuimus (p. 52—55). Neqve *propagatæ religionis* historiam, ut in præcedenti ævo, hierarchiæ adjunximus, siqvidem hæc illâ neqve augebatur neqve comminuebatur. Aptius igitur illius historiam inter reliqva certamina sacra in primis tabulis recenseri posse putavimus, maxime qvod perfecta morum Caroli et theologorum hujus ævi imago, illâ non cognita, effici neqveat.

Postremo *inferiorum ordinum ecclesiasticorum* rationes, qvæ, qvales factæ fuerint, ex reliqvis omnibus, qvæ præcesserint, sponte intelligitur, enarrare studuimus; qvibus enarratis tandem *de monachis* et *vita canonica*, qva clericorum ordo ad monachorum similitudinem instituebatur, paucis disseruimus.

Qvandoqvidem superstitio cultus imaginum in Græco imperio non tam argumentis refutata qvam vi et armis repressa esset, qvisqvis exspectabit rabiem iconodulorum haud cessare potuisse, sed iconomachos, ubi fieri posset, ut suam profiterentur sententiam, cogere voluisse. Qvo magis vero omnium ordinum homines hanc solam rem animis agitarent, eo magis litteratura theologica tenuis et exsangvis fieret necesse erat. — Itali, Romanæ fidei admiratores, melius sapere non poterant. — Sed Francorum gens, Pontificio jugo non ita adstricta, sanæ et liberæ menti asylum præbuit. Cujus rei maximam laudem Carolus M. meruit. Hic enim, ut leges ferendo internam regni securitatem, sine qva litteræ bonæqve artes florere neqveunt, confirmavit, sic scholas, ad monasteria et "episcopia" condendo ordinandoqve[1], et doctos viros undiqve terrarum arcessendo, neqve non sacrum ordinem tam præmiis adhortando qvam minis compellendo, ut spirituali muneri suo satisfaceret, litterarum studiis valde consulebat. At noli putare, hæc Caroli M. studia ipso adhuc superstite uberrimos fructus tulisse. Scientiæ empiricæ vel ignotæ erant, vel animis, superstionis caligine obfusis, parum arridebant. Morum disciplina ne excoleretur, vitæ monasticæ æstimatio et poenitentiæ canonicæ, in externa actionum forma subsistentis,

l i s i c o n o c l a

Supra nos narravimus, Pipinum regem in Gentiliaco synodum de imaginibus celebravisse. Hujus autem synodi historia non una premitur difficultate. Certum qvidem est, hanc synodum *"inter Græcos et Romanos"*[3] habitam fuisse, incertum autem, qvo potissimum consilio Græci (ɔ: legati Constantini V, Imp.) Pipinum adierint. Neqve minus certum est, eam qvæstionem motam fuisse, utrum imagines colendæ essent, qvod Romana ecclesia et magna pars Græcorum monachorum et sacerdotum contendebat, an ne tolerandæ qvidem essent, qvod concilio a. 754 et Constantino visum erat; qvod enim unus tantum scriptor[4] attulit, disceptatum ibi fuisse, "utrum imagines fingendæ an pingendæ essent", id verum esse non potest, siqvidem iconolatrarum nemo, nedum Constantinus iconoclasta, qvi legatos illos miserat, *statuas* in ecclesiis ferebat. Certum deniqve est, decreta synodi et Imperatori et Pontifici Romano a Pipino rege missa fuisse[5]; qvod autem hæc decreta sanxierint, de eo nil certi affirmari potest, qvod acta ipsius synodi nulla supersunt. In varias igitur conjecturas viri docti discesserunt. Sunt, qvi Romanam orthodoxiam vicisse affirmare non dubitent[6], qvoniam hæc in synodo, biennio post Romæ habita, confirmata sit; qvod tamen argumentum leve omnino foret, nisi duodecim Franciæ episcopi[7] ei interfuissent. Aliud argumentum peti potest ex amica, qvæ Pipino cum Romano pontifici intercedebat, familiaritate. Aliis autem[8] visa est hæc synodus mediam viam, qvà Franci postea a. 794 incedebant, secuta fuisse, partim ob hujus synodi decreta, partim ob silentium, qvo tum Hadrianus Pontifex tum recentiores scriptores acta illius synodi præterierunt. Utra sententia verior habenda sit, dificillimum est dictu. Dicam vero, qvid sentiam. Constantinus Imp., qvi expertus fuerat, Græcum imperium ob damnatas imagines, qvas Romanus pontifex laudabat, potestatis suæ in Italicis tractibus maxima ex parte jacturam fecisse (vid. pag. 28—29), haud dubie legatos suos ad Pipinum misit, ut per eum, si ipsius sententiam comprobavisset, Italorum in iconoclastas furor compesceretur, haud immemor, qvanta is Romæ auctoritate valeret. Vix autem crediderim, Pipinum, qvi Italiam in ditionem suam redigere cupiebat, causam invidiæ, qvà Itali Græcum imperatorem perseqvebantur, tollere voluisse; potius vero animos Italorum sibi devincire cupivisse. Jam vero Constantinus, quum ista spes ipsum fefellisset, vi cives imperii sui cogere voluit, ut rebellem animum exuerent. Qvod non solum Græci scriptores affirmant, contendentes, eum ipsas reliqvias Sanctorum amovisse (Theophan. Chronograph. p. 294), sed Romana etiam synodus a. 769 haud obscure indicat. Sed hæc hactenus. — Hæc autem synodus Romana, sub auspiciis Stephani III celebrata, decrevit: "imagines et vultus Sanctorum, in qvolibet loco depictas, celeberrimo honore venerari debemus"[9]. —

Interea summa Imperatoris severitate factum est, ut imagines a Græcis palam non colerentur; qvanqvam non deerant, qvi imaginibus impense faverent. Itaqve *Leo IV*, Imperator, quum aulicorum nonnullos iconolatras esse comperisset, gravissimis hos poenis afficiebat; quumqve duas imagines in cubili Irenæ imperatricis detexisset, non dubitabat eam dimittere; cujus rei poenam morte sua luisse putatur († 781). Hæc autem mulier, dum, impubere filio Constantino VI, regnaret, commonitá ab Hadriano I, antistite Romano, "ut omni falsitatis nubilo exploso, victricem faceret veritatem"[10], per Tarasium, laicum, qvem patriarcham eligendum curabat[11], a. 786 concilium, qvod oecumenicum esse ferebat[12], Constantinopoli ad imaginum cultum restituendum convocavit. Quum autem episcoporum non pauci cultum imaginum iniqvius ferrent, milites, seditione facta, patres, ut discederent, coegerunt. Qvare Irene a. 787 Nicææ idem concilium celebrari jussit. Neqve qvi nuper imaginibus infesti fuerant episcopi, voluntati Imperatricis cedere dubitabant[13]. Itaqve post multas qvæstiones futiles institutas, in actione VII decretum est, "vivificæ cruci Christi, B. Virginis, Angelorum, Sanctorumqve imaginibus τιμητικην προςκυνησιν esse tribuendam, easqve *osculis*, *incensorum* et *luminum oblatione* esse honorandas, non tamen vera illa λατρεια, qvæ soli Divinæ naturæ competit". Qvo qvidem decreto cultus imaginum per totum Orientem solenniter restituebatur; qvanqvam non deerant, maxime inter milites, qvi impium eundem ducebant. Quum autem *Nicephorus*, Imp., decreta hujus concilii rata esse vellet, et *Michael I*, Imp., qvosdam imaginibus infestos poenis afficeret, hic cultus per reliquum hujus ævi tempus a plerisqve Græcis observabatur.

Interea vero Carolus M. generale regni sui[14] concilium, cui Theophylactus et Stephanus, legati Hadriani I, intererant, ipse vero Carolus præsidebat, Francofurti a. 794 habuit. In hoc patres, indigne ferentes decretum istud concilii Nicæni II[15], ante septem annos habiti: "anathemate judicandos esse, si qvi imaginibus Sanctorum ita ut deificæ Trinitati, servitium aut adorationem non impenderent" (conc. Francos. c. 2), ad unum omnes *"omnimodis adorationem et servitutem renuentes contempserunt, atqve consentientes condemnaverunt"* (ibid.). Qvæ verba, qvamqvam luce clarius et cultum imaginum improbant, et Nicæni concilii scita damnant, Pontificum aliqvi, maxime Jesuitæ, contendere haud dubitaverunt, his ipsis confirmata esse Nicæni concilii de imaginibus decreta. Atqvi Baronius verba hæc intellecta vult de *impio* ad idololatriam prope accedente cultu imaginum, ipse tamen, velut sui immemor, alio loco affirmans, legatos Romanæ sedis, qvi concilio intererant, protestationem in canonem illum vice sedis apostolicæ Romanæ protulisse. Qvod si verum sit, prius falsum sit necesse est, nisi credere fas sit, hosce legatos impium cultum imaginum comprobavisse.

Maturius, incertum vero qvo anno, conscripti erant libri, qvi dicuntur, Carolini IV de impio imaginum cultu; qvi qvidem graviter et perspicue *cum* adorationem imaginum, a. 787 a Græcis sancitam, impiam et idololatriæ similem esse demonstrant, *tum* alteram Græcorum synodum, (procul dubio eam, qvæ a. 754 habebatur), ob id vituperant, qvod hæc omne imaginum usu hominibus interdicens, has ne collocari qvidem in ædibus sacris passa fuerat. Jam vero libri hi volunt, ut imagines in ædibus sacris collocatæ maneant vel ornamenti causa, vel ut, symbolorum instar, populo, legendi imperito, gravissima sacræ historiæ capita in memoriam revocent. Qvod utrumqve qvam juste disputatum sit ac prudenter institutum, qvis non miratus confiteatur? Hinc magna exstitit cupido horum librorum auctorem cognoscendi, Ac nonnulli qvidem Carolum eos scripsisse autumant, qvod nomen ejus in fronte gerant. Qvæ ratio, nimium probatura, nihil probat. Inde enim seqveretur, omnes cujuscunqve generis leges, qvæ nomine viri cujusdam publici juris factæ sint, ex ipsius ingenio profectas esse. Qvis autem hoc facile contenderit! Alii Alcuinum eorum auctorem habent, siqvidem ejus et fides et scribendi ratio in iis expressa sit, integrum deniqve horum librorum caput, in ejus ipsius commentariis in evang. Johan. legatur; aliis tamen secus judicantibus, qvod Alcuinus, qvo tempore hi libri editi sunt, in Gallia non degeret. Nos litem hanc

necessitas graviter impediverunt. Omnino *trivium* (ɔ: grammatica, rhetorica et dialectica) et *qvadrivium* (ɔ: arithmetica, musica, geometria et astronomia), qvæ sola in scholis tradebantur, non tam animum excolere possunt, qvam intellectum formaliter, ut dicunt, fingere[2]. Accedit, qvod multi christiani, et ipse qvidem Alcuinus hujus ævi doctissimus vir, classicos, qvi dici solent, scriptores Græcos et Latinos, qvod gentiles essent, indignos habuerunt, qvi legerentur. Qvæ quum ita sint, nemo facile Caroli de litteris merita minoris habeat, qvod, qvi hoc ævo scriptores eminent, hi, doctorum ecclesiasticorum effata, homilias et interpretationes collegerunt, vel virorum celeberrimorum vitas, insulsis fabulis refertas, memoriæ tradiderunt, vel historiam scribendi pericula, omni judicio destituta instituerunt, vel ritus liturgicos parum feliciter explicarunt, vel deinqve dogma trinitatis et naturarum Christi argutius exposuerunt. Qvis enim orientis solis plenam lucem et calorem expertus est? — Hispanis sub imperio Saracenorum tute degentibus, meditandi scribendiqve potestas facta erat, ac Britannia, patria Bedæ Venerabilis, studiorum theologicorum alma mater esse manebat. —

s t i c a.

sub judice etiamnum esse, haud dolemus. Namqve testatissimum est, *Carolum hos libros*, nomine suo editos, *sanxisse*, neqve stylus ita obscurus est, ut egeat explicatione, ex indole et ingenio scriptoris cujusdam petenda. Jam igitur, quum concilium Francofurtanum eandem plane sententiam de cultu imaginum tulerit, difficile dictu est, utrum accuratam, qvam Franci tenebant, litis hujus in Oriente gestæ cognitionem, an liberam ac sobriam mentem Caroli et tot Occidentis theologorum magis admiremur, maxime si meminerimus, patriarcham Romanum concilii Nicæni decreta laudibus in coelum extulisse.

Hi libri Carolini Romam ad Hadrianum I per Angilbertum missi sunt. Hadrianus autem futilibus argumentis imaginibus τὸ "venerari, adorari, osculum et honorabilem salutationem" vindicare, qvam doctæ Francorum ecclesiæ disqvisitioni cedere maluit. Qva re ista imagines colendi superstitio non solum non est per totum Occidentem exstincta, sed novi etiam de ea in proximo ævo motus orti sunt.

Scriptores Græci.

Tarasius, illustri genere ortus, imperatori a secretis erat, donec a. 785 ab Irene patriarcha electus est. Hic qvam strenue imaginum cultui consuluerit, jam attulimus. Sed ad mores viri cognoscendos, scire oportet, eum a. 795, quum Constantinus Imp. Mariam uxorem, ut Theodoten pellicem in matrimonium duceret, repudiare vellet, id fieri passum fuisse:

1. Apologeticus, ad populum habitus, qvo die patriarcha electus est.
2. epistola encyclica ad patriarchas Orientales.
3. epistolæ duæ ad Hadrianum I.

Georgius, monachus Const., Tarasii syncellus:

chronicon ab orbe condito usqve ad Maximiani tempora; "qvod integrum fere ex chronico Eusebii, qvem nihilominus data qvavis occasione insectatur, desumpsit" (Cave).

Theophanes, Confessoris nomine honoratus, qvi, postqvam varia munera civilia perfecisset, monasticæ vitæ totum se dedit, et postea sub Leone V multa mala ob imagines strenue defensas passus est. Scripsit chronographiam rer. in imperio Constant. gestar. tam ecclesiastic. qvam civil. ab a. 285 ad a. 813.

Theodorus, *Studites* a monasterio, cui ad tempus præfuit, dictus, omnium maxime in iconomachos sæviit. †826. Scripsit

1. multas epistolas, maxime de malis, qvibus afficiebatur, et civilibus, qvæ gerebantur, rebus.
2. de honore et adoratione, SS. Imaginibus exhibenda.
3. oratio in adorationem et exaltationem pretiosæ et vivificæ crucis.

Scriptores latini.

Alcuinus, Anglus, discip. Egberti, ex diacono Eboracensi abbas Cantuariensis factus, a. 790 in Galliam vocatus est, ubi, "consiliarius et delicosus Caroli M" (Anastat.), scholæ Palatinæ præfectus, tandem Turonis abbas S. Martini factus est. Scripta ejus argumenti sunt

a) *dogmatici*, v. c. de fide sanctæ et individuæ trinitatis lib. III;
b) *ethici*, v. c. de virtutibus et vitiis;
c) *exegetici*, v. c. commentarii in S. S.;
d) *polemici*, v. c. adversus Felicem et Elipandum;
e) *historici*, v. c. vita Willebrordi, Martini, al.;
f) *philosophici*, v. c. de VII artibus. Præter hæc scripsit
g) varii argumenti epistolas 232.

Ambrosius, Autpertus s. Ansbertus, Gallus, monachus Benedictinus, inde abbas S. Vincentii de Vulturno. Scripsit sub Desiderio, rege Longob., et Stephano III a. 767 dicavit

commentariorum in Apocalypsin lib. X;
vitæ abbatum qvorundam S. Vincentii.

Paulus, Warnefridi filius, diaconus Aqvilejensis, cancellarius Desiderii, a Carolo M. a. 774 captus et ob fidem in Desiderium exul, monachus Casinensis factus est, ipsi Carolo M. carus:

1. de verborum significatione, epitome librorum Verrii Flacii, nobilis veteris Grammatici, sub Augusto degentis;
2. homiliarium ɔ: homiliæ in evangelia Dominicalia atqve anniversaria ex probatorum ecclesiæ doctorum lucubrationibus jussu Caroli M. selectæ;
3. historia Winilorum ɔ: Longobardorum ad excidium regni ɔ: a. 774 lib. VI;
4. vita Gregorii I, lib. IV; vita S. Mauri; miracula S. Arnulphi;
5. epistolæ v. c. de regula S. Benedicti ad Carol. M;
6. sermo de assumtione Mariæ.

Paulinus, episcop. Aqvilejensis:

1. libri III contra Felicem:
2. sacrosyllabus ɔ: de s. trinitate;
3. regula fidei;
4. de salutaribus documentis s. liber exhortatorius ad comitem qvendam.

Eginhardus, Germanus, Caroli M. gener vulgo, sed falso, habitus, ejusdem archicapellanus, et cancellarius palatii regalis notarius, qvæ scripsit, ad proximum ævum pertinent.

Theodulphus, Aurelianensis episcop., qvem alii Italum alii Hispanum esse putarunt. Scripsit

1. capitula ad presbyteros parochiæ suæ 46, c. a. 797;
2. de spiritu sancto, a. 809;
3. de ordine baptismi, a. 812;
4. carminum lib. VI;
5. sermones II, qvorum fragmenta supersunt.

Qvæ in hoc ævo agebantur certamina sacra, indolem referunt longe aliam, qvam ea, qvæ Bonifacio auctore exstiterunt. Hic coecam Romani antistitis reverentiam ubivis locorum prædicabat et in plerisqve causis suo exemplo commendabat; Francorum autem, qvi hoc ævo florent, theologi, libero fortiqve animo instructi, haud patiuntur Romanam orthodoxiam sibi obtrudi. Bonifacius, si qvando a Romani antistitis arbitrio discederet, tamen speciem summæ reverentiæ servabat; Franci libere profitentur, se aliam, atqve apostolicæ sedis patriarcham, sententiam in dogmate gravissimo fovere, et sententiæ suæ rationes ipsi explorandas palam mittunt. Bonifacius qvos damnandos curabat, hos malis artibus circumveniebat; Franci argumentis doctisqve disputationibus certare malunt. Pipinus rex, a litteris alienus, Bonifacio, qvaslibet res instituenti, assentiri solebat; Carolus Magnus, litterarum studiosissimus, cleresiæ suæ exemplum damnandi superstitionem præbet. Bonifacius homines, dominationi ejus haud parentes, criminum injuste postulabat; Franci convicia viri hæretici, suamqve auctoritatem magna audacia illudentis, æqvissimis animis ferunt. — Qvanto magis dolendum est, Carolum gentilium ritus et consvetudines vi exstirpare qvam institutione tollere maluisse, ipsosqve Franciæ præsules tantum qvæstionibus metaphysicis tribuisse, ut viro, veritatis studiosissimo vim inferre haud dubitarent.

C e r t a m i n a

1. adversus Migetium.

Migetianismi nomine appellamus hæresin, de qva *Elipandus*, archiep. Toletanus, Migetium, episcopum qvendam sui metropolitanatus, acerbe reprehendit. Sed haud scio, an alius litis historia hac obscurior sit, sive ipsius hæreseos natura, sive ea, qvæ in lite facta sunt, qværantur. Videlicet hoc utrumqve cognoscendi nullus fons est præter epistolam aliqvam Elipandi, viri omnia in suum decus, adversariorum autem dedecus pervertentis. Qvis autem talis hominis verbis fidem temere habebit? Hic igitur in ista epistola, "nominibus episcoporum Hispaniæ ad episc. Galliæ, Aqvitaniæ et Austriæ scripta", in Migetium congerit crimina *liturgica* [2], *ethica* [3], *impie* deniqve *dictorum*, qvibus hic se Messiam venditarit; qvæ vero singula talia sunt, ut potius vesanum hominem qvam hæreticum referant. Postremo Migetium "*Casianorum Salibanorumqve* "doctorem vocat; qvæ tamen verba, nisi ipsum Elipandum vesanum habere præplaceat, sine dubio mutanda sunt, in *Sabellianorum*, qvorum e numero *Joh. Cassianus* fuerat, sectatorem. Ex iis autem, qvæ Elipandus, satis qvidem indefinite, de hac hæresi attulit, tota res hæc esse videtur. Migetius, ut Nestorianismi errorem evitaret, et tamen unam humanæ et divinæ naturæ Christi personalitatem vindicaret, aliqva disputavit, ex qvibus Elipandus hunc ei errorem obtrudere posse putabat: Christum nulla ante incarnationem personalitate gavisum fuisse, ex qvo alterum hunc errorem efficiebat: secundam trinitatis personam ante id tempus nullam fuisse; qvæ qvidem, si inter antiqvas hæreses referenda essent, Sabellianismi nomine commodius appellari poterant. Ut autem hoc se habet, id certum est, Elipandum, postqvam Migetium acerbe et arroganter tractavisset, ex ipso certamine victorem discessisse.

2. adversus Beatum.

Idem Elipandus, ut Migetii hæresin tolleret, urgendam esse censuit formulam, in Occidente prædicari solitam [4], qvà Jesus homo *adoptivus filius* Dei vocabatur. Jam vero *Beatus*, presbyter Asturiæ, et *Etherius*, episcopus, hanc formulam, qvam putabant Nestorianismum gignere posse, improbarunt. Qvod ubi Elipandus cognovit, Fideli, abbati cuidam Asturiæ, per litteras præcepit, ut, qvemadmodum ipse Migetianismum exstirparat, ita hic illam formulam contra Beatum defenderet, affirmans, hæreticum esse, qvicunqve Christum hominem adoptivum filium Dei profiteri recusarit. Heic fortasse mireris, qvid esset, qvod Elipandus, munere hoc Fideli commisso, laudem Beatianismi redarguendi sibi præreptam vellet; sed observandum est, regnum in jugis Asturiæ, a Mauris haud occupatum, sui juris et potestatis esse. Haud dubie igitur Elipandus timuit, ne, si qvid arrogantius in illos homines suscepisset, spretæ dignitatis suæ contumelia afficeretur. Et sane qvidem theologi illi, Elipando cedere nolentes, docte et copiose demonstrarunt, ejus ipsius formulam Nestorianismi fautricem esse. Neqve valuit Elipandus constantiam eorum frangere.

3. de Adoptia

Ista vero lis Beatianismi sine dubio in tenebris Hispaniæ latuisset, si non Felix, episc. Urgeli, urbis Cataloniæ, qvæ, in ditionem Caroli M. redacta, Narbonensi metropolitæ subjecta erat, eadem, atqve Elipandus, formula usus fuisset; unde nova lis inter Gallos et Hispanos orta est.

Ipsa vero hujus litis initia obscuriora sunt. A. 788 Narbonnæ synodus habita fuisse dicitur "pro multis et variis ecclesiasticis negotiis, præsertim pro Felicis . . . . pestifero dogmate" (Hard. IV, p. 821). Sed acta synodi solos fines metropolitanatus Narbonnæ definiunt, et ipse qvidem Felix his nomen suum subscripsit. Hinc suspicari licet, aut sententiam Felicis patribus probatam esse, aut ipsis subtiliorem visam, qvam ut aliqvam de ea sententiam ferre possent, aut sola ecclesiastica negotia patribus discutienda a Carolo commissa fuisse, qvanqvam Hadrianus pontifex, ut simul de Felicis hæresi qværerent, præcepisset, aut deniqve totam lineam: "præsertim etc." cum subscriptione Felicis parvæ fidei esse. Res incerta in medio reliqvenda est.

Qvarto post anno (a. 792) Felix Ratisbonam arcessitus est, ubi hæresis ejus "æterno anathemate damnata" [5] est. Ipse deinde per Angilbertum Romam deductus, Hadriano I pontifici traditus est. Hic vero Felicem, tanqvam si scelestus homo esset, in vincula conjecit, neqve antea eum liberum dimisit, qvam is fidei qvandam confessionem, qvalem pontifex vellet, litteris consignavisset. Qvid mirum igitur, Felicem, qvem nemo erroris redargueat, sententiæ suæ tenacem, ad Elipandum, ejusdem sententiæ patronum, confugisse? Hic autem sibi magis qvam illi defuit. Namqve in binis epistolis, ad Carolum M. et universos Galliæ episcopos datis, Beatum illum, qvi non secus ac Carolus et episcopi Galliæ adoptionis systema damnaverat, pessimum hominem describens, Franciæ regem et episcopos acerbissime increpavit. Jam Carolus, qvi Hadriano rem commiserat, ad hunc litteras misit; hic vero copiosius qvam subtilius adoptionis formulam aggressus est [6].

Carolus igitur generali concilio Francofurtano rem examinandam commisit; cujus qvidem canon 1 Elipandi et Felicis sententiam "hæresin vocat impiam ac nefandam", eandemqve "funditus ab sancta ecclesia eradicandam" statuit; sed synodica, ad præsules Hispaniæ missa [7], et ipsius Caroli epistola [8] ad Elipandum multo leniori stylo utuntur.

Interea Felix dogmatis sui defensionem exaraverat, qvam Alcuino misit. Cui igitur Carolus præcepit, ut illam redargueret, eandemqve provinciam Paulino Aqvilejensi et Leoni III commisit. Itaqve Alcuinus "tres libros adversus Felicem" edidit, Leo antem solo anathemate eum feriit. Præterea Carolus triumviros dimisit, qvi eas regiones peragrarent, in qvibus sententia

Qvam vero in reliqvis certaminibus laudem Galliæ regni sacerdotes meruerunt, eá nec Romæ antistes nec Hispaniæ patriarcha dignus erat. Uterqve enim dominandi cupidior qvam fidei pietatisqve amans erat. Hic tamen viros, qvos hæreticos habebat, magna qvidem arrogantia et superbia usus, manifeste adoriebatur; ille vero, qvos in synodo oecumenica hæreticos damnarat, verborum lenociniis capere studebat. Sed neuter sibi constare poterat. Hispanum prudentia cogebat, ut, missa ingenii sui ferocitate, Asturios lenius increparet; Romanus Græcam, qvam laudibus extulerat, ecclesiam in lite de spiritus sancti processione offendere cogebatur.

Ipsa vero certamina hujus ævi ex qvadruplici fonte manarunt. Adoptianismus ex *sincero veri studio* oriebatur, Migetianismus et Beatianismus ob *dominandi cupidinem* Elipandi inter hæreses referebantur, cultus imaginum non alia de causa contra Græcæ ecclesiæ scita vetabatur, qvam qvod Francorum mentes, litteris non mediocriter imbutæ, *impietatem ejus perspectam habebant*, deniqve controversia de processione Spiritus S. eo provocabatur, qvod Græci, par pari referre cupientes, omnem Latinos aggrediendi opportunitatem avide arripiebant.

s a c r a

n i s m o.

Felicis fautores nacta fuerat. Qvorum quum unus Felici persvasisset, ut novo causam suam examini committeret, Aqvisgraniis iterum (a. 799) habita est synodus, in qva Felix, quum præsens diu multumqve cum Alcuino disputavisset, ad incitas redactus, revocaturum se esse dogma suum promisit. Neqve tamen patres hoc contenti erant; sed, ne ad idem iterum relaberetur, satius duxerunt Leidrado, episcopo Lugdunensi, custodiendum eum tradere. Qvibus factis, Alcuinus Elipando æqvissimis verbis scripsit; cui tamen epistolæ hic litteras, acerbe[9] et falso dictis refertas, opposuit.

Dum Felix Lugduni custodiretur, omnem dedit operam, ut objectivam rationem filii Dei et hominis meditando perspiceret, neqve potuit, qvin damnatam suam formulam ceteris veriorem haberet; de qvo commentationem posthumam reliqvit. Qvam quum Agobardus, qvi Leidrado episcopo successerat, cognovisset, Nestorianismum Felicis fusius refutare conatus est.

Si itaqve omnes hujus controversiæ rationes diligenter examinatæ fuerint, qvis dubitabit Felici sinceræ veriqve amantissimæ mentis laudem tribuere; nec facile erunt, qvi non stolidam arrogantiam Elipandi, tetram tyrannidis ignaviam Hadriani et Leonis, pontificum, et docta Franciæ episcoporum, inconsulta qvidem severitate obfusa, studia agnoscant *).

4. de processione Spiritus sancti.

Supra allatum est, in multorum conciliorum decretis Spiritui sancto processionem non minus *ex filio* qvam ex patre vindicatam fuisse (vid. p. 22. & ej. not. 4); hoc autem eo consilio Nicæno-Constantinopolitano symbolo additum fuisse, ut Arianismus arceretur. Qvod si enim negaretur, Spiritum sanctum ex filio procedere, ipse filius patre inferior describeretur; itaqve ad Arii, filium patri subordinantis, sententiam transitus facilior esset. Sed quum illud in nullo concilio oecumenico esset sancitum, Græci pietatis qvadam specie conqveri poterant, antiqvis conciliorum oecumenicorum, qvæ per totum orbem Christianum colebantur, de fide decretis aliqvid sine summa ecclesiastica auctoritate adjectum esse. Neqve hoc facere omiserunt. Nam in synodo Gentiliacensi, inter Græcos et Latinos celebrata, qvorum supra mentionem fecimus, de hac qvoqve re qværebatur; sed nobis non constat, numqvid ibi definiretur. A. 791 Paulinus Aqvilejensis ipsum hoc additamentum in synodo qvadam confirmavit, et qvidem, ne qvis autumaret, Spiritum Sanctum "personaliter Patrem vel Filium esse"[10]. Post multos annos Johannes, monachus Hierosolymitanus, quum cognovisset, Occidentales qvosdam monachos, ibi degentes, duplicem illam processionem Spiritus S. profiteri, qvæstionem de ea re movit[11]. Itaqve miseri monachi litteras dabant Leoni III, et, ut videtur, ipsi Carolo imperatori. Neqve hic iis defuit. Namqve et synodum Aqvisgranensem a. 809 de hac re habuit, et Theodulfo Aurelianensi Occidentalium dogma defendendum commisit, et Leoni III legatos[12] de eodem misit. Hic vero, Græcorum invidiam metuens, qvanqvam in commentatione, ad monachos illos missa, docte disputavit, Spiritum S. ex utroqve, tam filio qvam patre, procedere, tamen indigne ferebat, tale qvid antiqvis fidei canonibus additum esse. Neqve igitur hæc Græcorum Latinorumqve dissensio composita est.

5. de fide populorum conversorum.

His certaminibus, qvæ docte gerebantur, dissimillima sunt bella, qvæ ad christianam fidem inter barbaras Germaniæ gentes propagandam per longam annorum seriem suscipiebantur. Non qvidem hujus loci est singula eventa bellica recensere. Sed consilio nostræ satisfacturos nos esse speramus, si, sacris his bellis breviter commemoratis, paucis indicaverimus, qvid Carolus hisce secutus fuerit, qvos condiderit episcopatus, et qvorum virorum piis studiis usus fuerit.

1. Carolus septies, a. 772, a. 773—74, a. 778, a. 780, a. 782, a. 782—85, a. 793—803 cum Saxonum gente crociter dimicavit, neqve tamen bellicam eorum virtutem, pro libertate sua strenue certantium, frangere potuit. Itaqve ad urbem Salz foedus cum iis pepigit, ex qvo ipsis suas reliqvit leges et consvetudines, sancte servandas, et census tributorumqve immunitatem his legibus spopondit, ut lavacrum sacrum subirent, episcopis obedirent, et decimas sacro ordini persolverent. Hæc vero postrema lex Saxonibus molestissima visa est. Itaqve Alcuinus Carolum graviter admonuit, ut hanc aut ferre omitteret, aut ad aliud tempus differret, qvo ipsa religio radices satis altas in feroci hoc populo egisset, siqvidem "melius esset decimationem amittere qvam fidem perdere"[13]. Sed Carolus sacerdotum suorum, qvos Alcuinus "prædatores", non "prædicatores" esse affirmat, consiliis abreptus, non solum vi decimas exegit, sed etiam mortis supplicio omnes affici jussit, qvi aut "pagani permanere vellent"[14], aut "corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum flamma consumerent"[15], aut etiam "qvadragesimale jejunium contemnerent et carnem comederent"[16].

2. Ex his vero patet, Carolum non tam christianæ pietatis in animis Saxonum alendæ studiosum fuisse, qvam id potius egisse, ut Saxones, coeco sacri ordinis obseqvio adstrictos, promtiores redderet, qvi civili ejus imperio parerent.

3. Hinc igitur tractus Saxoniæ sacerdotibus implevit, hisqve episcopos præfecit. Qvo autem ordine singuli episcopatus conditi fuerint, multum disputatum est[17], neqve sine summo partium studio. Nos vero his tricis parum tribuentes, tantum ipsos episcopatus recensebimus, ut inde appareat, qvam late Caroli armis chna ecclesia propagata sit. Erant illi

a. *inter Westphallos:* Osnabrück, Paderborn, Minden et Mimigardenford, postea Münster (monasterium) vocatus;

b. *inter Ostphallos:* Hildesheim, cui tamen Ludovicus P. episcopum demum præfecit, et Halberstadt;

c. *in Saxonia inferiori:* Brema et Verda.

Carolus etiam inter *Slavos*, ultra Albim degentes, et *Avaros*, s. *Hunnos*, qvos bello vicerat[18], non qvidem satis prospere religionem prædicandam curavit.

4. Qvanqvam vero Carolus ad hos populos convertendos armis maxime utebatur, non pauci tamen viri vere christiani de religione inter illos pie tradenda bene meruerunt. Inter hos eminent:

1. *Sturmius* (†779) qvi Carolo in prima ejus expeditione affuit. 2. *Bernhardus.* 3. *Egilfridus.* 4. *Wiko*, Frisius, Osnabrück. episcopus factus. 5. *Huthumar*, origine Saxo. 6. *Erchambert*, origine Saxo. 7. *Lüdger*, Monasterio episcopus præpositus. 8. *Hildegrim.* 9. *Thietgrin*, Halber. 10. *Willehad*, Bremæ. 11. *Arno*, archiep. Juvaviens., inter Avaros religionem tradens.

*

Status sacri ordinis a Carolo Magno ita constitutus est, ut Principi summa circa sacra jura vindicarentur, ipse vero antiqvorum canonum ac decretalium pontificum Romanorum legibus parendum sibi esse putaret, et

Q v i s e s s e t s t a

a) r a t i o n e p r i n c i p u m

1. Episcopos *singularis in civitate ordinis locum tenuisse*, et a Carolo M. tales habitos esse, inde maxime patet, qvod episcopus qvidam, — archicapellanus s. apocrisiarius s. primicerius palatii vulgo nominatus —, semper a latere regis versabatur, qvi singula, qvæ ad rem sacram pertinerent, vel regi nuntiaret vel cum toto suorum ordine communicaret. Qvanta vir ejusmodi et dignitate emineret et auctoritate polleret, per se patet. Neqve facile fieri potuit, qvin hic tanta sua potestate male passim uteretur. Hoc autem munere sub Carolo M. Angilramus fungebatur, eoqve mortuo concilio Francofurtano placuit, ut Hildeboldus, eodem munere præditus, "in palatio esset propter utilitates ecclesiasticas" (cap. 53). Hic postea præceptum Caroli de institutione episcopatuum per Saxoniam (a. 789) et aliud præceptum pro Trutmanno Comite *"recognovit"* (Baluz. Capitul. Tom. I, p. 249 et 250). — In Britannia ordo clericorum simili honore gaudebat; cujus rei unum tantum exemplum afferam, ex synodo Finchalensi a. 798 sumtum. In hac enim "Ethelbaldus archiepiscopus cum aliis qvamplurimis principalibus et ecclesiasticis viris multa de utilitate sanctæ Dei ecclesiæ gentisqve Northanhumbrorum omniumqve provinciarum consiliati fuisse" dicuntur (Harduin conc. Tom. IV, p. 925). Ex qvo patet, clericos in conventibus publicis res plane civiles summa auctoritate tractavisse.

2. Qvæ *partes in electo rege confirmando* a Pipino episcopis Galliæ concessæ fuerant (vid. p. 34), eas hi promtius qvam honestius sub Carolo *amplificaverunt*. Qvi, quum Pipinus brevi post conventum illum ad fanum S. Dionysii habitum obiisset, tamen Carlomanno et Carolo, filiis ejus, qvos patris successores ibi salutaverant, necessitatem imposuerunt novum cogendi conventum, in qvo ista electio a se rata fieret[1]. Neqve principes hisce, arroganter licet imperatis, resistendum esse duxerunt. Defuncto autem post tres annos Carlomanno, ipse Carolus M., quum ejus filios regno patris contra hæreditatis jus orbare vellet, novam episcoporum synodum congregari jussit; in qva totius Galliæ rex rite electus ab illis salutabatur[2]. Idem deniqve non procul a morte sua, quum chartam divisionis imperii sui promulgaret, "omnes episcopos, abbates, duces et comites a maximo ad minimum interrogavit, si eis placeat, ut nomen suum, id est Imperatoris, filio Ludovico tribueret"[3]. Qvibus omnibus sensim ea opinio radices agebat, reges Franciæ per ordines regni superiores, et qvidem per episcopos, eligi debere.

In Britannia Offa rex, postqvam plures Anglo-Saxonum regulos paternis regnis spoliavisset, in conventu satis freqventi sanciendum curavit, ut Anglo-Saxonum reges procerum atqve adeo episcoporum suffragiis in posterum eligerentur[4].

3. Carolus M. non minus, qvam pater et avi ejus, *synodos haberi jussit*, et conscriptis patribus ea, de qvibus deliberatio fieret, proposuit. Ita in conc. Francof. c. 1 legimus: "conjungentibus (ɔ: convenientibus)..... piissimi domni nostri *Caroli regis jussione* cunctis regni Francorum seu Italiæ, Aqvitaniæ, Provinciæ episcopis ac sacerdotibus synodali concilio, inter qvos ipse mitissimus sancto *interfuit* conventui"; sic etiam de conc. Aqvisgr. Alcuinus narrat (Hard. conc. Tom. IV, p. 929), "Carolum M., ut Felicianam hæresin expugnaret, magnam synodum episcoporum in Aqvisgrani palatio congregasse, in eaqve Alcuinum et Felicem *regis jussu* diebus aliqvot conflixisse"[5]. Neqve regum Britanniæ auctoritas a cogendo synodos in iisqve præsidendo aliena erat. Ita Athellardus, archiep. Doroberniæ, dicitur "*eum* Cenulfo rege Merciorum universos *convocasse* provinciales episcopos, duces et abbates et cujuscumqve dignitatis viros ad synodale concilium in locum, qvi vocatur Clovesho a. 800" (Harduin l. c. p. 933); sic idem Cenulfus a. 798 concilio Bacanceld. cum Athellardo archiep. *præsidebat* (ibid. 925).

Carolus vero *rationem concilia habendi sapientissime mutavit*. Quum enim res non minus civiles qvam sacræ in synodis disceptari coeptæ essent, de illis episcopi, de his autem seculares viri, licet earundem maximam partem imperiti, deliberare debebant. Qvamobrem sententiæ inconsulte sæpe ferebantur. Jam vero Carolus M. proceres omnes, qvi conciliis interessent, in tres[6] "turmas" — episcoporum, abbatum et comitum s. judicum — abire jussit, et suam cuiqve legem, qvam in judicando definiendove seqveretur, posuit. *Episcopi* igitur jubebantur ex libris Novi Foederis, scriptis patrum, maxime libro pastorali Gregorii Magni, et canonibus, "statum ecclesiæ Dei et christianæ plebis profectum perficere et conservare", *abbates* "ex regula s. Benedicti monachorum vitam in meliorem statum atqve augmentum perducere"; *comites* deniqve "in mundanis legibus decertantes, modis, qvibus poterant, vulgi justitias (ɔ: jura) terminare" (conc. Mogunt. a. 813, Præfat.). Præterea Carolus edixit, ut, postqvam de suis qvæqve turma rebus deliberavisset, et seorsim suffragia tulisset, ipsa res in pleno omnium turmarum consessu definiretur. Qvæ tandem sententia concilii a rege aut confirmata est aut mutata. Hinc enim l. c. additum est: "de his tamen omnibus valde indigemus vestro (ɔ: Caroli) adjutorio atqve sana doctrina, qvæ nos jugiter admoneat atqve clementer erudiat, qvatenus ea, qvæ paucis subter perstrinximus capitulis, *a vestra auctoritate firmentur*, si tamen vestra pietas ita dignum esse judicaverit; et qvicqvid in eis emendatione dignum reperitur, *vestra magnifica imperialis dignitas jubeat emendare*, ut ita emendata nobis omnibus et cunctæ Christianæ plebi ac posteris nostris proficiant ad vitam et salutem". Hac igitur mutata synodorum ratione neqve episcopi poterant in detrimentum ceterorum regni ordinum aut contra voluntatem regis qvicqvam injuste sibi arrogare, et cautum erat, ne conventus synodorum tumultuose agerentur, aut sententiæ in iis temere ferrentur. Eadem vero prodit animum Caroli M., non minus de justa legum antiqvarum, & civilium & sacrarum, qvam de sua ipsius auctoritate regali sollicitum. Qvæ singula, quum ita fuerint constituta, facile intelligitur, qvo jure Carolus *"veræ religionis rector"* dici potuerit[7].

4. Idem animus Caroli ex legibus ipsius de *judiciorum immunitate*, sacro ordini concessa, pariter elucet. Namqve *lites clericorum privatas* ex antiqvorum canonum decretis ad episcoporum judicia referebat (conc. Francof. capit. 28[8]; cfr. capitular I incerti anni. Baluz. ap. Capitul. Tom. I. pag. 515 seqq.[9]); a qvibus ad metropolit. provocare licebat. Sed biennio ante mortem suam præcepit, ut potentiores qviqve, sive seculares homines essent, sive episcopi aut abbates, "si causam *inter se* haberent, et se pacificare nollent, ad suam (ɔ: Caroli) venirent præsentiam, neqve licere, contentionem illorum aliubi finiri" (capitular. III, a. 812, capit. II). Qvippe id asseqvi voluit, ut propter causas talium hominum "pauperum et minus potentium justitiæ (ɔ: juris cognitio causarum eorum) haud remanerent" ɔ: impediretur (capitular. III, a. 812 capit. 2). Qvam regni patris providam de salute populi curam qvis non admiratur? Idem, quum superiorum ordinum causæ ad se delatæ essent, aut ipse has "cognovit", aut comitem palatii sententiam ferre jussit. Cui quum pauperum causæ commissæ essent, Carolus graviter præcepit, ne "potentiores

nihil sine consilio regni sui ordinum præcipiendum. Itaqve ecclesiastica aristocratia, per Bonifacium instituta, legum et principis auctoritati subjecta est.

t u s s a c r i o r d i n i s

a t q v e c i v i t a t i s.

(ɔ: optimatum) causas sine sua jussione finere præsumeret" (l. c). — *Lites inter clericos et laicos ortas* comes et episcopus simul "cognoscere" jubebantur (capit. Francof. cap. 28). — *Causas clericorum criminales*, qvas episcopi ævi præcedentis suo judicio arrogaverant (vid. p. 34), Carolus[10] huic a. 789 prorsus commisit (capitular. Aqvisgran. capit. 17[11]), ob eamqve causam noluit, "placita publica in ecclesia vel in terris circumagentibus vel cohærentibus teneri"; præcepit autem: "Volumus, ut neqve abbates, neqve presbyteri neqve diaconi neqve subdiaconi, neqve qvilibet de clero de personis suis ad publica vel secularia judicia trahantur vel distringantur, sed *a suis episcopis judicati*, justitiam faciant" ɔ: latæ sententiæ obtem rent (capit. excerpta ex lege Longobardorum, capit. 31 et 39). Qvibus legibus Carolus idem, qvod mutata ratione conciliorum, secutus fuisse videtur. Voluit enim, ut episcopi singula, qvæ ad cleresiam pertinerent, suo examine comprehenderent; haud dubie qvod, quum clerici ex cononum legibus judicandi essent, has magis notas esse episcopis qvam comitibus arbitraretur. Sed hac tanta immunitate facile fieri potuit, ut clericorum crimina haud satis juste punirentur. Hinc igitur justitia Caroli M. sanciendum esse duxit, ut, "si de possessionibus, sive ecclesiasticis sive suis propriis, super eos (ɔ: aut: clericos, aut: episcopos, qvi sententiam tulerant) clamor ad judicem venisset, mitteret judex clamantem cum Misso suo ad Episcopum, ut faceret ei per advocatum[12] justitiam percipere; si vero talis aliqva inter eos exorta fuisset intentio, qvam per se pacificare non vellent aut non possent, tunc per Advocatum episcopi, qvalem lex jusserit, *causa ipsa ante Comitem vel judicem* veniret, et ibi secundum legem finiretur, anteposito, qvod dictum est de persona Clericorum" (l. c, cap. 39). Haud igitur Carolos M. stulto sacri ordinis amore ductus, istam ei immunitatem largitus est, neqve hujus potentiæ qvam populi saluti consulere maluit.

Huc deniqve pertinet gravissima lex Caroli *de purgatione sacerdotum*. Carolus enim, quum diu multumqve animo agitavisset, qva optima ratione crimina clericorum detegi aut freqventes de criminibus ipsorum qveremoniæ propelli possent, tandem "ob multas reclamationes", ipsi ex variis regionibus factas, præcepit, ut, si sacerdos qvidam, qvem accusator delicti convincere haud potuisset, "suspiciosus tamen aut incredulus (ɔ: fide indignus) episcopo suo aut reliqvis suis consacerdotibus, aut bonis et justis de suo populo vel de sua plebe hominibus esset, hic cum tribus aut qvinqve vel septem bonis ac vicinis sacerdotibus, vel eo amplius (ɔ: pluribus), si suo episcopo visum fuisset, aut necesse propter tumultum populi inesse [episcopus] perspexisset, et cum aliis bonis et justis hominibus, *se sacramento, coram populo* super IV evangelia *dato*, purgatum ecclesiæ redderet" (capitular. Aqvisgran. a. 803, capit. 7).

5. Ex capit. 11 capitular. a. 812: "ut de rebus, unde *census* ad partem regis *exire solebat*, si ad aliqvam ecclesiam traditæ sunt, *aut* tradantur propriis hæredibus, *aut*, qvi eas retinuerit, vel illum censum persolvat" facile colligitur, episcopos ea, qvæ ad ecclesias suas pertinebant, publici census immunia tenuisse. Oritur igitur qvæstio, qvi hoc sibi ansi sint arrogare, antea tributa pendere soliti. Planckius hoc ita explicat, ut existimet, Carolum legem tulisse, a Ludovico Pio a. 816 repetitam, ex qva singulæ ædes sacræ XII bunnaria[13] terræ omni censu libera haberent; clericos autem hanc immunitatem ad omnes, qvotqvot tenerent, terras extendisse[14]. Qvod tamen vix crediderim. Namqve ut omittam, illam clericorum audaciam, qvam laudatus canon perstringit, ex aviditate ipsorum, in turbulento rerum statu, qvi ævo Pipini et Caroli præcessit, parum restricta, facillime explicari posse; lex ejusmodi nusqvam ad Carolum refertur, cujus tamen leges satis plene perscripte sunt, Ludovicus autem repetita edicta patris repetere se dicere solet, qvod vero in hoc capitulari haud dixit. Utut autem est, Carolus clericis antiqva tributa remittere noluit.

6. Carolus M., qvi priscos canones tanta reverentia proseqveretur, ferre non potuit, ut clerici armati castra seqverentur, qvod igitur ne fieret, sæpius interdixit (vid. capitular. a. 769., a. 803); "venationes autem et silvaticas vagationes cum canibus", vel clericorum "falcones et accipitres" non minus iniqve tulit. Sed clerici veram harum legum rationem aut non perspiciebant, aut non perspicere simulabant, qverentes hanc legem sibi et honorem et opes detrahere. Carolus igitur hoc se secutum fuisse aperte negat; neqve enim velle se committere ait, ut bona ædium sacrarum diripiantur; haud immemorem, reges et principes ob tale crimen magna clade perculsos fuisse (Baluz. capit. Tom. I p. 410). Sed ne cultus publicus in castris negligeretur, neve justa militum peccatis poenitentia haud indiceretur, "unum vel duos episcopos cum capellanis presbyteris" castra seqvi jussit; qvibus tamen neqve licuit "arma ferre, neqve ad pugnam pergere, neqve effusoribus sangvinum vel agitatoribus esse, sed tantum sanctorum pignora et sacra ministeria ferre et orationibus pro viribus insistere" (capitular. a. 769, cap. 1.; cf. capitular. a. 803, ap. Baluz. Tom. I, p. 410[15].

His tamen præceptis Carolus nullo modo clericos ab officio milites in castra mittendi vacuum reddidit. Omnino hanc legem tulit: "qvicunqve beneficia habere videntur, omnes in hostem veniant" (capitular. a. 807, c. 1); ex qva præcepit: "reliqvis vero, qvi ad ecclesias suas remanent, suos homines bene armatos nobiscum, aut cum qvibus jusserimus, dirigant" (Baluz. I, p. 410); quumqve in capitulari Imo a. 812, capit. 4 definiat, qvot comiti liceat milites ad ministeria sua custodienda domum mittere, hæc addit: "episcopus vero vel abbas duos tantum de casatis et laicis hominibus suis domi dimittant"[16]. Hæc igitur edicta auctorem referrunt cum antiqvorum canonum reverentia inbutum tum regiæ majestatis suæ, qvalis hæc in Germanis dudum recepta erat, tenacissimum, neqve non ævi sui superstitione aliqvanto tinctum.

7. Ista vero veterum canonum reverentia, ac pia Caroli, saluti populi indefesso studio prospiciens, sollicitudo in eo maxime elucet, qvod *episcopos elegendi potestatem ordini clericorum*, hoc postulanti[17], *restituit*. Carolus ipse testatur, se "sacrorum canonum haud ignarum" hoc edixisse, seqve hac re id maxime secutum fuisse, "ut episcopi eligerentur remota personarum et munerum acceptione" (capitular. I a. 803, capit. 2) Itaqve ab anno 803 episcopi "per electionem cleri et populi de proprii dioecesi" (l. c.) eligebantur. Sibi vero Carolus *electos confirmandi* jus vindicavit (capitular. I a. 802, capit. 16), atqve huic juri tantum tribuit, ut "irrisionem et delusionem sui" esse diceret, si non optimus qvisqve ipsi confirmandus offerretur.

b) ratione magistra

1. Carolus M. ædibus sacris ob "honorem Dei sanctorumqve ecclesiæ ipsius reverentiam" *jus asyli*, et hoc qvidem ad ipsum atrium extensum, vindicandum esse censuit. Itaqve nemini licuit hominem, qvi ad ecclesiam qvandam[1] confugisset, aut "vi abstrahere" aut "expellere", nedum necare aut mutilare[2]; hic vero ab omni injuria et discrimine securus erat, donec delicta sua clericis confessus esset. Qvo facto "per manus bonorum hominum ad discussionem in publicum produci s. ad placitum præsentari" debuit, ut hic judicatus regis gratiæ relinqveretur[3]. Qvod si vero episcopus vel abbas comiti reum tradere recusaret, semel admonitus "qvindecim solidis" mulctaretur, et altera vice interrogatus triginta solidis, tertio vero, "qvicqvid damnum reus fecisset, totum solvere cogeretur", comiti autem liceret reum ex asylo protrahere, et, "qvi Comiti collecta manu resistere præsumpsisset, sexcentis solidis culpabilis judicaretur" (capitular. II. a. 803, capit. 2). His igitur edictis Carolus jus asyli ad justam antiqvi temporis rationem revocare conatus est, et simul prohibere, ne clericorum injustitia illo male abuteretur. Qvod tamen freqventer factum esse, cum ipsæ leges[4] indicant, tum insigne exemplum, ex Theodulphi, Aurelianensis episcopi, vita sumtum, demonstrat. Hic clericum qvendam in vincula conjecerat, qvi elapsus ad monasterium S. Martini confugerat. Neqve Albinus, abbas, hunc reddere voluit. Qvin ipsi Carolo M, ut clericus iste Theodulpho redderetur, jubenti, persvadere conatus est, se, Pauli vestigia secutum, optimo jure eum reddere recusavisse. At Carolus, hac audacia graviter commotus, et argumenta Albini refutavit et tantæ contumaciæ severas poenas indixit (Baluz. l. c. p. 413—14.).

2. Carolus M. episcopis id munus commisit, ut de comitibus testimonium interponerent, utrum hi latrones juste an injuste mulctassent; in qvo testimonio acqviescendum esse voluit[5] a; itaqve episcopi *vitæ judicum censores* vere constituti sunt. Hinc igitur comites ac judices admonebantur "episcopis consentientes et obedientes esse, et semper ab iis utile qværere consilium, illorumqve saluberrima non spernere monita, sed intenta cordis aure audire"[5] b.

Iidem vero episcopi Carolo persvaserunt, ut ediceret: "Qvicunqve litem habens, sive possessor sive petitor fuerit, vel in initio litis vel decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroratur, sive cum jam coeperit promi sententia, si judicium elegerit sacrosanctæ legis antistitis, ilico sine aliqva dubitatione, etiamsi aliqva pars refragatur, ad episcoporum judicium cum sermone litigantium dirigatur...... Omnes itaqve causæ, qvæ vel prætorio jure vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis jure firmentur" (Capitular. libr. VI, cap. 366). Qvod qvantum potestatis episcopis paraverit, per se patet. At prodigii instar esse videretur, Carolum contra omnem, qvo flagrabat, æqvi justiqve sensum tale qvid jussisse, si non idem Carolus, qvi summo vetustatis amore incensus esset, quum hic canon Theodosiano codici (lib. 1. de episcopali judicio) — falso qvidem — illatus esset, de ejus authentia haud dubitans, pietati cuidam, inconsultæ illi qvidem, pro more suo cessisset. —

3. a) Ut superiori ita hoc etiam ævo clerici res, ad *fidem et dogmata* pertinentes, sua sententia definiverunt. Nonnulla vero huic ævo propria sunt. Primum dogmata episcoporum non, ut antea, coeca reverentia admittebantur; sed prodierunt, qvi propria medetatione usi, nova dogmata et fingerent et contra conciliorum auctoritatem defenderent (vid. pag. 42—43). Deinde ipsi episcopi Romanum qvidem antistitem de rebus fidei haud raro consulebant, sed legislatorem colere nolebant (vid. pag. 54—55). Ipse deniqve Carolus, qvi "religionis rector" salutabatur, provinciam res sacras definiendi ut antiqvorum canonum auctoritati ita pleno omnium populi sui ordinum consessui[6], suæqve majestatis institutioni[7] et confirmationi vindicabat.

b) Huic religionis rectori episcopi debebant, qvod non solum potestas *leges matrimoniales* ferendi ipsis vindicaretur[8], sed hæc nova vis ipsis legibus adderetur, ut, siqvis has violasset, haud secus atqve patricida aut matricida civilibus poenis, ab ipso imperatore, si episcoporum judicium contemsisset, irrogandis, afficeretur[9]. Hinc forsitam conjicias, magnum harum legum multitudinem ad ævum Caroli M pertinere; qvod se secus habet. Haud dubie enim Carolus, qvi ipse eas leges haud semel migrabat*), easdem silentio omittere maluit, qvam pari, atqve olim Zacharias papa, diligentia publici juris facere. Id saltem testatissimum est, plures legum Caroli M matrimonialium clericos qvam laicos spectare.

c) Leges de *cultu divino* latæ maximam partem in eo versantur, ut definiant, qvid laboris in festis diebus licitum, qvidqve nefas habeatur. Itaqve viris christianis "*opera rurilia*" — ut "sepem ponere, in sylvis stirpare vel arbores cædere, in petris laborare, vineam colere, arare, metere 2. venationes, 3. domos construere 4. ad placita convenire" — mulieribus autem "opera textrilia facere, lanam carpere, lignum battere, in publico vestimenta lavare, berbices tondere" jam a. 789 vetabantur (Capitular. Aqvisqv. capit. 79), qvibus "mercatus" a. 813 addebatur (Capitular. l. a. 813, capit. 15). Ceterum neqve harum legum tanta in hoc ævo multitudo, qvanta sub auspiciis Bonifacii lata est; major enim erat & imperialis dignitatis auctoritas, & rei sacræ sub Carolo constantia, qvam ut legum ejusmodi repetitione admodum opus esset.

Ad leges de cultu divino pertinet etiam "decretale precum a. 779 de tribus missis et psalteriis pro Rege, exercitu, et præsenti tribulatione ("striccitate" ɔ: sterilitate) canendis", neqve non "biduana (ɔ: bidui jejunio) facienda", qvod episcopi qvidam constituerant. Carol usvero tales leges ipse haud raro ferebat. Sic litanias belli tempore fieri præcepit, et in capitular. VII. a. 803 expressis verbis monet: "ut diem dominicum cum omni diligentia custodiatis, sicut lex est, vel *sicut Domnus imperator mandatum habet*".

At majori diligentia Carolus prohibere conatus est, ne varia superstitionis genera, ex gentilium religione plerumqve translata, altiores in animis christianorum radices agerent. Ita jam in primo capitulari suo (a. 769, capit. 6) decrevit, ut episcopus, "adjuvante Graphione, qvi defensor ecclesiæ erat", sollicite operam daret, ne "paganiæ", qvæ dicebantur, fierent[10]); et vicesimo anno post (capitular. Aqvisgr. a. 789 capit. 53) præcepit, ut omnes, qvotqvot invenirentur, "conculatores[11], incantatores[12], tempestarii[13] vel obligatores"[14] damnati punirentur; in IIItio ejusdem anni capitulari capit. 4: "ut nullus in psalterio vel in evangelio vel in aliis rebus sortire[15] præsumat, nec divinationes[16] aliqvas observare", et capit. 18: "ut clocas non baptizent, nec chartas per perticas appendant propter grandinem". Sic etiam supplicio mortis afficiendum esse sanxit, qvicunqve "secundum morem paganorum crediderit, virum aliqvem aut feminam strigam esse et homines comedere, et propter hoc ipsam incenderit" (Capitulatio de partib. Saxoniæ capit. 6), aut "hominem diabolo sacrificaverit et in hostiam more paganorum dæmonibus obtulerit" (ibid. capit. 9.); arbores autem et luci, qvi colebantur, destrui (capitular. Francoford. a. 794, capit. 41), et "divinos[17] ac sortilegos ecclesiis et sacerdotibus dari" jussit (capit. de part. Sax. capit. 23). Sic deniqve a. 805 (capitular. II, capit. 25) edixit, ut archipresbyter cujusqve dioeceseos diligentissime omnes homines ejusmodi examinaret, sed "tali, inqvit, moderatione, ne vitam perdant, sed ut salventur, in carcere afflicti, usqve dum Deo inspirante spondeant

s a c r i o r d i n i s

t u u m a t q v e c i v i u m.

emendationem peccatorum. Ex his igitur omnibus patet, non solum clericos sub Carolo potestatem suam cultum divinum constituendi amplificatam et civilibus armis adjutam tenuisse, eandem vero ipsum Carolum passim exercuisse. Itaqve Carolus, jurium clericorum æqve studiosus ac suæ potestatis tenax, hoc etiam nomine egregie sibi constitit.

d) De *testamentis* hominum defunctorum Carolus episcopis singularem curam, ut hæc rata fierent, commisit. "Si enim", jubet, "heredes jussa testatoris non impleverint, ab episcopo loci illius omnis res, qvæ his relicta est, auferatur cum fructibus et ceteris emolumentis, ut vota defuncti impleantur" (Baluz. Capitular. Addit. III, capit. 87).

e) Jus episcoporum presbyterorumqve laicos homines ob peccata excommunicandi, excommunicatisqve poenitentiam publicam aut privatam[18] injungendi non solum illis integrum servatum est[19], sed etiam eo amplificatum, qvod Carolus Missos suos et comites jussit, ut excommunicatos, si poenitentiam subire nollent, in vincula conjicerent[20]. Observes tamen, Caroli sapientiam hoc non de omnibus, qvi deliqverant, hominibus, sed de solis homicidis imperavisse, qvi ut in vinculis tenerentur, ipsa salus publica svadebat. Itaqve clerici hoc judicio suo, ut reliqva crimina, ita bestialitatis et pederastiæ crimen neqve non patrum, matrum cognatorumqve cædem satis freqventer puniverunt.

Sed populus peccata sua tardius confitebatur. Qvamobcausam episcopi, qvo singulorum hominum vitia diligentius cognoscerent, constituerunt, ut, qvoties ad vicum aliqvem visitandi causa venirent, viros qvosdam graves et honestos sacramento obstringerent, ut, qvæ ipsis innotuissent peccata et delicta civium, hæc sibi indicarent[21].

Excommunicationis abusus hic erat, qvod, qvi "aliqvid inconsuetum et capitale crimen commiserant, ferro (ɔ: vinculis, s. catenis) onusti vagabundi per terras vaderent, ut hominibus deceptiones agerent" ɔ: ni fallor: animos hominum ad misericordiam moverent. Qvod Carolus ut prohibeat, præcipit: ut "in uno loco maneant laborantes et servientes et poenitentiam agentes" (Capitular. I, a. 789 capit. 77)[22].

4. Magna erat privata Caroli M in ædes sacras et clericos munificentia. Idem vero, qvi antiqvitus clericis concessi fuerant reditus, omnes his vindicavit, et novos comparavit. Ita in Capitul. a. 779, capit. 13 jubet: "ut precariæ, ubi modo sunt, renoventur, et ubi non sunt scribantur", et: "de rebus ecclesiarum, unde nunc *census* exeunt, *decima* et *nona*[24] cum ipso censu[25] sit soluta, et unde antea non exierunt, similiter decima et nona cum ipso censu sit soluta" (ɔ: solvatur); in capitul. III, a. 789 sancit: "ut de *thesauro*, qvod inventus fuerit in terra ecclesiarum, tertia ad partem episcopi revocetur". Opes autem clericorum eo maxime auxit, qvod *decimas* ab omni populo christiano solvi jussit, et, ut solverentur, miro studio laboravit. Jam a. 779 (capitular. h. a. capit. 7) præcepit, "ut unusqvisqve suam decimam donaret"[26], et decimo post anno, quum devictos Saxones "omni *sibi* debito censu" liberaret, eosdem "Deo tributarios et subjugales addixit, ut.... Domino et Salvatori nostro Jesu Christo et sacerdotibus ejus omnium suorum *jumentorum* et *fructuum* totiusqve *culturæ* decimas ac *nutrituræ*[27] divites ac pauperes legaliter constricti persolverent" (Præcept. de institut. episcopatuum per Saxoniam). Qvid? qvod promto studio Saxonibus præeundi gratia, sanxit: "et hoc Christo(?!) propitio placuit, ut undecunqve census aliqvid ad fiscum pervenerit, sive in frido[28] sive in qvalicunqve banno[29] et in omni redibitione[30] ad Regem, decima pars ecclesiis et sacerdotibus reddatur" (Capitulat. de partibus Saxoniæ, capit. 16). Longobardis eandem legem scripsit, comites omnesqve christianos jubens: "ut, qvicunqve de rebus ecclesiasticis beneficia habent, pleniter nonas et decimas ad ipsas ecclesias donent absqve ulla diminutione et dilatatione in qvantum melius possunt et juxta possibilitatem eorum" ɔ: suam (Leg. Longob. Lib. III, titul. 3, c. 2). Postremo voluit, ut ipsi episcopi et abbates, si donatione regum aut piorum hominum res, de qvibus antiqvitus decimæ datæ essent, ipsis collatas tenerent, decimas de his ipsis rebus persolverent (Capitular. ad Salz. a. 804, capit. 2).

Decimas autem in qvatuor partes dividi jussit, ita ut una pars episcopo traderetur, altera clericis, tertia pauperibus, qvarta denique in "fabrica ecclesiæ" consumeretur (Capitular. II, a. 805, capit. 23; cfr. capit. excerpt. ex leg. Longob. capit. 44). Qvam divisionem fieri debere monet, "qvod sic in decreto Gelasii Papæ continetur". Qvæ verba indicant, Carolum potissimum ob antiqvarum legum reverentiam decimarum solvendarum studio flagrasse. Accedebat autem hæc superstitio, annonam et alia mala his ipsis arceri posse (Capitular. Francof. a. 794 capit. 23)[31]. Ne dicam, qvam esset e re sacerdotum, ut tale studium Caroli confirmarent.

5. Opes ecclesiarum ita adauctas idem Carolus, ne diriperentur, tueri voluit. Hinc legem tulit: "ut ecclesiæ — [haud secus ac] viduæ, orphani vel minus potentes pacem rectam habeant, et ubicunqve fuerit infracta, sexaginta solidis componatur" (Capitular. Bajuv. a. 788). Hinc etiam voluit, si qvis rerum ecclesiæ partem aliqvam ad se pertinere putaret, ut tali viro non liceret hanc sine testimonio qvinqve aut septem virorum auferre (Capitular. III, a. 789). Hinc deniqve "ex Symmachi Papæ synodali sententia, sanctorumqve canonum decretis, maximum sacrilegium esse asseruit, res ecclesiæ auferre, alienare, vastare vel subripere" (Capitular. VIII a. 803, Baluz. Tom. I, p. 412), sacrilegii autem poenam et civilem et ecclesiasticam fore[32] constituit. — Carolus tamen ipse res ecclesiasticas suis, "beneficii" loco possidendas, interdum contulit[33]; duces autem et reliqvi ministeriales[34] "mansionaticos[35] et paravereda"[36] ex ecclesiis et monasteriis reqvirere in Italia solebant (epistol. Caroli ad Pipinum filium, regem Italiæ); atqve ipsi episcopi et Abbates propter perfidiam aut negligentiam res ædium sacrarum, ut gemmas, vasa cetqve, perditum iri passi sunt (Capitular. V. a. 806, capit. 6); ut fama ferretur, gloriari negotiatores Judæos, se qvicqvid sibi placeret, posse ab illis emere (ibid.).

6. Advocatos episcopis, abbatibus et abbatissis[37], *eligi*[38] aut *constitui*[39] et Carolus M et Pipinus rex Italiæ[40] præcepit, eosdemqve "viros legem scientes et justitiam diligentes, pacificosqve et mansvetos" (Capitular. I a. 802, capit. 13), qvi, qvod clericis neqve sæcularia placita adire neqve jurare liceret, hoc utrumqve pro iis facerent[41], neqve non, "justum semper judicium in omnibus exercentes" (Capitular. I, a. 802, cap. 13), servos, aldiones[42], libellarios[43], qvi terram ecclesiasticam colebant, si de crimine accusarentur, judicarent, "res deniqve ecclesiæ per pugnam reqvirerent et excuterent"[44]. Et tanta Caroli erat sollicitudo æquum justumqve ecclesiis per advocatos parandi, ut juberet "advocatos s. defensores, qvotiens necessitas ingruerit, a Principe postulari" (ɔ: expeti) debere, promittens, fidelissimos qvosqve a se datum iri (Capitular. lib. VII, capit. 392). Ægerrime igitur ferebat, qvod episcopi, ut res alienas adipiscerentur, advocatos qværere solerent "crudeles, cupidos et pejuria parvipendentes"[45], et tales amoveri, et meliores in horum locum substitui debere censuit[46] (Leg. Longob. lib. 2, tit. 47 §. 1).

b) ratione magistratuum.

Ex iis, qvæ hactenus attulimus, manifestum est, jura cleresiæ per Carolum admodum amplificata et munita fuisse. Reliquum est, ut, accuratius mentem ipsius explorantes, paucis indicemus, qva ratione clerici his juribus suis uterentur. Primum igitur monendum est, Carolum minime voluisse, ut ordo clericorum plane sui juris esset. Namqve Missis suis præcepit, ut providerent, "ne forte aliqvis clamor super episcopum, abbatem vel abbatissam vel comitem, seu super qvalemcunqve gradum sit, et nobis (ɔ: sibi) renuntiare" (Capitular. III, a. 789, capit. 11); ex qvo seqvitur, judices ecclesiasticos non minus qvam civiles muneris sui rationes reddere debere. Idem præterea voluit, ut "Missi beneficia episcoporum, abbatum et abbatissarum [pariter] atqve comitum describerent", ut scire posset, qvantum sibi deberetur (Capitular. III, a. 812, capit. 7). Sanxit etiam, ut Missi de ecclesiis investigarent, "qvomodo structæ aut destructæ essent in tectis, in maceriis, sive parietibus, sive in pavimentis, nec non in pictura, etiam et in luminariis sive officiis" (Capitular. a. 807, capit. 7), et hoc sibi nuntiarent; unde patet, clericos non fuisse omnis civilium magistratuum disciplinæ immunes.

Neqve voluit Carolus M., ut judices s. comites episcopis in omnibus parerent. Præcipit qvidem: "ut nullus qvilibet ex fidelibus nostris a minimo usqve ad maximum episcopo suo inobediens parere audeat", sed disertis verbis addit: *"in his, qvæ ad Deum pertinent"*, et: "de supradictis capitulis seu aliis eruditionibus, *ad illorum ministerium pertinentibus*"; monens, sacerdotibus ita obtemperandum esse, "qvemadmodum canonum et legum continet autoritas" (Edictum dominicum a. 600, Baluz. Capitular. Tom. I, p. 331—32). Omnino hac lege: "episcopi cum comitibus stent, et comites cum episcopis, *ut uterqve pleniter ministerium suum peragere possit*" (Capitular. IV, a. 806, capit. 4) satis perspicue declaravit, se ista jura cleresiæ vindicasse, ut hæc ea, qvæ ad suum munus pertinerent, ope judicum et magistratuum civilium tutius perficeret, hisqve faciendis illis ipsis ad sui muneris officia melius servanda opem ferret. Qvam mentem Caroli singula deniqve leges aperte referunt; nullo vero apertius, qvam qvæ de jure asyli latronumqve suppliciis supra afferebantur.

Sed nos fateri oportet, licet turpe est dictu, neqve civiles magistratus neqve episcopos hanc mentem Caroli secutos fuisse. Qvod ad illos attinet, Carolus hæc iis objicit: "presbyteros nescio qva temeritate præsentari episcopis denegatis, insuper et aliorum clericos usurpare (ɔ: haud dubie: exorare) non pertimescitis, et absqve consensu episcopi in vestras ecclesias mittere audetis. Necnon et in vestris ministeriis (ɔ: tractibus, in qvibus jus dicitis) pontifices nostros talem potestatem habere non permittitis, qvalem rectitudo ecclesiastica docet. Insuper nonas et decimas vel census improba cupiditate de ecclesiis, unde ipsa beneficia sunt, abstrahere nitimini, et precarias de ipsis rebus.... accipere negligitis, et ipsam sanctam Dei ecclesiam unacum ipsis episcopis vel abbatibus emendare juxta vires vestras denegatis" (edict. citat.). Episcopi autem haud minorem culpam sustinent. Hi enim ultra modum "rebus et negotiis secularibus se inserebant" (Capitular. I, a. 811, capit. 4), et in multis rebus "laicis ministerium suum (ɔ: eorum) impediebant" (ibid.); qvod Carolus severe qvidem reprehendit, sed dictis ejus episcopi audientes non erant.

c) ratione metropolitarum.

Carolus M. metropolitarum munus, ex antiqvorum canonum decretis per Bonifacium restitutum, studiose retinuit. Itaqve hanc legem, sanxit: "de metropolitanis, ut suffraganei episcopi eis secundum canones subjecti sint, et ea, qvæ erga ministerium illorum emendanda cognoscunt, libenti animo emendent atqve cognoscant" ɔ: approbent (Capitular. a. 779, c. 1); et "episcopos provinciales" ex canone Antiocheno, in Chalcedonensi concilio repetito, jubet, ut bis qvotannis cum metropolita suo de causis ecclesiæ conciiium celebrarent (Capitular. I, a. 189. capit. 13)[1]; quum autem iste canon inter alia hæc habet: "metropolitanis de *omnibus causis* permissum est *judicare*", seqvitur, ut Carolus metropolitarum judicium *tribunal* esse vellet, ad qvod provinciæ cujusvis sacerdotes in omnibus causis suis provocarent. Qva lege dominatio episcoporum justis antiqvioris ecclesiæ finibus restricta est.

Idem vero Carolus supremum in causis ecclesiasticis judicium suo tribunali vindicavit[2], neqve id qvidem potentiæ suæ majestatem ostentandi causa, nam ægerrime ferrebat, si sæpius aut sine idonea causa ad ipsum "reclamaretur"[3]; partim vero ut metropolitis, si, justa sententia lata, damnatorum hominum contumaciam frangere haud possent, regiæ suæ potestatis auctoritatem suppeditaret[4], partim etiam ut per se, si metropolita leges canonum in judicando neglexisset, suum cuiqve jus tribueretur. Carolo enim id ante omnia grave erat, ut remoto omni judiciorum arbitrio, sola canonum auctoritas valeret. Itaqve noluit, qvemqvam nisi injuriam passum, ad se provocare. Qvo animo ductus jussit, ut Gaerbodus qvidam, cui, licet neqve diaconus neqve presbyter ordinatus esset, Magnardus metropolita episcopi munus contulerat, "deponeretur ab ipso Magnardo aut a conprovincialibus episcopis" (Capitular. Francof. a. 794 capit. 8). Ut autem ipse ad judicandum satis instructus accedere posset, præcepit, ut, qvi ad suum judicium "recurreret", litteras secum ferret, ipsi a metropolita, de qvo qvereretur, datas[5]. En egregiam æqvi justiqve sollicitudinem!

Ne metropolita autem privatas in judicando agendove rationes seqveretur, Carolus sapientissime constituit, ut hic nil agere auderet "*sine episcoporum suffraganeorum consilio*" (Capitular. Aqvisgran. a. 789, capit. 8), sed qvamcunqve causam "cum suffraganeis suis dijudicaret" (Capitul. a. 794, c. 4). Qvid? qvod concilio episcoporum provincialium plus tribuit potestatis qvam ipsi metropolitæ, — qvod in historia Gaerbodi confirmatum vides —, qvibus tamen præcepit, "ut nihil novi auderent facere in suis parochiis *sine conscientia et consilio sui metropolitani*" (Capitul. Aqvisgr. capit. 8). Qvæ quum ita sint, luce diurna clarius est, Carolum aliud nihil secutum fuisse, qvam ut in rebus omnibus ecclesiasticis sententia ex canonum auctoritate ferretur; qvod ut fieret, non solum metropolitis injunxit, sed, ut provinciales episcopi hoc contra injusti metropolitæ voluntatem facerent, imperavit, sibi deniqve summa jura circa sacra vindicavit.

Neqve Carolum M. fugiebat, metropolitarum munus non tam in judicando sitam esse, qvam in pastorali ecclesiæ cura gerenda versari. Hinc in epistola generali ad archiepiscopos regni Francorum[6] Odilbertum, archiepiscopum, qvocum, valetudine fracta laborante, diu nullum "de utilitatibus ecclesiæ colloqvium" instituerat, admonet, ut studiosius "laboret in prædicatione sancta et doctrina salutari", sibiqve per litteras indicet, qvi ipse sacerdotes et plebem tam de dogmatum qvam rituum vi et ratione doceat et instruat.

Qvod reliqvum est, Carolus M. metropolitarum dignitati et potestati tribus modis egregie consuluit. Primum vetuit, ne una provincia inter duos metropolitas divideretur[7]; deinde non passus est episcopos ab ecclesia, cui præfecti erant, discedere[8], deniqve antistitis Romani judicio, cui metropolitæ per Bonifacium subjecti erant, hos liberavit (p. 54—55).

t u s s a c r i o r d i n i s

d) r a t i o e p i s c o p o r u m.

1. Qvæ in antiqvis canonibus ad episcopale munus referebantur jura et officia, hæc Carolus M. sanciendu putavit, hisqve nova addenda, qvæ mutatæ ordinis rationes reqvirere videbantur. Itaqve episcoporum esse voluit:

a) officium docendi s. prædicandi (Capitul. IV, a. 806, capit. 2):

b) jus regendi dioecesin suam (ibid.) i. e. vitam et rationem monachorum[9] abbatumqve[10], nonnarum et abbatissarum[11], presbyterorum[12], virginum sacrarum[13] et viduarum[14] diligenter examinandi et ad regulam Benedicti vel canones ecclesiæ constituendi, et, si qvi delinqverent, corrigendi, populo deniqve christiano de canonicis delictis poenitentiam injungendi (vid. pag. 48); qvæ omnia ut juste peragerent, singulis annis[15] dioeceses suas visitandi causa peragrare debebant; neqve iis licuit extra dioecesin suam diutius qvam tres heledomadas versari (Capitul. Francof. cap. 39):

c) jus presbyteros ordinandi, eorumqve fidem et vitam ante ordinationem diligenter explorandi (Capitul. Aqvisgr. a. 789, capit. 2); et semel qvotannis in qvadragesima ministerii eorum — tam baptismatis missarumqve ordinis, qvam fidei precumqve — rationem poscere (Capitul. a. 769, capit. 8). Sed episcopi primum ordinandi jure ad lucrum faciendum usi fuisse videntur (ibid. capit. 21)[16], deinde haud dubitabant alterius dioeceseos clericos contra canonum decreta ordinare (ibid. capit. 55):

d) jus baptizatos homines confirmandi (Capitul. a. 769, capit. 7; leg. Longob. lib. III, tit. 1 §. 8).

e) officium puellas et pupillos "gravioribus foeminis commendandi" (Capitul. Francof. capit. 38), et "pauperibus de thesauro ecclesiarum victum præbendi (Capitul. I, a. 813, c. 12).

f) officium ecclesias et capellas, qvæ in dioecesi sua erant, restaurandi, et "luminaria iis præbendi"[17], qvoniam ipsi nonas et decimas accipiebant (leg. Longobard. lib. III, tit. 3 §. 3)[18]. Jam vero episcoporum nonnulli altaria justo plura in ecclesiis exstruenda curabant, alii autem, etsi "decimas adsumebant", "de officiis et luminaribus" ecclesiarum nullam curam habebant (Capitul. I, a. 805, capit. 6).

2. Carolus autem hanc episcoporum potestatem, qvibus poterat modis canonicis, vindicare et amplificare studebat. Ita *primum*, ne alter ab altero injurias pateretur, præcepit, 1) ut nemo "alterius episcopi res retinere præsumeret"[19], 2) ut episcopi vagi in alterius dioecesi neqve presbyteros ordinare neqve qvicqvam ministerii absqve licentia episcopi facere auderent[20], 3) sin ignoti essent, ut "synodali probationi" submitterentur[21], et si nihil de ordinatione eorum constaret, amoverentur[22]. *Deinde* presbyteros obseqvio in episcopos suos et "stabilitati"[23], qvæ dicebatur, ita obstrinxit, ut non solum eos vetaret, ne chrisma ab alienis episcopis acciperent[24], neqve in suos episcopos superbirent[25], sed etiam sanciret, ut in suis ecclesiis manerent, neqve peregre proficiscerentur sine litteris episcopi commendatitiis aut dimissoriis[26], fugitivi autem ad redeundum cogerentur[27]. Neqve licebat iis "sine consilio vel litteris episcoporum regalem dignitatem pro suis causis clamare" ɔ: provocare[28]. *Tum* munus chorepiscoporum, qvod jam a. 789 canonicis limitibus ita circumscribi præceperat, ut hi solos lectores, subdiaconos et exorcistas, non vero presbyteros aut diaconos ordinandi potestatem haberent, et nihil sine præcepto s. licentia episcoporum facerent[29], decimo anno post[30] plane abrogavit. Qvod se præcipere dicit, siqvidem vel ipsi "qvietibus et delectationibus inhærerent", sæpius autem et olim et suo tempore a sancta apostolica sede, a cunctis deniqve regni sui episcopis in synodo canonice prohibiti essent". Qva igitur in re Carolus haud secus, atqve in ceteris edictis suis, cum rei ipsius naturam tum canonum ac pontificis Romani aucteritatem, maxime vero sacri ordinis consensum secutus est. *Deniqve* sanxit, ut in villulis vel in agris nulli episcopi essent[31], et in una dioecesi non nisi unus[32] episcopus constitueretur. *Postremo* vetuit, ne "criminosi"[33] (ɔ: rei) et presbyteri[34], episcopos accusarent. Accusatum tandem episcopum non ante damnari voluit, qvam 72 viri contra hunc testati fuissent (Baluz. Capit. Tom. I, p. 458). Qvæ leges tantum non omnes antiqvos canones repetunt.

3. Archidiaconorum semel, qvantum scio, mentio fit in legibus Caroli M. Hic eos laicos homines esse noluit (Capitul. IV, a. 805, capit. 2); ex qvo si efficias, laicos interdum hoc munere functos fuisse, teneas velim, archidiaconis non tam sacra qvam profana negotia episcoporum commissa fuisse; ad qvæ perficienda episcopi laicorum fide uti poterant.

Unus in unaqvoqve dioecesi archipresbyter erat, eiqve "tempestarios incantatoresqve" examinandi provincia demandata (Capitular. II, a. 805, capit. 25).

4. Episcopi auctam potestatem suam in presbyteros male passim exercebant; unde admonebantur, ut "non potentiva dominatione vel tyrannide sibi subjectos premerent" (Capitul. I, a. 802, capit. 11), neve [presbyteros][35] passim et sine causa excommunicarent (Capitul. III, a. 803, cap. 2). Episcoporum tamen in presbyteros injuriæ per hoc ævum non ita freqventes erant, ut antea fuerant; haud enim Carolus tyrannidis episcoporum mentionem sæpe fecit. Hoc autem metropolitarum disciplinæ deberi, qvis non videt?

5. Neqve episcopi opibus suis, per Carolum tantopere amplificatis, magis contenti erant; sed turpissimis qvibusqve modis has augere et injuste qvicqvam lucrari conabantur. Pertinet huc capitular. II, a. 811, capit. 5, dignissimum certe, qvod totum legatur: "inqvirendum est, Carolus ait, si (ɔ: an) ille seculum dimissum habeat, qvi cotidie possessiones suas augere qvolibet modo, qvalibet arte non cessat, suadendo de coelestis regni beatitudine, comminando de æterno supplicio inferni, et sub nomine Dei aut cujuslibet sancti tam divitem qvam pauperem, qvi simplicioris naturæ sunt, et minus docti atqve cauti inveniuntur, si rebus suis exspoliant, et legitimos heredes eorum exheredant, ac per hoc plerosqve ad flagitia et scelera propter inopiam, ad qvam per hec fuerint devoluti, perpetranda compellunt, ut qvasi necessario furta et latrocinia exerceant, cui paternarum rerum hereditas, ne ad eum perveniret, ab alio prærepta est"; qvocum conferendum est capitulum sextum et septimum, in qvibus episcopi dicuntur "cupiditate ducti propter adipiscendas res, qvas alium vident possidentem, homines ad perjuria et falsa testimonia pretio conducere" nec non "qvasi ad amorem Dei et sanctorum, sive martyrum sive confessorum, ossa et reliqvias sanctorum corporum de loco ad locum transferre, ibiqve novas basilicas construere, et, qvoscumqve potuerint, ut res suas illic tradant, instantissime adhortari". Clariora hæc sunt, qvam ut explicatione aliqva egeant. Ex his igitur satis manifestum est, episcopos auctoritate muneris sui turpissime usos fuisse. At qvis vitæ eorum turpitudinis modus aut finis fuisset, si non metropolitarum judicio subjecti fuissent? —

Potentia Roma a) aucta est

superato regno Longobardorum.

Christophorus et Sergius, qvi Stephanum III pontificiali dignitate ornaverant, huic solam speciem potestatis relinqventes, ipsi summæ rerum potiti sunt. Carlomannus vero, qvi cum Carolo fratre in Francia regnabat, ut majorem exercere posset in rebus Italiæ potestatem, qvam qvà Pipinus pater usus fuerat, Dononem legatum Romam misit, qvi Christophorum et Sergium sibi devinciret. Qvod Stephanus ægerrime ferens, ad opes ipsorum frangendas foedus cum Desiderio, regė Longobardorum, iniit. Itaqve hic, ut comperit, triumviros illos, Francorum potentiæ studiosissimos, sibi ne eam qvidem pecuniæ summam, qva sibi promissa ad Totonem superandum illis suppetias tulerat (vid. p. 28—29), solvere velle, itinere Romam facto, Christophorum et Sergium occoecatos captivos abduxit. Qvibus factis Stephanus, veritus, ne Carlomannus miseram suorum sortem vindicaret, quum inter hunc et Carolum fratrem hoc tempore simultas orta esset, ad solum Carolum litteras dedit, in qvibus multa mentitus, et plura silentio præteriens, tum perfidiæ suspicionem tollere, tum, contra rei veritatem affirmans, "se omnes justitias B. Petri a Desiderio plenius et in integro suscepisse", omnem Carolo causam iter Romam faciendi præcludere conatur [1].

Sed tantum abfuit, ut Desiderio se submitteret, ut ne istam qvidem pecuniæ summam huic persolvere vellet; qvo animo ejus ingrato vehementer commotus, Desiderius patrimonium ecclesiæ Romanæ reddere recusabat. Itaqve Stephanus summam dabat operam, ut ne ille potentior fieret. Igitur quum Carolus M. a. 770 filiam Desiderii uxorem ducere vellet, eum gravissimis verbis, et qvidem anathematis poenam minitatus, obtestatus est, ne tale "consortium neqvissimæ adinventionis" (Cod. Carol. ep. 45) iniret. Carolus autem, his non territus, "matris suæ hortatu" [2] filiam [3] Desiderii in matrimonium duxit; neqve Stephanus ausus est anathemate eum ferire. Qvod si vero his nuptiis constans inter Carolum et Desiderium contracta fuisset amicitia, facillime fieri posset, ut vel ecclesiæ S. Petri ea haud collata essent patrimonia, qvæ ut ei a Longobardis conferrentur, Pipinus liberaliter sanxierat, vel de politica omni Romani antistitis vi et auctoritate plane actum esset.

Sed non ita multo post tempore Carolus defuncti fratris Carlomanni filios omni hæreditatis jure privavit, et Desiderium, ad qvem Girberga vidua cum filiis suis confugit, graviter offendit, repudiatam [4] filiam ejus domum mittens. Jam igitur Caroli multum intererat, ne Romanus antistes sua hos sententia tueretur, qvam eo magis timuit, qvo majus pretii populus Francorum inde a Pipini temporibus scitis Romanæ sedis tribuere solebat. Neqve vanus hic timor erat. Namqve testatissimum est, Desiderium *Hadriano I* (ab a. 772 pontifici Romano) persvadere voluisse, ut juvenes illos principes ungveret. Sed major erat Hadriani prudentia, qvam ut Longobardorum regem, qvi nil antiqvius habuit, qvam ut Romam in ditionem suam redigeret, contra defensorem ecclesiæ suæ adjuvaret. Itaqve Desiderii consiliorum minime particeps, haud dubitavit se summo iræ ejus discrimini committere, certo sperans, si Caroli adversariis ipse opem non ferret, hunc ejus rei gratias promto animo relaturum esse. Qvæ spes eum non fefellit. Postqvam enim Desiderius magna vi Romanos tractus invasisset, Carolus, "rogatu ac precibus Hadriani, Romanæ urbis episcopi, *exoratus*" [5], tanta huic celeritate adfuit, ut bellum contra Desiderium, hyemali a. 773 tempore inceptum, æstivo a. 774 tempore conficeret. Tanta vero fortuna utebatur, ut totam gentem Longobardorum, Desiderio rege in monasterium detruso, suæ ditioni subjiceret. Itaqve, exstincto regno Longobardorum, formidolosus ille Romanæ sedis potentiæ hostis occubuit.

dono Caroli Magni.

Sed Romanorum antistitum potentia majora etiam incrementa eo cepit, qvod Carolus, quum a. 774 ante Patavium, sedem regis Longobardorum, expugnatam, Romam ad festum paschatis celebrandum venisset, donum Pipini patris, "ad exaltationem sanctæ ecclesiæ Petri" et confirmavit, et novis patrimoniis auxit. De hoc dono Caroli multa in utramqve partem disputata sunt, qvæ repetere nolumus. Neqve viri doctissimi, qvi de hoc scripserunt, tam doni illius rationem diligenter examinaverunt, qvam, polemicis rationibus commoti, de solo *ejus ambitu* disputaverunt. Enimvero, epistolis ipsius Hadriani, qvas per longam annorum seriem Carolo scribebat, juste examinatis, multo plura et graviora de vera hujus rei ratione effici possunt; qvorum nos brevem summam hoc loco afferamus, uberiorem eorum tractationem, qvæ si h. l. subjungeretur, liber noster in majus, qvam instituti nostri ratio ferret, volumen excresceret, in aliud tempus differentes [6].

Carolus, qvi vidisset, Pipinum patrem sub specie pii, S. Petro ferendi, auxilii summæ rerum in media Italia potitum fuisse, neqve non ipse sub eadem specie totum fere regnum Longobardorum in suam redegisset potestatem; lubentissimo animo Hadriano assensus est exoranti, ut donum Pipini ad exaltationem S. ecclesiæ Petri confirmaret, ac novis patrimoniis augeret, qvo ipse, si qvædam patrimonia, in ditione vel Græcorum vel ducum, suo jure viventium, sita, S. Petro dono dedisset, horum dominis, hæc sine dubio reddere detrectantibus, sacrum bellum inferre, et, ab omni injuriarum suspicione liber, suum regnum dilatare posset. Qvod Carolus eo promtius se facturum esse spopondit, qvod Hadrianum intimo amore diligeret, hic autem tria simul reciperet sanctissime observanda: velle se 1) qvotidie in ædibus S. Petri pro regis salute precari: 2) jura Caroli, qvæ patricius Romæ tenebat, sancte servare 3) omniaqve Carolo diligentissime ac celerrime indicare, qvæ in regnum ipsius vel Adalgisus, filius Desiderii, vel Græcus imperator, vel duces Italiæ, nondum subacti, periculosa consilia inirent. Itaqve Carolus, his omnibus rationibus adductus, in ædibus S. Petri solenniter *pollicitus est*, se omnia, qvæcunqve priscis temporibus huic ecclesiæ per qvoscunqve homines data essent, ipsi collaturum esse. Sed Carolus hoc promissum satis *lente* reddidit. Neqve enim, qvæcunqve pontifex sua esse contenderet, ecclesiæ S. Petri temere contulit; sed de singulis patrimoniis diligentissime examinari jussit, utrum "antiqvitus" ad Petri ecclesiam pertinuissent, nec ne. Qvod si prius neqve ex chartis donationum, qvas pontifex "in scrinio Lateranensi" reconditas habuit, neqve testimoniis senum virorum probari posset, Carolus, re per Missos sibi delata, tale patrimonium S. Petri ecclesiæ abjudicavit. Itaqve multa patrimonia huic ecclesiæ non sunt collata, qvanqvam ipse Hadrianus, nil intentatum relinqvens, nunc jura, ubi nulla erant, ecclesiæ suæ præfracte arrogabat, nunc lætissima Carolo præmia, si ista largiri vellet, nomine S. Petri promittebat, nunc liberalitatem Græcorum imperatorum et Longobardorum regum ei exemplar commendabat, nunc deniqve insigne qvoddam donum a Constantino Imp. Romanæ ecclesiæ collatum esse fingebat. Accidit etiam, ut domini horum patrimoniorum vi passim prohiberent, ne patrimonia ecclesiæ S. Petri traderentur. Postremo ipse Carolus ea ipsa patrimonia, qvæ ad S. Petri ecclesiam per secula pertinuerant, aliis episcopis interdum donavit. Neqve tamen hoc ei vitio verti debet, siqvidem Hadrianus fidem Carolo datam fallere haud dubitaret. De qvo in proxima columna dicetur.

n o r u m a n t i s t i t u m

b) c o e r c i t a e s t

regia et imperatoria Caroli M. potestate.

Haud defuerunt inter pontificios scriptores, qvi contenderint, antistitem Romanum Pipini et Caroli dono Romæ et mediæ Italiæ principem factum esse. Qvos in alio libro fusius refellemus. Hic nobis sufficiat hanc totam rem, ex fontibus fide dignissimis cognitam, paucis absolvere.

1. Reperiuntur in epistolis Hadriani non pauca dicta, qvæ, si ad litteras sumantur, huic civile de tractibus, Romæ subjectis, imperium tribuere videntur; v. c.: "provincia nostra", "omnes nostræ partes", "nostræ civitates Capaniæ", "nostra servitia" al.

2. Est qvoqve indubitatum, Hadrianum qvædam sæpius egisse, qvæ ad civilem magistratum pertinent, v. c. qvod mercatores Veneticos expulit; unde qvoqve "ditionis" suæ mentionem facit.

3. Sed in aliis locis hanc ditionem non minus ad Carolum qvam ad se refert; v. c. ubi mentionem facit consilii, qvod Hildebrandus, dux Spoletinus, cum sociis suis "*erga nos atqve vos* gerere non differunt", vel ubi commemorat Missum, qvi "sacramenta *in fide Beati Petri, et nostrâ atqve Excellentiæ vestræ* a cuncto populo [urbium qvarundem] susciperet".

4. Hæc ita inter se conciliari neqveunt, ut statuamus, *jura majestatis* ad Hadrianum, *patricii* autem, i. e. defensoris s. protectoris ad Carolum pertinuisse. Namqve, ut alia taceam, Hadrianus in civitatibus, "servitio suo" subjectis, nil "*sine consilio*" *Caroli* facere audebat (ep. 64): ad hunc duos Duces suos, ut causam dicerent, misit (ep. 83), qvos eosdem dicit a Carolo dudum "confirmatos esse", ut essent "nostri vestriqve fideles" (ibid.): Caroli "regalem potentiam" obtestatus est, ut ducem qvendam "per suam regalem præceptionem" expelleret (ep. 84). Qvid multa? Hadrianus haud semel affirmavit, se jura, qvæ Carolus *patricius* tenebat, nulla ratione lædere, sed omnibus viribus tueri velle (ep. 71). Qvod si autem hæc jura in sola defensione urbis et prædiorum ecclesiæ Romanæ sita essent, Hadrianus procul dubio ea sancte servasset, neqve ullam, ne levissimam qvidem, hæc lædendi suspicionem movisset. Itaqve quum se ob hæc jura violata excusarit, seqvitur, hæc ipsa majestatis jura non esse.

5. Est vero tenendum, antistites Romanæ ecclesiæ sub infirmo Græcorum imperio multa agere solitos fuisse, qvæ ad majestatis jura pertinebant, v. c. qvod muros Romæ restaurabant, omninoqve sibi suisqve tuendis relictos fuisse; unde varios ipsi constituebant magistratus. Sub anarchia temporum Pauli I et Stephani II, quum Græci imperatoris potentia nulla esset, præsules Romani per potentes, qvi ipsorum partes seqvebantur, viros, civilia multa munera exseqvebantur. Hæc iis Pipinus, ne videretur regiam in Italia potestatem ambire, intacta reliqvit. Carolus igitur, quum sibi, devicta gente Longobardorum, non tanta simulatione opus esse duceret, non qvidem pontificem illis muneribus civilibus, qvæ hactenus exercebat, exuit, sed magistratus ipsius sacramento non minus sibi qvam ei obstrinxit; neqve ipsi permisit, ut qvicqvam, se inconsulto, ageret. Caute tamen, ne in Græci imperatoris invidiam nimis incideret, solius patricii nomen gerebat. Cujus verbi notio quum satis indefinita et ambigua esset, Hadrianus, insolentius passim locutus et agens, plura, qvam Carolus ferre potuit, sibi arrogavit; qvare hic, eum neglecti patriciatus sui insimulans, nonnulla ecclesiæ S. Petri prædia aliis tradidit (vid. column. 2).

6. Notio regis horum temporum duplex bella gerendi et jus dicendi munus comprehendebat. Carolus autem, ut supra multis exemplis probavimus, etiam summa jura circa sacra sibi vindicabat. Jam vero omni dubio caret, Carolum & Romæ & in iis tractibus Italiæ, qvos S. Petro contulerat, per Missos suos *jus dixisse*, neqve id solum de privatis hominibus, sed de magistratibus pontificis, atqve adeo de ipso pontifice Leone III (a. 799). Neqve minus certum est, Carolum decrevisse, et qvæ belli expeditiones in hostes Italiæ susciperentur, et qva ratione agerentur (ep. 64). Idem præterea Hadriano episcopum aliqvem, non rite electum, consecrandum obtulit (ep. 85), et in sacerdotes Romanos, qvi genti Saracenorum mancipia venundarant, animadvertendum esse censuit (ep. 65). Ad Carolum deniqve ipse Hadrianus episcopum qvendam, qvi ad ipsum confugerat, mittendum curavit (ep. 57). Qvæ omnia satis superqve probant, *Carolum summa majestatis jura exercuisse.*

7. Qvæ autem sub Hadriano minus aperte constituta erat regiminis Caroli ratio, hæc sub Leone III palam definita et proclamata est. Hic enim, ut pontifex electus erat, "statim claves confessionis S. Petri ac vexillum Romanæ urbis.... Regi misit", — qvod qvidem, si qvid aliud, indubitatum subjectionis documentum est, — "rogavitqve ut aliqvem de suis optimatibus Romam mitteret, qvi *populum Romanum ad suam* (ɔ: *Caroli*) *fidem atqve subjectionem per sacramenta firmaret*"[7]. Hinc Carolus Angilbertum Romam misit, qvi Leonem "diligenter admoneret de omni honestate vitæ suæ (ɔ: Leonis), et præcipue de observatione canonum", cui "omnia, ait Carolus (in ep. ad. Leon. III), injunximus, qvæ vel nobis *voluntaria* vel vobis *necessaria* videbantur, ut ex conlatione mutua conferatis, vel qvicqvid ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ vel ad stabilitatem honoris vestri, vel *patriciatus nostri firmitatem* necessarium intelligeretis" (Baluz. I, p. 271). His igitur Carolus accurate distingvit inter ecclesiæ Dei exaltationem, honoris Leonis defensionem, et sui patriciatus vindicationem. Itaqve hæc *tria* sunt; neqve ideo jura patriciatus in sola ecclesiæ vel pontificis Romani defensione sita erant. Hoc idem Carolus accuratius etiam indicat, ubi se "*defensorem* ecclesiæ Romanæ" ob eam causam appellat, qvod suum sit, "sanctam *ubiqve* Christi ecclesiam ab incursu paganorum et ab infidelium devastatione armis defendere". Ac qvemadmodum Leonem "pium patrem suum ac intercessorem" appellat, ita, missis sibi clavibus illis et vexillo urbis, disertis verbis professus est: "gavisi sumus humilitatis vestræ *obedentia*". Itaqve *non minus Leo qvam Carolus palam indicarunt, agrum Romanum in Caroli ditione esse.*

Qvadriennio post (die XXV mens. Decembr. a. 800) idem Leo Caroli capiti imperialem coronam imposuit; qvo facto, "a *cuncto Romanorum populo* acclamatum est: "Carolo Augusto a Deo coronato, magno et pacifico *Imperatori Romanorum*, vita et victoria!" (annal. Loiselian. ad. ann. 801). *Populus igitur* non minus qvam antistes Romanus *Carolo majestatis jura solenniter vindicavit.*

Ipse vero *Carolus* in rebus tam levioribus qvam gravioribus post id tempus *imperatorem se gerebat.* Namqve ab a. 800 legibus et edictis suis ad morem Græcorum imperatorum diem ex "indictionibus"[8], qvas dicebant, adscribere solebat[9]; in testamento suo, ubi 21 metropoles regni sui recenset, primum locum Romæ et Ravennæ tribuit[10], et "non tantum publicas sed etiam ecclesiasticas et privatas res *Romanæ urbis* et *Apostolici* (ɔ: Leonis III) totiusqve Italiæ ordinavit"[11].

Postremo Eginhardus, vitæ Caroli scriptor, inter alia hæc habet: cap. 6, "finis hujus belli fuit subacta *Italia*": cap. 15, in qvo amplitudinem imperii Caroli recenset,..... "deinde *Italiam totam* qvæ ab Augusta prætoria usqve in Calabriam inferiorem..... porrigitur"[12].

c) l i b e r a t a e s t

Græco imperio.

Seqvitur hoc ex iis, qvæ jam tradidimus; qvæ igitur non opus est repetamus. Qvod vero ad istam, per Leonem factam, coronationem Caroli Magni attinet, qva summa majestatis jura Græco Imperatori solenniter subtracta sunt, dubitari potest, utrum hoc inscio et invito Carolo Magno, an inscio qvidem eo sed volente factum sit, an deniqve ex sola prudentia Leonis profectum sit[13]. De Græcis autem tenendum est, tam imperatorem Græcum qvam viros Græcos istud imperium sibi subtractum et Carolo M. commissum indigne tulisse. Hinc Nicephorus Imp. haud passus est patriarcham Constant. pro antiqvo more ecclesiarum litteras ad Romanum patriarcham mittere[14]. Quum autem Nicephorus, patriarcha, hoc sub Michaele I, qvi ob rationes politicas tam Leonis III qvam Caroli M. gratiam inire vellet[15], faceret[16], priscam sedis suæ dignitatem ita defendit, ut se Romano antistite nullo modo inferiorem esse contenderet[17]. Deniqve Theodorus Studita acerbissimis verbis in Leonem utebatur[18].

*

Qvæ in hoc ævo agebantur certamina sacra, indolem referunt longe aliam, qvam ea, qvæ Bonifacio auctore exstiterunt. Hic coecam Romani antistitis reverentiam ubivis locorum prædicabat et in plerisqve causis suo exemplo commendabat; Francorum autem, qvi hoc ævo florent, theologi, libero fortiqve animo instructi, haud patiuntur Romanam orthodoxiam sibi obtrudi. Bonifacius, si qvando a Romani antistitis arbitrio discederet, tamen speciem summæ reverentiæ servabat; Franci libere profitentur, se aliam, atqve apostolicæ sedis patriarcham, sententiam in dogmate gravissimo fovere, et sententiæ suæ rationes ipsi explorandas palam mittunt. Bonifacius qvos damnandos curabat, hos malis artibus circumveniebat; Franci argumentis doctisqve disputationibus certare malunt. Pipinus rex, a litteris alienus, Bonifacio, qvaslibet res instituenti, assentiri solebat; Carolus Magnus, litterarum studiosissimus, cleresiæ suæ exemplum damnandi superstitionem præbet. Bonifacius homines, dominationi ejus haud parentes, criminum injuste postulabat; Franci convicia viri hæretici, suamqve auctoritatem magna audacia illudentis, æqvissimis animis ferunt. — Qvanto magis dolendum est, Carolum gentilium ritus et consvetudines vi exstirpare qvam institutione tollere maluisse, ipsosqve Franciæ præsules tantum qvæstionibus metaphysicis tribuisse, ut viro, veritatis studiosissimo vim inferre haud dubitarent.

C e r t a m i n a

1. adversus Migetium.

Migetianismi nomine appellamus hæresin, de qva *Elipandus*, archiep. Toletanus, Migetium, episcopum qvendam sui metropolitanatûs, acerbe reprehendit. Sed haud scio, an alius litis historia hac obscurior sit, sive ipsius hæreseos natura, sive ea, qvæ in lite facta sunt, qværantur. Videlicet hoc utrumqve cognoscendi nullus fons est præter epistolam aliqvam Elipandi, viri omnia in suum decus, adversariorum autem dedecus pervertentis. Qvis autem talis hominis verbis fidem temere habebit? Hic igitur in ista epistola, "nominibus episcoporum Hispaniæ ad episc. Galliæ, Aqvitaniæ et Austriæ scripta", in Migetium congerit crimina *liturgica* [2], *ethica* [3], *impie* deniqve *dictorum*, qvibus hic se Messiam venditarit; qvæ vero singula talia sunt, ut potius vesanum hominem qvam hæreticum referant. Postremo Migetium "*Casianorum Salibanorumqve* "doctorem vocat; qvæ tamen verba, nisi ipsum Elipandum vesanum habere præplaceat, sine dubio mutanda sunt, in *Sabellianorum*, qvorum e numero *Joh. Cassianus* fuerat, sectatorem. Ex iis autem, qvæ Elipandus, satis qvidem indefinite, de hac hæresi attulit, tota res hæc esse videtur. Migetius, ut Nestorianismi errorem evitaret, et tamen unam humanæ et divinæ naturæ Christi personalitatem vindicaret, aliqva disputavit, ex qvibus Elipandus hunc ei errorem obtrudere posse putabat: Christum nulla ante incarnationem personalitate gavisum fuisse, ex qvo alterum hunc errorem efficiebat: secundam trinitatis personam ante id tempus nullam fuisse; qvæ qvidem, si inter antiqvas hæreses referenda essent, Sabellianismi nomine commodius appellari poterant. Ut autem hoc se habet, id certum est, Elipandum, postqvam Migetium acerbe et arroganter tractavisset, ex ipso certamine victorem discessisse.

2. adversus Beatum.

Idem Elipandus, ut Migetii hæresin tolleret, urgendam esse censuit formulam, in Occidente prædicari solitam [4], qvâ Jesus homo *adoptivus filius* Dei vocabatur. Jam vero *Beatus*, presbyter Asturiæ, et *Etherius*, episcopus, hanc formulam, qvam putabant Nestorianismum gignere posse, improbarunt. Qvod ubi Elipandus cognovit, Fideli, abbati cuidam Asturiæ, per litteras præcepit, ut, qvemadmodum ipse Migetianismum exstirparat, ita hic illam formulam contra Beatum defenderet, affirmans, hæreticum esse, qvicunqve Christum hominem adoptivum filium Dei profiteri recusarit. Heic fortasse mireris, qvid esset, qvod Elipandus, munere hoc Fideli commisso, laudem Beatianismi redarguendi sibi præreptam vellet; sed observandum est, regnum in jugis Asturiæ, a Mauris haud occupatum, sui juris et potestatis esse. Haud dubie igitur Elipandus timuit, ne, si qvid arrogantius in illos homines suscepisset, spretæ dignitatis suæ contumelia afficeretur. Et sane qvidem theologi illi, Elipando cedere nolentes, docte et copiose demonstrarunt, ejus ipsius formulam Nestorianismi fautricem esse. Neqve valuit Elipandus constantiam eorum frangere.

3. de Adoptis

Ista vero lis Beatianismi sine dubio in tenebris Hispaniæ latuisset, si non Felix, episc. Urgeli, urbis Cataloniæ, qvæ, in ditionem Caroli M. redacta, Narbonensi metropolitæ subjecta erat, eadem, atqve Elipandus, formula usus fuisset; unde nova lis inter Gallos et Hispanos orta est.

Ipsa vero hujus litis initia obscuriora sunt. A. 788 Narbonnæ synodus habita fuisse dicitur "pro multis et variis ecclesiasticis negotiis, præsertim pro Felicis . . . . pestifero dogmate" (Hard. IV, p. 821). Sed acta synodi solos fines metropolitanatus Narbonnæ definiunt, et ipse qvidem Felix his nomen suum subscripsit. Hinc suspicari licet, aut sententiam Felicis patribus probatam esse, aut ipsis subtiliorem visam, qvam ut aliqvam de ea sententiam ferre possent, aut sola ecclesiastica negotia patribus discutienda a Carolo commissa fuisse, qvanqvam Hadrianus pontifex, ut simul de Felicis hæresi qværerent, præcepisset, aut deniqve totam lineam: "præsertim etc." cum subscriptione Felicis parvæ fidei esse. Res incerta in medio reliqvenda est.

Qvarto post anno (a. 792) Felix Ratisbonam arcessitus est, ubi hæresis ejus "æterno anathemate damnata" [5] est. Ipse deinde per Angilbertum Romam deductus, Hadriano I pontifici traditus est. Hic vero Felicem, tanqvam si scelestus homo esset, in vincula conjecit, neqve antea eum liberum dimisit, qvam is fidei qvandam confessionem, qvalem pontifex vellet, litteris consignavisset. Qvid mirum igitur, Felicem, qvem nemo erroris redargueret, sententiæ suæ tenacem, ad Elipandum, ejusdem sententiæ patronum, confugisse? Hic autem sibi magis qvam illi defuit. Namqve in binis epistolis, ad Carolum M. et universos Galliæ episcopos datis, Beatum illum, qvi non secus ac Carolus et episcopi Galliæ adoptionis systema damnaverat, pessimum hominem describens, Franciæ regem et episcopos acerbissime increpavit. Jam Carolus, qvi Hadriano rem commiserat, ad hunc litteras misit; hic vero copiosius qvam subtilius adoptionis formulam aggressus est [6].

Carolus igitur generali concilio Francofurtano rem examinandam commisit; cujus qvidem canon 1 Elipandi et Felicis sententiam "hæresin vocat impiam ac nefandam", eandemqve "funditus ab sancta ecclesia eradicandam" statuit; sed synodica, ad præsules Hispaniæ missa [7], et ipsius Caroli epistola [8] ad Elipandum multo leniori stylo utuntur.

Interea Felix dogmatis sui defensionem exaraverat, qvam Alcuino misit. Cui igitur Carolus præcepit, ut illam redargueret, eandemqve provinciam Paulino Aqvilejensi et Leoni III commisit. Itaqve Alcuinus "tres libros adversus Felicem" edidit, Leo autem solo anathemate eum feriit. Præterea Carolus triumviros dimisit, qvi eas regiones peragrarent, in qvibus sententia

Qvam vero in reliqvis certaminibus laudem Galliæ regni sacerdotes meruerunt, eá nec Romæ antistes nec Hispaniæ patriarcha dignus erat. Uterqve enim dominandi cupidior qvam fidei pietatisqve amans erat. Hic tamen viros, qvos hæreticos habebat, magna qvidem arrogantia et superbia usus, manifeste adoriebatur; ille vero, qvos in synodo oecumenica hæreticos damnarat, verborum lenociniis capere studebat. Sed neuter sibi constare poterat. Hispanum prudentia cogebat, ut, missa ingenii sui ferocitate, Asturios lenius increparet; Romanus Græcam, qvam laudibus extulerat, ecclesiam in lite de spiritus sancti processione offendere cogebatur.

Ipsa vero certamina hujus ævi ex qvadruplici fonte manarunt. Adoptianismus ex *sincero veri studio* oriebatur, Migetianismus et Beatianismus ob *dominandi cupidinem* Elipandi inter hæreses referebantur, cultus imaginum non alia de causa contra Græcæ ecclesiæ scita vetabatur, qvam qvod Francorum mentes, litteris non mediocriter imbutæ, *impietatem ejus perspectam habebant*, deniqve controversia de processione Spiritus S. eo provocabatur, qvod Græci, par pari referre cupientes, omnem Latinos aggrediendi opportunitatem avide arripiebant.

s a c r a

n i s m o.

Felicis fautores nacta fuerat. Qvorum quum unus Felici persvasisset, ut novo causam suam examini committeret, Aqvisgraniis iterum (a. 799) habita est synodus, in qva Felix, quum præsens diu multumqve cum Alcuino disputavisset, ad incitas redactus, revocaturum se esse dogma suum promisit. Neqve tamen patres hoc contenti erant; sed, ne ad idem iterum relaberetur, satius duxerunt Leidrado, episcopo Lugdunensi, custodiendum eum tradere. Qvibus factis, Alcuinus Elipando æqvissimis verbis scripsit; cui tamen epistolæ hic litteras, acerbe[9] et falso dictis refertas, opposuit.

Dum Felix Lugduni custodiretur, omnem dedit operam, ut objectivam rationem filii Dei et hominis meditando perspiceret, neqve potuit, qvin damnatam suam formulam ceteris veriorem haberet; de qvo commentationem posthumam reliqvit. Qvam quum Agobardus, qvi Leidrado episcopo successerat, cognovisset, Nestorianismum Felicis fusius refutare conatus est.

Si itaqve omnes hujus controversiæ rationes diligenter examinatæ fuerint, qvis dubitabit Felici sinceræ veriqve amantissimæ mentis laudem tribuere; nec facile erunt, qvi non stolidam arrogantiam Elipandi, tetram tyrannidis ignaviam Hadriani et Leonis, pontificum, et docta Franciæ episcoporum, inconsulta qvidem severitate obfusa, studia agnoscant *).

4. de processione Spiritus sancti.

Supra allatum est, in multorum conciliorum decretis Spiritui sancto processionem non minus *ex filio* qvam ex patre vindicatam fuisse (vid. p. 22. & ej. not. 4); hoc autem eo consilio Nicæno-Constantinopolitano symbolo additum fuisse, ut Arianismus arceretur. Qvod si enim negaretur, Spiritum sanctum ex filio procedere, ipse filius patre inferior describeretur; itaqve ad Arii, filium patri subordinantis, sententiam transitus facilior esset. Sed quum illud in nullo concilio oecumenico esset sancitum, Græci pietatis qvadam specie conqveri poterant, antiqvis conciliorum oecumenicorum, qvæ per totum orbem Christianum colebantur, de fide decretis aliqvid sine summa ecclesiastica auctoritate adjectum esse. Neqve hoc facere omiserunt. Nam in synodo Gentiliacensi, inter Græcos et Latinos celebrata, qvorum supra mentionem fecimus, de hac qvoqve re qværebatur; sed nobis non constat, numqvid ibi definiretur. A. 791 Paulinus Aqvilejensis ipsum hoc additamentum in synodo qvadam confirmavit, et qvidem, ne qvis autumaret, Spiritum Sanctum "personaliter Patrem vel Filium esse"[10]. Post multos annos Johannes, monachus Hierosolymitanus, quum cognovisset, Occidentales qvosdam monachos, ibi degentes, duplicem illam processionem Spiritus S. profiteri, qvæstionem de ea re movit[11]. Itaqve miseri monachi litteras dabant Leoni III, et, ut videtur, ipsi Carolo imperatori. Neqve hic iis defuit. Namqve et synodum Aqvisgranensem a. 809 de hac re habuit, et Theodulfo Aurelianensi Occidentalium dogma defendendum commisit, et Leoni III legatos[12] de eodem misit. Hic vero, Græcorum invidiam metuens, qvanqvam in commentatione, ad monachos illos missa, docte disputavit, Spiritum S. ex utroqve, tam filio qvam patre, procedere, tamen indigne ferebat, tale qvid antiqvis fidei canonibus additum esse. Neqve igitur hæc Græcorum Latinorumqve dissensio composita est.

5. de fide populorum conversorum.

His certaminibus, qvæ docte gerebantur, dissimillima sunt bella, qvæ ad christianam fidem inter barbaras Germaniæ gentes propagandam per longam annorum seriem suscipiebantur. Non qvidem hujus loci est singula eventa bellica recensere. Sed consilio nostræ satisfacturos nos esse speramus, si, sacris his bellis breviter commemoratis, paucis indicaverimus, qvid Carolus hisce secutus fuerit, qvos condiderit episcopatus, et qvorum virorum piis studiis usus fuerit.

1. Carolus septies, a. 772, a. 773—74, a. 778, a. 780, a. 782, a. 782—85, a. 793—803 cum Saxonum gente ferociter dimicavit, neqve tamen bellicam eorum virtutem, pro libertate sua strenue certantium, frangere potuit. Itaqve ad urbem Salz foedus cum iis pepigit, ex qvo ipsis suas reliqvit léges et consvetudines, saucte servandas, et census tributorumqve immunitatem his legibus spopondit, ut lavacrum sacrum subirent, episcopis obedirent, et decimas sacro ordini persolverent. Hæc vero postrema lex Saxonibus molestissima visa est. Itaqve Alcuinus Carolum graviter admonuit, ut hanc aut ferre omitteret, aut ad aliud tempus differret, qvo ipsa religio radices satis altas in feroci hoc populo egisset, siqvidem "melius esset decimationem amittere qvam fidem perdere"[13]. Sed Carolus sacerdotum suorum, qvos Alcuinus "prædatores", non "prædicatores" esse affirmat, consiliis abreptus, non solum vi decimas exegit, sed etiam mortis supplicio omnes affici jussit, qvi aut "pagani permanere vellent"[14], aut "corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum flamma consumerent"[15], aut etiam "qvadragesimale jejunium contemnerent et carnem comederent"[16].

2. Ex his vero patet, Carolum non tam christianæ pietatis in animis Saxonum alendæ studiosum fuisse, qvam id potius egisse, ut Saxones, coeco sacri ordinis obseqvio adstrictos, promtiores redderet, qvi civili ejus imperio parerent.

3. Hinc igitur tractus Saxoniæ sacerdotibus implevit, hisqve episcopos præfecit. Qvo autem ordine singuli episcopatus conditi fuerint, multum disputatum est[17], neqve sine summo partium studio. Nos vero his tricis parum tribuentes, tantum ipsos episcopatus recensebimus, ut inde appareat, qvam late Caroli armis chna ecclesia propagata sit. Erant illi

a. *inter Westphallos:* Osnabrück, Paderborn, Minden et Mimigardenford, postea Münster (monasterium) vocatus;

b. *inter Ostphallos:* Hildesheim, cui tamen Ludovicus P. episcopum demum præfecit, et Halberstadt;

c. *in Saxonia inferiori:* Brema et Verda.

Carolus etiam inter *Slavos*, ultra Albim degentes, et *Avaros*, s. *Hunnos*, qvos bello vicerat[18], non qvidem satis prospere religionem prædicandam curavit.

4. Qvanqvam vero Carolus ad hos populos convertendos armis maxime utebatur, non pauci tamen viri vere christiani de religione inter illos pie tradenda bene meruerunt. Inter hos eminent:

1. *Sturmius* († 779) qvi Carolo in prima ejus expeditione affuit. 2. *Bernhardus*. 3. *Egilfridus*. 4. *Wiho*, Frisius, Osnabrück. episcopus factus. 5. *Hathumar*, origine Saxo. 6. *Erchambert*, origine Saxo. 7. *Lüdger*, Monasterio episcopus præpositus. 8. *Hildegrim*. 9. *Thietgrin*, Halber. 10. *Willehad*, Bremæ. 11. *Arno*, archiep. Juvaviens., inter Avaros religionem tradens.

*

Qvod in antecedentibus qvæstionibus perspicuis exemplis haud semel probavimus Caroli M. in ecclesiasticis legibus ferendis principium: omnia et singula ad veterum canonum normam et ex consultu sacri ordinis præsulum, salva tamen Principis, supremi judicis et arbitri, auctoritate, constituenda esse; idem Carolus in suis de vita monastica legibus secutus est. Exempla infra afferamus. Hoc loco satis habeo lectoribus duas leges Caroli considerandas offerre. Hic enim a. 811 in "capitulari interrogationis" ex "ecclesiasticis viris" qvæsivit: "utrum aliqvi monachi esse possint præter eos, qvi regulam sancti Benedicti observant", et "inqvirendum esse" putavit, "si (ɔ: an) in Gallia monachi fuissent, priusqvam traditio regulæ sancti Benedicti in has parochias (ɔ: tractus Galliæ) pervenisset" (c. 11); qva duplici qvæstione, eo provocata, qvod mona-

Q v i s e s s e t s t a

e) r a t i o n e m o

I.

1. Primum igitur ægerrime ferebat, qvod "viles homines et nolentes atqve inviti" contra regulam patrum in monasteria congregabantur"[1]. Deinde vetuit, ne "*reclusi* (ɔ: monachi) fierent, nisi qvos episcopus provinciæ atqve abbas comprobassent"[2]. Tum decretum Leonis Papæ repetiit: "ut servum alterius nullus sollicitet ad...... monachalem ordinem sine voluntate et licentia domini sui"[3]. Qvibus omnibus egregiam operam dedit, ut *aditus ad vitam monasticam* liber esset et solis dignis hominibus pateret.

2. Omnino rationem vitæ monasticæ *ad antiqvitatis exemplar* revocare studebat. Qvo pertinet Capitular. Aqvisgr. a. 789, capit. 71: "ut omnes ubicunqve, qvi se voto monachicæ vitæ constrinxerunt, *monachice* et *regulariter* omnimodis secundum votum suum vivant", et in lege Longobard. lib. III, tit. 1, §. 8: "et regulares *secundum regulam* vivant"; qvod ipsum præceptum sæpius postea repetiit; vid. Capitular. I, a. 802, capit. 12; II a. 802, c. 4; I a. 813, c. 4; I incerti anni, c. 33, et in primo omnium capitulariorum suorum (a. 769), capit. 3.

3. Ob eandem regulæ Benedicti ac veterum canonum reverentiam, "*stabilitatis*" officio monachos haud semel obstrinxit. Sic in capitular. Aqvisgran, c. 25, septimum concilii Chalced. canonem confirmans, præcipit: "ut.... monachi *in suo proposito* ac voto, qvod Deo promiserunt, *permaneant*" (coll. capit. 51), et in II Capitular. Aqvisgr., capit. 11 ipsam "*stabilitatem permanendi*" expressis verbis monachis injungit[4]. Qvod si vero monachus "ad clericatum proveheretur", tamen "monachicæ professionis proposito" adstrictus manebat, qvoniam, ait, tale qvid "in decretis Innocentii Papæ" legitur (Capit. Aqvisgr. c. 26). Itaqve repetitis vicibus vetabat, ne qvis monachorum ad "secularia negotia transiret" (ibid. c. 22; cfr. III a. 789, c. 14).

4. Neqve minori legum ecclesiasticarum studio *monachos abbatum regimini et disciplinæ subjecit*. Haud enim id solum edixit: "ut Abbas regat vitam monachorum" (Capit. I, a. 789, c. 71), vel hoc: "de obedientia, qvæ abbati debet exhiberi, ut absqve murmuratione fiat" (Capit. II, a. 789, c. 4), sed etiam vetuit, ne "monachi ad secularia placita vaderent" (Capit. I. a. 789, c. 71); qvocum conferendum est concil. Francof. cap. 9: "ut monachi ad secularia negotia neqve ad placita exercenda non exeant, nisi (ɔ: sed) ita faciant, sicut ipsa regula præcipit", et capitular. a. 788: "nullus monachus foris monasteria judiciaria teneat, nec per mallos et publica placita pergat". Horum enim primum abbatibus jus dicendi s. "placita" habendi provinciam vindicat. Bina posteriora intellectu difficiliora sunt. Quum enim "judiciaria" esse soleat aut districtus Judicis aut jurisdictio, hoc capitulum fortasse vetat, ne monachi, neglecto abbatis judicio, ipsi lites atqve rixas suas per fratrem, arbitrum electum, componant. Reliqva autem verba indicare videntur, illos secularibus judicibus lites suas commisisse. Ut vero hæc res se habet, id certum est, Carolum abbatibus et munus suos monachos judicandi et immunitatem civilium judiciorum tribuisse. Ob eandem causam voluit, ut *advocatos* haberent, qvi, si qvando "necessitas exigeret, ut abbates et monachi in secularibus placitis qvicqvid qværerent aut responderent, per advocatos suos hoc facerent" (concil. Mogunt. a. 813, c. 12), et qvæ illa necessitas sit, leg. Longob. lib. III, tit. 1 §. 11 his verbis exponit: "si de possessionibus, sive ecclesiasticis sive suis propriis, clamor ad Judicem veniat". Qvod tamen ubi fieret, abbates pariter atqve reliqvi omnes clerici ea immunitate gaudebant, "ut de *personis suis* ad sæcularia judicia neqve traherentur neqve distringerentur" (ibid.).

5. Sed in nullo capitulari *electio abbatum* monachis restituta esse dicitur; qvod eo magis mirandum est, quum talis electio et canonica esset, et clericis de episcopis eligendis jam a. 802 reddita (vid. p. 47). Igitur sine dubio abbates hoc a Carolo non petierant; episcopi autem in animum inducere vix poterant, ut talem legem rogarent.

6. *Minora* autem *munera*, in monasteriis dudum constituta, Carolus non solum confirmavit, sed ad justam et honestam rationem revocare studuit. Talis hæc lex est: "de Decania et Præpositis, ut eorum mutatio secundum regulam fiat" (Capitular. II, a. 789, c. 5); Decani autem i. e. qvi decaniis s. decem monachis præerant, commemorantur in regularum Benedicti cap. 21, et Præpositi, secunda post abbatem dignitate ornati, qvi absentium abbatum vicibus fungerentur, in ejusdem Benedicti regul. cap. 65. Talis qvoqve hæc lex est: "ut Cellarii in monasteriis avari non eligantur, sed tales electi sint, qvales regula S. Benedicti docet" (Capitular. Francof. c. 12); cellarius autem s. cellararius (Capit. II, a. 789, c. 6) promus erat, "qvi cellæ vinariæ et escariæ præerat"[5]. Huc deniqve pertinet cap. I a. 802, c. 13: "ut episcopi, abbates atqve abbatissæ Advocatos atqve Vicedominos, Centenariosqve, legem scientes et justitiam diligentes pacificosqve et mansvetos, habeant, qvaliter per illos sanctæ Dei ecclesiæ magis præceptum vel merces accrescat", coll. cap. II, a. 802, c. 21: "ut omnes habeant bonos Vicedominos et Advocatos". De advocatis jam diximus. Vicedominus idem est, qvi *oeconomus* dici solet. Nomen suum inde habet, qvod vices episcoporum aut abbatum in rebus "temporalibus" agebat, qvo hisce liceret spiritualibus rebus libere vacare. Plerumqve igitur laici erant. Eligebantur autem ab ipsis episcopis aut abbatibus; de qvo agit concil. Remens. a. 813, c. 24: "ut Præpositi et Vicedomini secundum regulas vel canones constituantur". Centenarii erant judices causarum minorum.

chorum longe plurimi regulam Benedicti haud observabant, aperte indicavit, se nihil sacro ordine haud consulto constituere velle, sibi autem esse persvasum, regulam Benedicti, aut si qva eâ antiqvior in Gallia valuisset, hanc ipsam pie servandam esse. Qvod idem in altero ejusdem anni capitulari præ se tulit. Postqvam enim "legendo" cognovisset, "Martinum (— intellige illum Turonensem —) et monachum fuisse et sub se monachos habuisse", iterum ex "Ecclesiasticis, i. e. episcopis et abbatibus" qvæsivit, "qva regula monachi vixissent in Gallia, priusqvam regula sancti Benedicti in ea tradita fuisset" (capit. 12). Igitur in seqventibus hanc dupplicem qvæstionem instituamus, qvalem Carolus rationem monachorum fore voluerit, et qvalis hæc esset.

t u s s a c r i o r d i n i s

a a c h o r u m

7. Vix autem fieri potuit, qvin *comites hæc jura* et privilegia monasteriorum *ægre ferrent*. Qvapropter Carolus in capit. I a. 802, cap. 14 præcipit: "ut abbates atqve abbatissæ comitesqve unanimiter invicem sint consentientes legem ad judicium justum terminandum cum omni caritate et concordia pacis".

8. Tandem *episcoporum curæ et judicio vitam abbatum monachorumqve* ex antiqvo jure *commisit*. Repetiit præceptum conc. Chalced. c. 4, "monachos, ... per singulas civitates et provincias, episcopis subditos esse" debere, neqve ulli usqvam licere, monasterium constituere "absqve civitatis episcopi voluntate" (capit. I a. 789, c. 22); vetuit autem, "ne monachi conspirationem vel insidias contra pastorem suum facerent" (ibid. c. 28)[6]. Qvo etiam pertinent capit. I a. 802, c. 15: "abbates autem et monachi omnimodis volumus et præcipimus, ut *episcopis* suis omni humilitate et obedientia sint subjecti, sicut canonica institutio mandat", et ejusd. capit. c. 17: "episcopus, in cujus dioecesi [monachi] erunt, omnino procuret, ne foris monasterio vagandi usum habeant, sed si necessitas sit ad aliqvam obedientiam aliqvem foris pergere, et hoc *cum consilio et consensu episcopi* fiat .... Foris vero peculium vel res monasterii sui abbas *cum episcopi sui licentia et consilio* ordinet"[7].

9. Idem vero Carolus *regiæ majestatis suæ* jura non minus, qvam antiqvas vitæ monasticæ regulas, *rata esse voluit*. Igitur de monasteriis regalibus tam ipse qvam Pipinus, filius, rex Italiæ, præcepit, primo, ut, qvemadmodum in episcopalibus monasteriis episcopus jus diceret, ita in illis penes se ipsum "distringendi" potestas esset (leg. Longobard. lib. III, tit. 1, §. 19)[8], secundo, ut ipse illis, qvos vellet, abbates præficeret (ibid. cap. 30)[9], tertio, ut tales abbates, qvippe qvi beneficium (ↄ: feudum) regis tenerent, milites in castra mitterent, neqve præter duos "de casatis et laicis hominibus suis" domum dimitterent (Capitular. I a. 812, c. 4. 5.), qvarto: "ut nullus privilegia ..... monasteriorum infringere præsumat" (Capitular. II incerti anni, c. 12).

Omnino summam sibi de omnibus monasteriis curam et supremum regimen vindicabat. Qvapropter mittere solebat, qvi "per monasteria virorum et puellarum viderent et inqvirerent, qvomodo esset eorum habitatio, vel qvalis vita aut conversatio eorum, et qvantum unumqvodqve monasterium de rebus haberet, unde vivere posset" (leg. Longob. lib. I, tit. 1, cap. 27). Hinc etiam præcepit: "ut nullus homo in placito Centenarii neqve ad mortem neqve ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia judicetur. Sed ista aut in præsentia Comitis vel Missorum nostrorum judicentur" (capit. III a. 812, c. 4)[10].

II.

Verum hæ leges Caroli plurimos vitæ monasticæ abusus arcere non poterant. Qvod primum ad ipsos *monachos et nonnas* attinet, secularibus rebus multis se immiscere solebant. Erant, qvi "ad secularia negotia vel ad placita exercenda exire" solerent (Capitul. a. 794, c. 9); alii vero, et ipsi qvidem Præpositi "venatores habebant" (Capit. II a. 813, c. 1.), et extra monasteria habitare ita amabant, ut Carolus ipse testatus sit, se necessarium sæpius duxisse, ut hoc vetaret (ibid.). Qvid? qvod multi erant "gyrovagi et Sarabaitæ" (Cap. II a. 789, c. 1) ↄ: qvi bini vel terni per urbes et castella vagantes, proprio arbitratu vivebant[11]. Nonnulli qvoqve, monasteriis suis relictis, ad exteras terras confugiebant, qvi ut reducerentur, Pipinus ex præcepto Caroli patris mandavit (Capit. a. 793, c. 2).

Omitto "negligentiam discendi" et "lingvam ineruditam", de qvo Carolus in "constitutione sua de scholis constituendis" qvestus est (Baluz. l. c. tom. I, p. 201—2). At libidinibus seu, ut verbis utar ipsius Caroli, "fornicationi et abominationi et immunditiæ" (capit. I a. 802, c. 17) ita indulgebant, ut "ebrietati et commessationi", neqve non crimini Sadomitarum dediti essent (ibid.). Nonnæ autem libidini, "ebrietati et fornicationi" ita se dabant, ut hæc lex necessaria duceretur: "ut in claustra vel monasterium earum vir nullus intret, nisi ad Missam tantum, et statim exeat" (ibid. cap. 18).

Abbates vero tantum aberant, ut "potentiva dominatione vel tyrannide sibi subjectos non premerent" (ibid. capit. 11), ut multis injustis modis his molesti essent. Primum lucri studiosi, "præmium pro susceptione monachi qværebant" (Capit. II a. 789, cap. 15; cfr. Capitular. Francof., capit. 14). Deinde monachos ob "qvamlibet culpam commissam" oculis privare, aut membra eorum mutilare haud dubitabant (Capit. Francof., cap. 16). Præterea regularum et canonum sæpe inscii erant (capitul. II a. 802, cap. 2), et contra regulam suam "cupplas canum habebant, et falcones, accipitres et joculatores"[12] (capitul. III a. 789, c. 15.), "rebus secularibus se inserebant" (capitul. I a. 811, c. 4), et "plurimis simul monasteriis" præerant (capitul. VI a. 806, cap. 9.).

Abbatissæ regulam suam haud minus migrabant. Intra claustra monasterii versari nolentes, foris vagabantur (capitul. III a. 789, cap. 3), venabantur (ibid. capit. 15), et episcopalibus muniis ipsæ fungebantur, ut Carolus vetaret, ne qva "contra morem ecclesiæ benedictiones cum manuum impositione et signaculo sanctæ crucis super capita virorum daret" (ↄ: presbyteros inauguraret), neve "velaret virgines cum benedictione sacerdotali" (Capitul. Aqvisgr., capit. 74). Omnino regulas vitæ suæ tam parvi habebant ut Carolus ediceret: "de Abbatissis, qvæ canonice vel regulariter non vivunt, ut episcopi reqvirant, et Regi annuntient, ut honore priventur"[13].

Episcopi sua in abbates atqve monachos potestate injuste sæpe utebantur. Privilegia, monasteriis concessa, nunc intercidendo corrumpebant, qvod Johannes II, episcopus Constantiensis commisit[14], nunc igne comburebant, qvo modo Egino, ejusdem successor, privilegium, monasterio S. Galli a Carolo M. concessum, delebat[15]. Interdum etiam sibi abbatum, et plurium qvidem abbatum, munera aut sibi retinebant, aut nepotibus suis committebant[16].

Laici deniqve opes monasteriorum vi diripiebant[17], aut ipsa monasteria in sua ditione tenebant (Capitul. ad Salz., cap. 2; coll. epist. Ludovici P. ad archiep. Senonensem)[18].

Neqve tamen Carolus tanta antiqvitatis reverentia imbutus erat, ut, qvæ antiqva essent instituta, hæc per se utilia, proba ac laudanda haberet. Neqve antiqvorum patrum nomina tanti faciebat, ut susqve deqve haberet, qvid ipse auctor religionis, aut primi ejus præcones instituissent. Neqve igitur, qvæ antiqvis temporibus instituta erant per se satis proba et honesta, iis præferenda esse ducebat, qvæ ad cardinem religionis proxime pertinebant. Ita qvamqvam "cantandi disciplinam minime contemnendam sed omnimodis exercendam esse" censeret, tamen "imperfectio cantandi ipsi visa est tolerabilius ferenda imperfectione vivendi" (Capitular. II a. 811, c. 11). Ita pulchris ecclesiarum ædificiis præferendum esse censebat "bonorum morum ornatum", qvia,

Q v i s e s s e t s t a

f) r a t i o n e p r e s b y t e r o r u m.

I.

Major erat Caroli M. salutis omnis populi sui cura et sollicitudo, qvam ut inferioris ordinis clericis neqve officia sua injungeret, neqve jura vindicaret. Itaqve ratio presbyterorum in legibus Caroli M. diligenter descripta est.

1. *Muneris eorum officia hæc erant:*
   a) Sollicite videre, ut clerici, qvos secum habebant, caste, pie et canonice viverent (Capitul. I a. 802, capit. 23);
   b) recte et honeste prædicare, maxime christologiam, mortuorum resurrectionem[1], supplicia vitiorum et præmia virtutum; non autem nova et non canonica ex suo sensu et non secundum scripturas sacras fingere et populo prædicare[2]. Ipsa autem prædicatio freqvens esse debuit[3], et "juxta qvod bene vulgaris populus intelligere possit"[4] composita;
   c) "confitentibus dignam poenitentiam indicere"[5] neqve ea prodere, qvæ vel latrones ipsis confessi essent[6];
   d) "chrisma, ab episcopis acceptum, sub sigillo custodire"; erant autem, qvi hoc ad medendum hominibus distribuerent[7];
   e) "infirmos oleo sanctificató cum orationibus diligenter ungvere"[8];
   f) "infirmis omnibus ante exitum vitæ viaticum et communionem corporis Christi tribuere"[9];
   g) "ordinabiliter baptismatis sacramentum agere"[10], non autem nisi tempore paschatis et pentecostes[11], exceptis tamen infirmis[12];
   h) "qvotidie pro episcopo suo precari"[13], nec raro pro rege[14];
   i) Missam celebrare, non autem nisi "in locis Deo dicatis" aut, si iter facerent, "in tabernaculis et mensis lapideis ab episcopo consecratis"[15].

2. Qvæ in presbyteris reqvirebantur *virtutes*, hæ erant:
   a) doctrina modica; sufficiebat enim, si "totum psalterium, signaculum et baptisterium memoriter tenerent, poenitentiale suum, cantum et computum bene scirent"[16], et "de divina scriptura et canonibus docti essent"[17];
   b) morum probitas; ut nullas in domo sua mulieres "extra canonicam licentiam" (ɔ: præter matrem, sororem et amitam[18]) secum haberent[19], neqve aut baptismum aut "aliqvid donorum spiritualium" pretio venderent[20], neve tabernas ingrederentur[21];
   c) obseqvium in episcopos (Capitul. Aqvisgr. capit. 36), qvos, parochias visitantes, prompte "susciperent cum collectione et adjutorio populi, qvi ibi confirmaretur" (cfr. p. 50).

3. De presbyteris muneribus suis præficiendis, legibus sancitum est:
   a) "ut nemo accipiat ecclesiam infra parochiam sine consensu episcopi sui"[22];
   b) "ut eorum, qvi ad ordinandum (ɔ: ut ordinentur) veniunt, fides et vita prius ab episcopo diligenter discutiantur, et sic ordinentur"[23];
   c) "ut nullatenus presbyter ordinetur ante tricesimum ætatis suæ annum"[24];
   d) "de liberis hominibus, qvi ad servitium Dei se tradere volunt, ut prius hoc non faciant, qvam a nobis (ɔ: Carolo M.) licentiam postulent"[25].

II.

4. Ordini presbyterorum propria qvædam jura concessa erant:
   a) "boni et fideles presbyteri", si criminum accusati essent, neqve testes idonei adessent, sacramento "se purgare" ɔ: innocentiam suam arguere poterant[26];
   b) diacono non licebat presbyterum accusare; accusatus vero presbyter sine qvadraginta qvatuor virorum testimoniis damnari non poterat[27];
   c) si qvid illis aut "hominibus eorum" injuste auferretur, "in duplum restitui debebat[28];
   d) si qvis presbyter, liber natus, interficeretur, "tripla compositione secundum legem suam", et, servus natus, tripla compositione secundum nativitatem suam componeretur[29]. Qvod ipsum in lege Salica (LVIII, 1) 2400 denariis ɔ: 600 solidis fieri debere constitutum est.

5. Hæc omnia satis præbant, qvam esset Carolus imperator de justa ratione presbyterorum sollicitus. Et videntur qvidem hi raro tantum ab episcopis injurias passi fuisse[30]. Sed imperialis dignitas neqve prohibere potuit, qvin presbyteri a laicis hominibus plurima mala paterentur, neqve efficere, ut ipsi sua sancte officia servarent. Erant qvi "presbyteros de ecclesiis ejicerent" et alios constituerent"[31], ipsi autem presbyteri potentum virorum patrocinio confisi, per agros et civitates vagari, in episcopos suos multis modis superbire et contumaces se gerere solebant. Qvod freqventer factum esse, inde patet, qvod repetitis vicibus vetitur (vid. Baluz. l. c. pag. 192, 196, 220, 226, 265, 267, 349, 355, 369, 515 et alibi passim). — Ac majori audacia hoc committebant, qvod, ad clericos capellæ regis confugientes, episcopalis jurisdictionis liberi essent. Namqve capellæ s. sacellæ regis, (ɔ: "sacræ in palatiis et villis, qvarum plurimas et fere in qvalibet provincia reges habebant, ædes, in qvibus reliqiæ, qvæ secum deferri a capellanis curabant, reconderent et asservarent"[32]) fere semper ab episcoporum jurisdictione et exactionibus eximebantur[33], et sine dubio ob eam causam, qvod capellani (ɔ: clerici, qvi in sacellis palatiorum sacris peragendis officiis operam dabant) viri dignitate illustres, episcopi aut abbates, erant. Sed qværi tamen potest, utrum presbyteri huc confugerint, ut canonicæ auctoritati episcoporum injuste se subducerent, an propter injurias, qvas injuste paterentur, episcoporum confugere cogerentur. Ut vero hæc res se habet, Carolus presbyteris tali confugio graviter interdixit in capitul. Francof. a. 794, capit. 36: "de presbyteris, qvi contumaces fuerint contra episcopos suos, neqvaqvam communicentur cum clericis, qvi in capella regis habitant, nisi reconciliati fuerint ab episcopo suo, ne forte canonica excommunicatio super eos exinde veniat".

ait, "in qvantum nobis videtur, structio basilicarum veteris legis qvandam trahit consvetudinem, morum autem emendatio *proprie* ad novum testamentum et christianam pertinet disciplinam" (ibid). Omnino hanc summam regulam professus est: "Qvod si *Christus* et *apostoli*, et *qvi apostolos recte secuti sunt*, in ecclesiastica disciplina sunt seqvendi, aliter nobis in multis rebus faciendum est, qvam usqve modo fecissemus (ɔ: fecerimus), multa de usu et consvetudine nostra auferenda, et non minus multa, qvæ hactenus non fecimus, facienda" (ibid). Qvæ quum ita sint, nemini mirum videbitur, Carolum, tantum temporis acti laudatorem, novam tamen disciplinam — vitam canonicam — suo assensu comprobavisse.

t u s s a c r i o r d i n i s

g) r a t i o n e v i t æ c a n o n i c æ.

1. Chrodegangus, episcopus Metensis, quum vidisset, "pastorum subditorumqve (ɔ: episcoporum et clericorum inferiorum) negligentiam nimiam esse", ut factus est episcopus, "necessitate, ut ipse ait, compulsus decretulum fecit", qvo clerus disceret "se ab illicitis coercere" (vid. prolog. ad regul. Chrodeg., ap. Hard. l. c. tom. IV, p. 1181). Cui decreto quum clerici, ipsi subjecti, parere se velle spopondissent, Metis hæc nova disciplina, ob regulam *s. canonem* Chrodegangi *canonica vita* strictiori sensu vocata, instituta est. Tota ejus ratio eo rediit, *ut clerici pari obseqvio episcopi disciplinæ parerent, qvo monachi abbatibus parere solebant.* Ex tali enim obseqvio fieri posse speravit, ut clerici a vitiis, ad id tempus freqventissimis, auctoritate episcopi coercerentur. Cui ne se subducerent, ante omnia præcepit, ut in una domo omnes clerici simul cum episcopo suo degerent, vel, ut verbis utar Pauli Warnefridi: "clerum adunavit, et ad instar coenobii intra claustrorum septa conversari fecit" (Du Chesne histor. Francor. script. tom. II, p. 204).

2. Singula illius regulæ præcepta recensere longum est, neqve nostro consilio necessarium. Sed hujus tamen loci est pauca disserere, ex qvibus intelligatur, qvid Chrodegangus singulis præceptis suis secutus sit. *Primum* igitur canonicis *absolutum* in eos, qvibus subjecti erant (— decanis, præpositis, archidiacono et episcopo —), *obseqvium* injunxit; qvo spectat cap. 2, de ordine canonicorum ɔ: qvis honore major, qvis minor sit, cap. 21 de mensis ordinandis ɔ: qvorum graduum clerici ad septem singulas mensas sedeant, cap. 8, debere omnes qvotidie ad capitulum venire, "ut episcopus vel archidiaconus, vel qvilibet ibi præesse videtur, ibidem, qvod jubere habet, jubeat, et qvod corrigere, corrigat", maxime vero cap. 17: "si qvis clericis contumax, aut inobediens, aut superbus, ... aut contradictor, aut rebellis, aut contentiosus aut murmurans, ... aut in aliqvo contrario consistens...., præceptis episcopi, vel qvi sub eo sunt, contemptor repertus fuerit; hic ... admoneatur semel et secundo a senioribus suis. Si non emendaverit, objurgetur publice coram omnibus. Si vero neqve sic se correxerit; si intelligit, qvalis poena sit, excommunicationi subjaceat; sin autem improbus est, aut minus intelligens, vel incorrigibilis, vindictæ corporali subdatur". *Deinde morum probitati* consulturus, sanxit, ut clerici semel aut bis, aut, si opus haberent, sæpius etiam episcopo delicta sua confiterentur; qvæ si hunc celavissent, hic eos, re comperta, in vincula conjicere aut "corporali disciplina", aut si qva alia ipsi utilis visa sit poena, afficere debuit (cap. 14, coll. 15, 16. 19). *Tum summæ* eos *continentiæ* obstrinxit, ut iis in qvadragesima semel, inter Pascha et Pentecosten bis tantum qvovis die liceret cibum capere, neqve eum qvidem largum (vid. cap. 20—22), et sub alto silentio capiendum (cap. 21). *Præterea* suos officiis divinis, præcipue in sex horis canonicis, in completorio degentes diligenter vacare jussit (cap. 4. 6. 10). *Postea* ne otii desidiæ se darent, de capitulo [34] ad operam manuum per episcopum aut reliqvos præfectos deducendi erant (cap. 9). *Deniqve*, qvicunqve in ordinem canonicorum recipiebatur, omnes res suas ecclesiæ donare aut "per precariam" tradere debuit (cap. 31). His omnibus igitur *rationem clericorum in vitam monasticam convertere* voluit. Neqve vita canonicorum alio nomine ab hac differebat, qvam qvod illis licebat *dona*, qvæcunqve ipsis conferebantur, accipere (ca. 32).

3. Hæc vita canonica, intra breve tempus tanto studio plurimis in locis recepta est, ut capitular. a. 789, c. 71 "vitam canonicam clericatum nominet". Qværitur igitur, ob qvas potissimum rationes disciplina ita rigida fere toti sacro ordini communis fieri potuerit. Carolo Magno hoc non debetur. Hic enim nulla lege sua præcepit, ut illa institueretur, qvanqvam eandem benigne ferebat. Neqve probabile est, omnes episcopos, Chrodegangi imitatores, rationes ita honestas, ut eæ erant, qvibus hic se ad novam hanc disciplinam instituendam commotum aut potius compulsum esse affirmat, secutos fuisse. Sed multa hanc vitam commendabant. Augebatur hac et auctoritas et regimen, qvo episcopi presbyteros, antea sæpe immorigeros (p. 58, nr. 5), regerent. Augebantur opes ecclesiarum partim capitulo regulæ Chrodegangi tricesimo secundo (vid. nr. 2), partim liberalitate privatorum hominum, qvi, novitate hujus vitæ capti, largiora, qvam antea in ædes sacras, ad sedes canonicorum munera in dies conferebant. Qvod vero ad presbyteros attinet, hi vel antea episcopis parere coacti erant, vel, hac disciplina admissa, necessaria ad victum et vestitum, qvæ episcopus iis ex regul. Chrodeg. 20, 22, 29 suppeditare debuit, qvibus vero antea sæpe caruerant, haberent. Quum autem hæc disciplina iis molestissima esset, exspectandum erat, eos commoda hujus vitæ avidius percepturos, qvam labores hujus disciplinæ suscepturos esse.

4. Neqve hæc disciplina diu integra florebat. Jam a. 802 Carolo necessarium visum est monere: "Canonici pleniter vitam observent canonicam; .... neqvaqvam foris vagari sinantur, sed sub omni custodia vivant" (Capitul. I a. 802, c. 22); unde patet, ipsos episcopos huic disciplinæ negligentius vacavisse. Qvid mirum igitur, presbyteros, ex septis capituli elapsos, "per vicos luxuriando et fornicando" vagatos esse (ibid). Undecimo anno post tres synodi, Arelatensis, Moguntina et Turonensis, similia præcepta dabant; ex qvibus hoc solum exscribam: "canonici .... victum et vestimentum juxta facultatem episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi per diversa vagari ac turpibus se implicare negotiis cogantur, dimissoqve ecclesiastico officio incipiant indisciplinate vivere et propriis deservire voluptatibus" (conc. Turon. a. 813, c. 23). Igitur culpa disciplinæ canonicæ neglectæ maximam partem in episcopis qværenda est.

5. Omnino hæc disciplina id solum rigore suo efficere potuit, ut clerici a vitiis aperte committendis arcerentur, et munia qvædam externa servare cogerentur; sed hos nullo pacto probis moribus ornare potuit, sed potius a proprio munere suo prædicando docendoqve plebis saluti consulendi [35] abduxit —

De ædibus sacris.

Postremo gravissimas leges Caroli de ipsis ædibus sacris paucis perstringamus.

1. De ædibus sacris *restaurandis exornandisqve* Carolus edixit. ut hoc episcopi, "nonas et decimas in omnibus accipientes", suis sumtibus facerent (Leg. Longob. lib. III, tit. 3, §. 3), qvartam decimarum partem hisce impendentes (ibid. §. 4)[1]. Qvod ut facere possent, "comitibus omnibusqve fidelibus præcepit, ut, qvicunqve de rebus ecclesiasticis beneficia haberent, pleniter nonas et decimas ad ipsas ecclesias donarent" (ibid. §. 2); qunmqve fieri posset, ut qvarta illa pars decimarum haud sufficeret, hanc legem insuper addidit: "et qvando necessitas exegerit, dent operas ad ipsas ecclesias restaurandas, et adjutorium faciant. — Præter has leges Caroli satis æqvas et justas, afferenda est iniqva lex ipsorum episcoporum: "ut *unusqvisqve sacerdos* (h. l. = presbyter) ecclesiam suam cum omni diligentia ædificet; et reliqvias sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis et diurnis officiis conservet"; sed dubito, an hæc a Carolo unqvam confirmata sit.

2. De *novis ædibus exstruendis* Carolus plura sapientissime constituit. Ita primum capitul. ad Salz, c. 3: "qvicunqve voluerit in sua proprietate ecclesiam ædificare, una cum consensu et voluntate episcopi, in cujus parochia fuerit, licentiam habeat. Verum tamen omnino providendum est, ut aliæ ecclesiæ antiqviores propter hanc occasionem nullatenus suam justitiam (ɔ: jura) aut decimam non perdant, sed (ɔ: qvæ) semper ad antiqviores ecclesias persolvantur"; qvod qvidem utrumqve qvam sit æqvissime constitutum, nulla explicatione eget. Deinde capitul. III a. 805, c. 19: "de ecclesiis seu sanctis noviter inventis, nisi episcopo probante, minime venerentur". Tum capitul. III a. 803, c. 1: "ubi in uno loco plures [ecclesiæ] fuerint, qvam necesse sit, ut destruantur, qvæ necessariæ non sunt, et aliæ construantur", qva lege id secutus esse videtur, ut, qvotqvot ædes sacræ necessariæ essent, hæ splendidius exornarentur[2].

3. Omnino Carolus voluit, ut ædes sacræ *opibus et facultatibus diffluerent*. Ipsi enim persvasissimum erat, "res ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum"; unde cuiqve [ecclesiæ], inqvit, "non solum habita (ɔ: qvæ obtinuerunt) conservare verum etiam multa .... conferre optamus"[3]. Qvod utrumqve plurimis legibus efficere conatus est.

a) "Statuit, ut ecclesiæ nullam penitus divisionem[4] aut jacturam paterentur" neqve per se neqve per filios suos aut successores[5]; atqve ut prohiberet, ne potentes viri tale crimen committerent, hanc legem Longobardis scripsit: "si qvis Præpositus aut ministerialis aliqvas res ecclesiæ, qvas providere debet, *aliqvo scriptionis titulo* cuicunqve concesserit, qvod ad damnum ipsius ecclesiæ pertineat, *pro sacrilegio computetur*" (leg. Longob. lib. I, tit. 34 §. 2). Hinc gravissimas poenas iis indixit, qvi ædes sacras aut incenderent aut exspoliarent[6], aut "pecunias Christi et ecclesiæ fraudarent, raperent, vastarent vel alienarent"[7], aut deniqve "pacem" ædium sacrarum "infringerent"[8].

b) "Sacerdotibus" præcepit, "ut admonerent *populum*, ut eleemosynam darent, ... propter diversas plagas, qvas, inqvit, assidue pro peccatis patimur"[9]; sed eleemosyna non solis pauperibus, præcipue vero ecclesiis conferri solebat. Constituit, "res, qvæ ab *episcopo* acqvisitæ essent, aut per comparationes, aut per traditiones", post ipsius ordinationem, ad ecclesiam, neqve ad hæredes ejus, pertinere; episcopo autem licere ex iis ipsis rebus, qvas ante se episcopum ordinatum teneret, "traditionem ad ecclesiam facere"[10]. Atqve ut ecclesiis tuta esset rerum, ipsis collatarum, possessio, voluit, ut "qvi res suas pro anima sua ad casam Dei tradere vellet, domi traditionem faceret *coram testibus legitimis*"[11]. Omnino valde studebat, ut "*contractus precariæ*" scriberentur. Qvo pertinet hæc lex: "præcipimus, ut nullus res ecclesiæ nisi precario possideat; et postqvam ipsæ precariæ finitæ fuerint, faciant potestative speculatores ecclesiæ utrum elegerint, aut ut ipsas recipiant aut posteris eorum sub precario et censu habere permittant; ......et sic a rectoribus earundem ecclesiarum precariæ, si renovandæ sunt, canonice renoventur"[12]; neqve non capitulum IV, addit. ad leg Longobard.: "si qvis Longobardus statum humanæ fragilitatis percogitans, pro salute animæ suæ de rebus suis *chartam donationis* qvamlibet facere voluerit, non, sicut hactenus fieri solebat, jus sibi vendendi, commutandi et per aliam chartam eandem rem alienandi reservet; sed *absolute* faciat unusqvisqve de rebus suis, qvod velit; et noverit sibi a nostra auctoritate penitus interdictum esse duas de eadem re facere donationes...... Eidem tamen, si voluerit, *usum fructum* per precariam res traditas, usqve in tempus definitum possidendi sit concessa facultas"[13].

c) Deniqve *Carolus ipse* summa liberalitate ecclesias donavit; cujus egregium exemplum præstat breviarium divisionis thesaurorum Caroli M., qvod legitur in Eginhardi vita Caroli M. cap. XXXIII.

4. Idem tamen Carolus ægerrime ferebat, si qvis opes ædium sacrarum injusta vel iniqva ratione sibi compararet. Qvod qvidem bina capitula 26 et 27 capit. I a. 809 aperte indicant. Namqve in priori præcipit: "de traditionibus, ut in abscondito non fiant propter contentiones diversas", in posteriori autem: "ut nullus comparationes faciat cum paupere *dolose*, nisi per justitiam". Qvæ igitur sacerdotes ad opes ædium suarum augendas iniqve sæpe committebant, horum culpa ex liberalitate Caroli nullo modo repetenda est.

IV.

Ævum Ludovici Pii

814—840.

Defuncto Carolo M. Bernhardus, nepos ejus, filius Pipini[14], regnum Italiæ [illegible] rium Francicum Ludovicus, cognomine Pius, obtinuit. Hic a. 817 imperium inter tres [illegible] natu maximus, titulo Imperatoris ornatus reliqvis binis filiis Ludovico et Pipino superior [illegible] ob seditionem contra ipsius Ludovici voluntatem[16] morte multato, Italiæ regnum contulit. [illegible] ut se qvodam modo imperio exuit, ita intestinorum inter filios suos bellorum auctor exstitit. [illegible] gratiam Caroli, qvarti filii, a. 829 mutavit, ob qvod graviter offensi, reliqvi tres filii a. 830 armis [illegible] in bello Ludovicus P. captus in carcere a Lothario retentus est, sed per Ludovicum filium imperio [illegible] diu imperium tenebat. Namqve tres filii, ægerrime ferentes, qvod pater dilecto Carolo suo magis [illegible] 833 ipsi bellum iterum intulerunt, in qvo hic iterum captus et gravem poenitentiam subire jussus est. [illegible] per biennium jura imperialia exercebat; quum autem fratres suos sæpissime læderet, hi bellum ei [illegible] toriam dignitatem iterum contulerunt. Hic tamen tanto Caroli filii amore incensus erat, ut post aliqvot [illegible] nova imperii divisione huic regnum aliqvod parare, sed etiam Lotharii in Ludovicum armis uti conaretur. [illegible] indigne ferens, patrem bello persecutus est. Hic vero moerore confectus eodem anno diem obiit supremum [illegible]

Ex hac brevissima vitæ Ludovici P. descriptione per se patet, ævum hoc non eo sensu Ludovici [illegible] lari posse, qvo superius ævum (a. 768—814) Caroli Magni nomine ornari debuit. Attamen spatium [illegible] ævum Ludovici P. dici debet. Primum hic, ad leges ecclesiasticas ferendas qvam ad imperium inter medios [illegible] viles gerendum naturâ aptior, multa certe instituit, qvæ ab alius ingenii principe vix fuissent instituta. Deinde [illegible] ob mite ingenium Ludovici plurima jura vel obtinuit vel sibi impune arrogavit. Tum litterarum per hæc tempora et in- crementa et damna maximam partem Ludovici institutis debentur. Postremo Romanæ sedis antistes soli imbecillitati Ludovici opes, qvas hoc ævo obtinuit, debebat. Ne dicam, pium Ludovici studium religioni inter barbaras gentes tradendæ præcipue vacasse. Qvo magis autem rationes hujus ævi ab iis differunt, qvæ Caroli M. temporibus erant, eo justior de utroqve ævo ferri potest sententia.

Qvod ad ordinem, qvem secuti sumus, attinet, hunc spero ita institutum esse, ut cuicunqve logica ɔ: rerum enarrandarum naturæ conveniens esse videatur. De qvo igitur nihil opus est præfaremur.

Hoc autem loco præmittendam esse duximus priorem partem historiæ *Ebbonis* et *Drogonis*, qvorum sermo postea *passim* injiciatur. *Ebbo*, servili genere natus, qvi cum Ludovico P. educatus erat, ab eo libertate præditus, archiepiscopali sedi Rhemensi a. 816 præfectus est. Qvæ sint hujus viri de religione inter exteras gentes tradenda merita, suo *loco* (p. 66) trademus. Idem vero, omnium, qvæ Ludovico debebat, beneficiorum immemor, ab hoc a. 833 defecit, suaqve auctoritate effecit, ut Ludovicus publicam poenitentiam subire cogeretur. Qvare a. 834 captus post nonnullos ambages, quum se munere ecclesiastico indignum ipse professus esset, a. 835 depositus est, et in custodiam episcoporum monachorumqve qvorundam traditus. *Drogo*, nothus filius Caroli M., jubente Ludovico P. magna cura educatus est, postea ob suspicionem proditionis Berengarii consortii tonsus et in monasterium qvoddam detrusus, tandem vero Metensi ecclesiæ episcopus a. 824 præpositus est. Ex qvo tempore Drogo partes Ludovici summa fide tuebatur[17]. Ejus auctoritate monitus Ludovicus, filius Ludovici P., patrem a. 834 in imperium restituit. Ejusdem consilio septem archiepiscopi restitutum imperatorem iterum consecrarunt et coronarunt, et Ebbonem istum damnarunt.

Græca cleresia, ex arbitrio principum fidem suam mutare solita, imaginum religionem, ut imperatoria voluntas ferebat, nunc damnabat nunc solenniter sanciebat. Neqve enim, qvam mediæ viæ sapientiam Franci a. 794 secuti erant, hanc suam fieri Græci patiebantur; cujus rei causa tum in nominis Latini invidia, tum in fanatica monachorum plurimorum et episcoporum qvorundam audacia qværi debet. In ista vero ingeniorum vel inconstantia vel zelo intemperato litteræ parum aut potius nihil florebant; qvare vitæ doctorum virorum digniores sunt, qvæ cognoscantur, qvam scripta eorundem. Perqvam igitur feliciter accidit, ut hoc tempore Calipharum solium teneret Almanunes, vir incredibili litterarum amore incensus, qvi et bibliothecas librorum Græcorum condebat, et suos cognoscendæ Græcæ litteraturæ studio inflammabat; qvibus postea factum est, ut, exstincta ferme in Europæis Græcarum litterarum cognitione, hac eos Saraceni instruere possent. — In Occidente Ludovicus Pius, qvi magnum patrem suum imitari cupiebat, hujus de imaginibus sententiam confirmavit; idem vero, qvæ ejus erat timiditas mentisqve imbecillitas, antistitem Romanum, offendere recusans, cultum imaginum, qvo integra synodus Gallis interdixerat, in omnibus imperii sui partibus non ausus est vetare. Qvid mirum igitur, tum hunc cultum in plurimus locis, maxime in Italia, magna cum religione observatum esse, tum erectioris ingenii theologos, illius impietate offensos, media via relicta, de ipsis imagi-

lis iconoclastica, inter Græcos gesta,

qvalis per hoc ævum erat, omnia, qvæ hactenus in ipsa evenerant, eodem fere ordine, qvo antea facta erant, repetiit; qvanqvam hæc nostri ævi eventa in nonnullis satis ab illis differunt.

Namqve *Leo V, Armenius*, vir bellica virtute clarus, animo secum reputans, qvam fuisset imperium iconoclastorum imperatorum (Leon. III et Constant. V) celebre, iconolatrarum autem inglorium[7], statim, ut imperator factus est, per Johannem Grammaticum cultum imaginum præstantissimorum patrum auctoritatibus *docte refutari* jussit; qvo tamen Nicephori patriarchæ Constant., furiosam imaginum reverentiam haud fregit. — Deinde *seditio plebis* ac maxime militum orta est, non ea tamen, ut olim (a. 730), ad tuendum magines, sed ad has ipsas penitus abolendas. In hac autem Leo V moderatius, qvam in illa Leo III, versabatur. Clam enim Nicephorum, qvem furor tumultuantium vehementissime petebat, munere privatum urbe expulit, Theodotum, laicum qvendam hominem, in ejus locum sufficiens, concitatosqve hominum animos magno labore sedavit. — Tum *concilium* Constantinopoli a. 815 *coegit*, in qvo patres eandem legem sanxierunt, qvæ in concilio a. 754 lata erat[8]. — Postremo, quum rabies iconolatrarum, qvos inter Theodorus Studites primum locum tenebat, vel convicia in eum palam congereret, vel novas res moliretur, ferocissimos qvosqve in vincula conjici *verberibusqve affici* jussit. — *Michael Balbus*, imagines ipse exosus, postqvam *lenitate* furorem iconolatrarum non tam sedavisset, qvam concitavisset[9], horum plurimos graviter punivit. Ne autem ob hoc inter Occidentales injusta ferretur sententia, *litteras misit* ad pontificem Romanum et Ludovicum imperatorem, qvæ veram litis rationem exponerent; qvæ tamen non magis, qvam synodus illa Gentiliacensis, Occidentalibus, ut Græcorum de imaginibus sententiam probarent, persvaserunt. — *Theophilus* filius ejus pari, atqve olim Leo IV, in iconolatras severitate usus est, eandemqve, qvam ille, fortunam habuit; nam Theodora, regina, imagines clanculum colebat. Itaqve prohibiturus, ne post mortem suam hujus mulieris insidiis cultus ille restitueretur, moribundus Theodoram cum senatu sacramento, ne tale qvid committerent, obstrinxit. — Sed hoc non impedivit, qvin Manuel, qvi cum Theoctisto, dum *Michael III* nondum adolevisset, imperium administrabat, primum omnes iconolatras, exules aut in vincula conjectos, poenis liberaret, deinde Johannem, patriarcham Constant., qvi imagines non ferebat, munere suo dejiceret, et Methodium, qvi ob cultum imaginum multa antea passus erat, sedi huic præficeret, tandem vero a. 842 in concilio Constantin. decretis concilii a. 787 summam auctoritatem restitueret[10]. Qvæ omnia Theodora, ad tempus qvidem speciei causa renitens, contra sacramenti sui religionem confirmavit. Itaqve, ut olim per Irenam, sic hoc tempore per Theodoram superstitiosus cultus imaginum constitutus est. —

scriptores Græci.

Sergius, qvi multa ob defensum cultum imaginum passus est, scripsit historiam adversus iconomachos, res gestas inde a Constantini Copronymi temporibus ad a. 828 complectentem, qvæ vero periit.

Michael, syncellus[11] patriarchæ et presbyter ecclesiæ Hierosolymitanæ, qvi multos pro imaginum causa labores et ærumnas sustinuerat, plures gravioresqve sub Theophilo Imperatore patiebatur, circa a. 835 in carcerem conjectus et tormentis excruciatus. Scripsit:

1. encomium S. Dionysii Areopagitæ;
2. encomium in Sanctos Dei Archangelos et Angelos;
3. professio fidei s. libellus de orthodoxa fide.

Methodius, confessor dictus, natione Siculus, monasterio, in Chio insula exstructo, adscriptus, a Michaele Balbo ob propugnatum imaginum cultum ante a. 829 in Acritam carcerem conjectus est, a. 838 a Theophilo Imp., seditiones ab eo excitandas verito, in exercitu adversus Saracenos ductus ac post reditum in tenebrosum carcerem conjectus. Anno 842 patriarcha Constant. factus, in synodo hujus anni solemnis cultus imaginum restitutor fuit[12]. Ex scriptis, qvæ ei tribui solent — *orationes*, *encomia* et *canones poenitentiales* — pleraqve parvæ fidei, minoris etiam pretii sunt[13].

Nicephorus, Irenæ a secretis, aulicæ vitæ pertæsus, in monasterium secessit, sed a. 806, mortuo Tarasio, ipse patriarcha factus est. A Leone V a. 815 sede sua motus, in monasterio ad mortem delituit (†828). Scripsit:

1. breviarium historiæ a cæde Mauritii usqve ad a. 769 deductum;
2. adversus iconomachos libri III;
3. opuscula qvatuor adversus iconomachos.

Theodorus Graptus, ob infrenatum studium imaginum (sub Leone V, Michaele II et Theophilo) flagris cæsus, in carcere diem obiit supremum. Scripsit:

1. de fide orthodoxa contra iconomachos;
2. disputatio de imaginum cultu;
3. epistola de poenis et tormentis, sibi illatis.

nibus iniqvius judicavisse? Deniqve Ludovicus P. litteris, qvas tamen ipse amabat[1] et pro virili tuebatur[2], aliqvanto officiebat, qvod nefas esse ducebat, gentilium scriptorum opera a Christianis legi. Lotharius, filius ejus, novas scholas condebat[3], iisqve, qvoad licuit, idoneos magistros præficiebat; et ipse qvidem Eugenius I, pontifex Rom., pari studio, at successu minus læto[4], litteris consulere studebat. Sed major erat clericorum ignavia[5], qvam ut litteræ bonæqve artes per hos admodum adjuvarentur; neqve in mediis bellis intestinis, qvibus viri docti ipsi sese non subducebant, ferociumqve populorum incursionibus litteratis hominibus satis otii erat. Qvi autem ad scribendum animos convertebant, *vel* vitam monasticam, fata martyrum exarantes, celebrabant, *vel* hanc regulis adstringebant, *vel* grassantem ævi sui superstitionem pungebant, *vel* Judæorum mores carpebant, *vel* sacris libris explicandis operam dabant, *vel* deniqve de vitiis et virtutibus præcipiebant; ex qvibus patet, Caroli de litteris studia non insignem qvidem at aliqvem tamen fructum tulisse. Dogmata vero nemo illustrabat; sed mysticismo sedes inter Occidentales parabatur, postqvam Ludovicus P. scripta Dionysii Areopagitæ, qvæ a Michaele Balbo dono acceperat, in latinam linqvam convertenda curasset, et Hilduinus, abbas, vitam Dionysii satis exornatam confecisset. Britannorum nullus scriptor eminuit, sed Dungallus "Scotus, monachus in Gallia, cum insigni laude philosophiam et astronomiam docebat"[6].

scriptores latini.

1. *Eginhardus*, magister Lotharii, filii Ludovici P., apud qvem pari atqve sub Carolo M. auctoritate florebat, postqvam pluribus abbatiis functus esset, a. 829 monasterio, Selingenstadii constructo, præfectus est:
   1. vita Caroli M., magna et fide et elegantia conscripta;
   2. breviarium chronologicum s. abbreviatio chronici ex Beda, ab orbe condito ad a. 829;
   3. annales rerum gestarum Pipini regis, Caroli M. et Ludovici Pii ab a. 741—829;
   4. de translatione et miraculis SS. martyrum Marcellini et Petri, qvorum ossa Romà Selingenstadium translata sunt:
   5. epistolæ 62.

2. *Theodulphus* Aurelianensis multi a Ludovico P. æstimabatur, sed ob suspicionem perfidiæ in carcerem conjectus est, postea vero libertati et muneri suo redditus:
   1. annales Caroli M. et Ludovici P.; qvorum fragmenta supersunt;
   2. explicatio mystica missæ;
   3. explicatio symboli Athanasiani.

3. *Benedictus* Anianensis, qvi indefesso studio operam dabat, ut nova monasteria conderentur, conditaqve juste regerentur, diem obiit supremum a. 821:
   1. codicis regularum libri III;
   2. concordia regularum;
   3. modus diversarum poenitentiarum.

4. *Claudius*, Taurinensis episcopus 821—39, Hispanus, discipulus Felicis:
   1. apologetic. adversus Theodomirum de cultu imaginum;
   2. commentariorum in varias partes tam V.[14] qvam N.[15] Testamenti fragmenta haud contemnenda[16] supersunt.

5. *Jonas*, Aurelianensis episcopus 821—43, plerisqve ævi sui synodis strenue intererat:
   1. de institutione laicorum libri III;
   2. de institutione regia lib. I;
   3. adversus Claudii Taurinensis apologeticum libr. tres, post mortem Claudii script.

6. *Agobardus*, Hispanus, Lugdunensis episcopus 816—40, non tamen sine intermissione, erat. Namqve quum ab a. 833 partes Lotharii in Ludovicum Imp. teneret, Lothario a. 834 superato, munere suo privabatur, in qvod tamen a. 837 ab ipso Ludovico restitutus est. Scripta ejus:
   a) superstitionem pungunt: 1) "de picturis et imaginibus; 2) de grandine et tonitruis; 3) contra judicium Dei s. de divinis sententiis; 4) adv. legem Gundobadi;
   b) adoptianismum aggrediuntur, ut: adversus dogma Felicis[17];
   c) Judæos increpant, ut: epistola ad proceres palatii, et aliæ epp.
   d) politici[18] et hierarchici[19] argumenti sunt.

7. *Hilduinus*, abbas, ab a. 818 archicapellanus palatii, maxima gratia apud Ludovicum P. florebat; qvem tamen deserens, rebellis Lotharii partes seqvebatur. Per tempus aliqvod exul degebat, sed brevi gratiam Ludovici recuperabat. † 842. Jussu imperatoris scripsit: *areopagitica* s. de rebus gestis, passione et scriptis S. Dionysii; qvod opus non tam ex historicis monumentis collectum, qvam fabulis putidissimis refertum est.

8. *Amalarius*, Metensis diaconus, Ludovico, a qvo sæpius ad Gregorium IV legatus est, carissimus, claruit 812—16:
   1. vitæ clericorum liber capit. 113;
   2. de vita sanctimonialium;
   3. de mysteriis missæ;
   4. de divinis s. ecclesiasticis officiis.

9. *Ansgarius*, a. 801 natus, scholæ Corbejensi puer traditus est, et a. 814 sponte sua votum monasticum suscepit, et a. 821 ipsi scholæ magister præfectus est. Anno 823 in novum Corbejense monasterium, in Saxonia situm, discessit, ubi et scholæ præerat, et presbyteri munere fungebatur. Reliqva vita ejus postea tradetur. Scripsit Psalterium et epistolas; qvorum nihil superesse videtur.

lis iconoclastica inter Latinos gesta.

Ob litteras a Michaele Balbo ad Ludovicum Imp. datas coacta est synodus Parisiensis a. 824, in qva patres, postqvam magna libertate tum impietatem cultus imaginum, qvem synodus Nicæna II sanxierat, tum Hadriani I contra voluntatem Caroli M. studia imaginum tuendorum reprehendissent, æqvissime statuerunt, imagines neqve frangendas esse, neqve superstitioso cultu proseqvendas; simul decernentes, ut legatos Romam mitterent, qvi, si fieri posset, "Romanæ pertinaciæ" persvaderent, ut eandem sententiam amplecteretur. Sed, ut supra indicavimus, hac æqvitate nullus Romanorum pontificum et Galliæ ecclesiæ consensus efficiebatur. Itaqve Claudius Taurinensis, quum videret, Italorum in hac re superstitionem omnem modum excedere, sibi temperare non potuit, qvin imagines e templis ejiceret, contendens, nullum plane imaginum et ne crucis qvidem pretium aut religionem esse. Theodomirus abbas contra Claudium scripsit. Hic vero, quum omni sensu poetico naturà careret, frigide respondit, crucem non majori religione dignam esse, qvam asinos aut præsepia, siqvidem Jesus asino vectus esset, in præsepi autem jacuisset. Jussu Ludovici P. Jonas Aurel. librum Claudio opposuit, in qvo ille imagines censet aliqva adoratione ɔ: salutatione s. honore et cultu dignas esse, superstitiosam vero et perniciosam earundem adorationem plane improbat; qvi tamen libellus non ante obitum Claudii editus est. Sed præpostera illa Claudii in imagines rabies cultus earum religione animos Occidentalium imbuit; qvare quum Romanæ sedis auctoritas eidem graviter patrocinaretur, hæc superstitio, qvam Caroli M. sapientia ferme abrogaverat, paulatim restituebatur. —

Potentia Roma

I.

ipsorum prudenter atqve impudenter factis

Carolo M., summo *Leonis III* patrono, mortuo, proceres nonnulli Romanorum vitæ Leonis insidias pararant, sed, re ad Leonem delata, "ipsius (ɔ: Leonis) jussu trucidati sunt" (Eginhardi annal. ad. a. 815)[1]. Hoc autem Ludovicus Imp. moleste ferens, Bernhardum, Italiæ regem, Romam misit, ut rem, qvalis gesta esset, "per Geroldum sibi renuntiaret" (Astronomi vita Lud. P. ad a. 815). Leo igitur triumviros legatos ad Ludovicum misit, qvi "huic de omnibus, qvæ domino suo (ɔ: Leoni) objiciebantur, per omnia satisfecerunt" (Eginh. l. c.). En primum imbelli animi Ludovici, læsæ majestatis suæ jura haud vindicantis, exemplum! Vix autem Leo III a. 816 mortuus fuit, quum *Stephanus IV "illico* ad sacrum pontificatus culmen *electus* et *consecratus* est" (Anast. in vita ejus). Qvi, ne Ludovicus hoc ægrius ferret, & legationem ad hunc misit, "qvæ super ordinatione ejus imperatori satisfaceret" (Astronom. ad. a. 816), et ipse "qvam maximis potuit itineribus[2] ad eundem contendit" (Eginh. l. c. ad a. 816). Et tanta erat in Ludovico sedis Romanæ reverentia, ut, alterius sibi illatæ injuriæ oblitus, honorificentissime[3] Stephanum exciperet. Hic vero illum, jampridem a Carolo patre coronatum, "imperiali diademate coronavit, et benedictione insignivit. Qvibus completis tandem cuncta, qvæ poposcerat, impetravit" (Astron. l. c.). Stephanus Romam reversus tertio mense post obiit († 817).

Nunc *Paschalis I* electus, et, *prævia nulla, ab imperatore facta, electionis confirmatione*, consecratus est. Qvamobrem "post expletam consecrationem solemnem legatos cum *epistola apologetica et maximis muneribus* Imperatori misit, insinuans non se ambitione, nec voluntate, sed electione et populi acclamatione, huic succubuisse potuis qvam insiluisse dignitati" (Astron. l. c. ad a. 817). Qva simulata Paschalis humilitate commotus, Ludovicus ita facilem se præbuit, ut electionem ejus ratam haberet (Astronom, et Eginh. ll. cc.)[4]. Qvinto anno post (a. 823) Paschalis Lotharium, filium Ludovici, qvi, quum ex patris jussu in Italia jus dixisset, et jam in eo esset, ut in Franciam reverteretur, *"rogavit"*, ut Romam veniret. Qvo facto ipsum, jam a. 817 *a patre* "coronatum et nominis atqve imperii sui socium constitutum" (Eginh. l. c. ad. a. 817), "Regni corona et Imperatoris et Augusti nomine" ornavit (Eginh. l. c. ad a. 823). Brevi post tempore Theodorus, Rom. eccles. Primicerius[5] et Leo, Nomenclator[6], "in patriarchio Lateranensi primo excoecati, ac deinde decollati sunt" (ibid.), et Ludovico Imp. "nuntiatum est, hoc ideo iis contigisse, qvod se in omnibus fideliter erga partes Lotharii, juvenis Imperatoris, agerent. Erant et qvi dicerent, vel jussu vel consilio Paschalis pontificis rem fuisse perpetratam" (ibid.). Hoc tandem Ludovicum ira et indignatione implevit; qvare hic duumviros "ad hoc explorandum ac diligenter[7] investigandum" mitti jussit (ibid.). "Supervenerunt" qvidem Missi qvidam Paschalis, "accusationi opponentes excusationem, et super ista Imperatori examinationem offerentes"[8], sed Ludovico fides Paschalis dubia visa est, designatosqve duumviros Romam misit. Nunc vero Paschalis, *neqve* factæ cædis examen institui passus est[9], sed "ab interfectorum nece se cum plurimis[10] episcoporum sacramento purgavit" (Astron. l. c.), *et* "interfectores, qvia de familia Petri erant, summopere defendens, mortuos velut majestatis reos condemnavit, jureqve cæsos pronuntiavit" (Eginh. l. c.). Ludovicus autem pro solita sua inconstantia, vel, ut verbis utar Astronomi, "natura misericordissimus, occisorum vindictam ultro perseqvi *non valens, qvamqvam multum volens*, ab inqvisitione hujuscemodi cessandum existimavit". Sed Romanus populus culpam Paschalis bene novisse videtur. Ille enim hunc, a. 824 mortuum, "in ecclesia Petri humari noluit" (Thegan. de gest. Lud. P. c. XXX).

Jam vero in magna de pontifice eligendo contentione alterum populus, alterum, nomine *Eugenium*, qvi diu archipresbyter Romanæ ecclesiæ fuerat[11], nobiles pontificem designarunt. Tandem, "vincente nobilium parte, *Eugenius II* [in locum Paschalis] subrogatus atqve ordinatus est" (Eginh. l. c.) Hic igitur hujus rei nuntium per Qvirinum, subdiaconum, ad Ludovicum Imp. deferri jussit, qvi Lotharium filium Romam misit, "ut vice sua functus, ea, qvæ rerum necessitas flagitare videbatur, cum novo Pontifice atqve Romano populo statueret atqve firmaret" (ibid.). Qvi, Romam profectus, "ab Eugenio libentissime susceptus est. Quumqve de his, qvæ accesserant (ɔ: acciderant) qvereretur, qvare scilicet hi, qvi Imperatori et Francis fideles fuerant, iniqva nece perempti fuerint (ɔ: essent), et qvi superviverent, ludibrio reliqvis forent et haberentur: qvare etiam qverelæ adversus Romanorum Pontifices Judicesqve sonarent: *repertum* (ɔ: exploratum) est, qvod qvorundam Pontificum vel ignorantia vel desidia, sed et Judicum coeca et inexplebili cupiditate, multorum prædia injuste fuerint confiscata. Ideoqve reddendo, qvæ injuste erant sublata, Lotharius magnam populo Romano creavit lætitiam" (Astronom. l. c.), et multa alia justissime instituit, mox a nobis afferenda. Inter alia vero clerum et populum huic sacramento obstrinxit: "promitto ego ......: qvod non consentiam, ut aliter in hac sede Romana fiat electio Pontificis, nisi canonice et juste, secundum vires et intellectum meum, et ille qvi electus fuerit, me consentiente, *consecratus Pontifex non fiat, priusqvam tale sacramentum faciat in præsentia Missi Domini Imperatoris* et populi, cum juramento, qvale Dominus Eugenius Papa sponte pro conservatione omnium factum habet per scriptum". — Eugenius II † 827.

Nihilo tamen secius *Valentinus* illico post mortem Eugenii ab episcopis, proceribus omniqve populo et electus et consecratus est (Anast.). Sed, dum hic post XL dies obiisset, *Gregorius IV*, contra voluntatem suam pontifex factus, "non prius ordinatus est, qvam Legati Imperatoris Romam venirent, et electionem populi examinarent" (Eginh. l. c. ad a. 827)[12]. Hic satis diu (a. 827—44) sed non ita dextre munere pontificis fungebatur. Erant hæc tempora turbis et tumultibus plena. Ter Ludovicum Imp. filii armis adorti sunt; eoqve mortuo se invicem bello perseqvebantur. Quum tamen extra fines Italiæ ista bella gererentur, Gregorius diu ab his alienus erat. Sed a. 833, quum magnæ copiæ utrinqve paratæ essent, filii Imperatoris "Gregorium advocabant, sub ornatu qvasi qvi patri solus filios reconciliare deberet et posset" (Astronom. l. c. ad a. 833). Itaqve in castra Lotharii profectus est, incertum tamen qvo consilio ductus. Id vero testatissimum est, eum, nihil lucratum, "maximo moerore Romam egressum fuisse" (ibid.).

Hi omnes pontifices incredibili studio ædes sacras exornarunt. Qvod Anastatius copiosissime enarrans, reliqvam eorum historiam silentio præteriit.

n o r u m   p o n t i f i c u m

II.

valde aucta, haud tamen imperatoriæ ditioni subducta est.

Ex hisce disputatis patet, Ludovicum Imp. Romæ et in Romano ducatu non eam *exercuisse* potestatem, cujus exempla longe plurima patris Caroli historia exhibuit. Plures hujus rei causæ erant, qvarum hæc sine dubio gravissima dicenda est, qvod *lenitas* Ludovici justam de injuriis, ipsi illatis, vindictam sumere non poterat. Accedebat, qvod hic, Romæ nunqvam versatus, statum rerum haud novisset. Præterea Lotharius, regno Italiæ haud contentus, bella trans Alpes ciebat, qvibus impediebatur, qvo minus Romæ degens suo in hac urbe imperio consuleret. Hinc "deprædationes, qvæ fieri solebant" (Capitul. Lothar. a. 824), explicari possunt: hæc "ducum et judicum pontificis" (ibid. c. 1) origo: hæc eorundem "negligentiæ plebisqve clamorum" (ibid. c. 4) causa erat: hinc deniqve duplex Romæ factio exstitit *procerum* atqve *populi*, qvorum illi Francorum imperium molestius ferebant, hic omnem salutis suæ spem in hoc ipso ponebat. Utraqve hæc factio de pontifice eligendo acrius invicem contendebat (vid. Eug. II); qvod vero procerum factio victoriam semper reportabat, pontifices in animum inducere non poterant, ut crudelem horum vim, qvi in miseram plebem sæviebant, cohiberent, ipsi autem, de procerum fide certi et imperii Francici impatientiores, hoc ipsum, qvoad licuit, vel negligebant vel lædebant. Itaqve ex qvinqve hujus ævi pontificibus unus tantum confirmationem imperatoriam [13] ante expetiit, qvam consecratus erat: Leo privatos adversarios, læso judicandi jure Imperatoris, mortis supplicio affici jussit: Paschalis in eos sæviit, qvi coronati imperatoris partes fideliter seqvi volebant: ac pari et impietate et audacia Eugenius II egit.

Qvamvis vero hæc singula contra obseqvium, imperatori debitum, fierent, et multum conferrent ad jura, qvæ ad majestatem imperatoriam proprie pertinebant, Romanis præsulibus paranda; tamen cum Romani antistites *imperatorum supremum regimen agnoscebant, tum imperatores sibi hoc vindicatum volebant.* Huc pertinent crebræ legationes et epistolæ excusatoriæ, jam commemoratæ. Idem inde patet, qvod "Stephanus IV statim, postqvam Pontificatum suscepit, jussit omnem populum Romanum fidelitatem cum juramento promittere Ludevico" (Thegan. l. c. c. 16), cujus sacramenti analogon in vita Leonis III attulimus (p. 53). Præterea Ludovicus Missis suis præcepit, ut in dubiam fidem ipsius Paschalis, læsæ majestatis reum, diligenter inqvirerent. Lotharius deniqve solemni huic sacramento clerum et populum Romanum adegit: "promitto ego ille per Deum omnipotentem et per ista sacra IV evangelia et per hanc crucem Domini nostri Jesu Christi, et per corpus beatissimi Petri, principis apostolorum, qvod ab hac die in futurum fidelis ero Dominis nostris Imperatoribus, Hludovico et Lothario, diebus vitæ meæ, juxta vires et intellectum meum sine fraude atqve malo ingenio" (Baluz. Capit. Tom. I, p. 647). Idem, dum a. 823 Romæ esset, in controversia monasterium Farfense inter et sedem Romanam jus dicens, edixit, "prædictum monasterium nullatenus sub jure et dominatione Romanæ ecclesiæ esse debere" [14]. Deniqve Gregorius IV nihil unqvam ad jura majestatis imperatoriæ subvertenda suscepit. —

Ab altera tamen parte ipse Lotharius *aliqvod regimen pontifici Romano concessit.* In isto enim sacramento hæc verba addita sunt: "salva fide, qvam repromisi Domino Apostolico". Capitulare ejus Imum s. Romanum (a. 824 c. 1) hæc habet: "nam et hæc decernimus, ut Domno Apostolico in omnibus justa servetur obedientia, seu *Ducibus* et *judicibus* suis (ɔ: ejus) ad justitiam faciendam", et c. 4: "volumus etiam ut Missi constituantur a Domino Apostolico et a nobis, qvi annuatim renuncient nobis, qvaliter singuli Duces et judices justitiam populo faciant, et qvomodo nostra constitutio servetur. Decernimus itaqve ut primum omnes clamores, qvi negligentia Ducum aut judicum fuerint, ad notitiam D. Apostolici deferantur, ut statim aut ipse per suos nuntios eosdem emendari faciat, aut nobis notificet, ut legatione a nobis directa emendentur".

Qvod si autem aliqvis ex his edictis collegerit, civile urbis regimen pontifici collatum esse, a vero aberravit. Jampridem pontificibus proprii magistratus erant (vid. pag. 53, nr. 5), et esse qvidem debebant, siqvidem tot præditi bonis et prædiis. Iisdem et *duces* Caroli M. temporibus erant (ibid. nr. 4). Ac singuli ubivis locorum episcopi et abbates *judices* (centenarios) a se constitutos habebant. Est autem vero simile, pontifices Romanos ob absentiam Ludovici Imperatoris plures tales constituisse; neqve improbabile est, hos plura, qvam justum esset, jura sibi arrogavisse. Tantum vero aberat, ut Lotharius istis edictis summum judicandi officium illis concederet, ut ab eo potius "statutum est juxta antiqvum morem, ut ex latere Imperatoris mitterentur, qvi judiciariam exercentes potestatem, justitiam *omni populo* facerent, et tempore, qvo visum foret Imperatori, æqva lance penderent" (Astron. ad. a. 824). Itaqve Lotharius sedem Romanam non qvidem civilibus juribus, qvæ hæc, vel dudum collata, vel modo parata, tenebat, privavit, sed prohibuit sane, ne hæc plebis saluti suæqve potestati noxia forent. Prudentissime igitur et populi animum sibi devinxit, et proceres, pontificum partes tenentes, minus offendit. —

Hisce omnibus egregium lucem affert "decretum confirmationis, qvo Ludovicus P. Imp. donationes ecclesiæ Romanæ, ab avo suo Pipino, rege, et a patre Carolo M., Imp., factas, Paschali Papæ confirmavit" ap. Baluz. l. c. p. 591 seqq.; in qvo quum dixerit: "concedo tibi Paschali et successoribus tuis in perpetuum, sicut a prædecessoribus nostris usqve nunc in vestra *potestate et dictione* tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo etc....... ut [Paschalis et successores ejus] in suo detineant *jure, principatu ac ditione*", hæc verba gravissima addit, "*salva* super eosdem ducatus *nostra in omnibus dominatione et illorum ad nostram partem subjectione*". Qvod vero ad istam *ditionem* pontificis attinet, promittit, se istas provincias atqve urbes defendere velle "ad hoc (ɔ: in eum finem), ut [Paschalis] omnia ea in illius ditione ad *utendum* et *fruendum* atqve *disponendum* firmiter valeat obtinere; nullamqve in eis nobis partem aut potestatem disponendi aut judicandi, subtrahendive aut minorandi vendicamus"; unde patet, istam "ditionem" pontificis in *usufructuario jure sitam fuisse.* Qvod ut integrum pontifici vindicaret, necesse qvoqve erat, ut huic de rebus, ad ecclesiam Petri pertinentibus, potestatem judicandi relinqveret. Itaqve negat, se, si qvis ad ipsum confugerit, "subtrahere se volens de vestra (ɔ: Paschalis) *jurisdictione* vel potestate", tali homini jus dicturum esse, sed tamen "his exceptis, qvi violentiam vel oppressionem potentium passi, ideo ad nos veniant, ut per nostram intercessionem justitiam accipere mereantur, qvorum altera conditio est, et a superioribus valde disjuncta". Hos igitur excipiens, regiam jus dicendi potestatem sibi aperte vindicat.

H i e r a r c h i a

conversis populis borealibus

1. *Ebbo*, archiep. Rhemensis, summo studio, religionem ultra Albim fluri-um prædicandi incensus, quum tale negotium suscipiendi veniam a Ludovico P. a. 821 facile impetravisset, et hanc a. 822 bullà Paschalis I confirmatam vidisset, comite[1] *Halitgaro*, monacho, Haraldum Klak, subregulum, filium Godofridi, qvi, fratrum suorum simultate pressus, foedus cum Ludovico Imp. contrahere studebat, cum legatis ipsius revertentibus adiit, huncqve multis muneribus præditum, nomine Ludovici adhortatus est, ut Christi sacra profiteretur; sed tergiversante illo et baptismum suum ad tempus, qvo Ludovicum ipse visitaret, differente, multos tamen in ista regione batizabat, civiles regnorum rationes simul investigans; qvibus factis, mense Novbr. reversus, Ludovico, qvæ expertus fuerat, retulit. Hic igitur legatos ad fratres Haraldi missurus, hisce comitem Ebbonem adjunxit. Cum qvibus Ebbo iterum in Daniæ tractus profectus, diu in hoc feroci populo degebat, de religione prædicanda, et captivis redimendis bene meritus. Atqve ut laboris sui socios haberet, monasterium s. "cellam Wellanam" exstruxit, et inter alios *Ansfridum*, celeberrimum postea religionis præconem, artibus liberalioribus instruxit.

Interea foedus, qvod legati Ludovici P. inter Haraldum Klak et fratres ejus pepegerant, brevi post interruptum est; qvare Haraldus, quum fratrum impetus non posset sustinere, a. 826 mense Junio Ludovicum, "in palatio urbis Ingelheim" commorantem, supplex adiit; ubi cum uxore, Godofrido filio, Rerico s. Rurico, nepote, et multis comitibus suis baptismum subiit[2]. Qvare Ludovicus adeo lætatus est, ut largis muneribus tam Haraldum qvam comites ejus ornaret. Qvibus factis Haraldus regnum suum, Ludovico collatum, "beneficii" jure recepit, et filium ac nepotem suum fidei suæ obsides in imperatorio palatio reliqvit.

2. 826—29. Revertentem Haraldum *Ansgarius* (vid. p. 62) et *Autbertus*, monachi, comitabantur. Qvi quum in regnum ejus venissent, et varia inter gentiles prædicandi gratia itinera suscipiebant, multosqve batizabant, et scholam puerorum, qvibus postea religionis magistris uterentur, in urbe Hadeby condebant. Neqve tamen reliqvos filios Godofridi ad sacra Christi convertere poterant; qvorum unus Ericus, per tempus aliqvod an baptismum subiret dubius, subito, qvod Haraldus frater igni ferroqve in delubra et cultores idolorum sæviebat, hoc in proelio qvodam a. 828 superato, omnia chnæ religionis vestigia delere conabatur. Haraldum qvidem ad Northalbingiam profugum auctoritas Ludovici in regnum restituit. Sed hic ex hoc ipso tempore, si non a religione Christi deficiebat, at ei propagandæ nullam prorsus operam dabat. Autbertus ob valetudinem fractam ad coenobium suum a. 829 rediit, ubi brevi post diem obiit supremum, et Ansgarius jussu imperatoris eodem anno reversus est. Itaqve fides chna in his partibus tristissima sorte utebatur, qvam *Gislemarus*, pius homo, qvi partes Ansgarii sustinere conabatur, in lætam convertere non poterat.

3. 829—32. Interea Björn, rex Svecorum, legatos ad Ludovicum P. miserat, udituros, non exiguum esse hominum chnorum in regno ipsius numerum[3]. Qvam ob causam Ansgarius protinus cum *Willmaro*, monacho, eo missus est; ubi per unum et dimidium anni plurimos prope Bircam, urbem nescimus qvam, ad chnam religionem convertit. In Germaniam a. 831 reversus, coenobii sui otium qværebat, sed brevi post a Ludovico Pio, qvi "tam propter ecclesiastica lucra in gentibus demonstrata, qvam et propter votum pii genitoris sui" (Baluz. l. c. p. 683) sedem archiepiscopalem in "loco Hammaburg nuncupato" (ibid.) constituerat, factus est hujus sedis præsul, et a Drogone, archiep. Metens., consecratus. Quum autem Svecia nimis remota esset, *Gautbertus* s. Simon[4] illius in his tractibus vicarius constitutus est. Qvibus factis, Ansgarius Romam a. 832 profectus, a Gregorio IV pallio ornatus est.

4. 833—40. Hoc tempore Ansgarius summo studio et labore nec exiguo successu tam inter Nordalbingos qvam inter Danos religionem prædicavit; Hamburgi ecclesiam ædificavit, monasterium, cujus coenobitæ ad docendum emitterentur, exstruxit, et bibliothecam condidit. Neqve tamen plures qvam qvatuor ecclesias baptismales, in oppidis "Hamburg, Heiligenstädten, Schönfeld et Meldorf" sitas, sedi suæ subjectas habebat. Qvæ enim post a. 831 gerebantur bella inter Ludovicum et filios ejus, prohibebant, qvo minus ille pro voto animi sui studiis Ansgarii opem ferret. —

a) in Dania et Svecia omnibus modis constituta;

Interea Romanæ sedis auctoritas altiores, qvam ipsa religio, radices in his tractibus borealibus agebat; qvo nomine conversio horum populorum, et Anglo-Saxonum (vid. pag. 8—11) simillima erat. Non qvidem Ebbo, ut olim Augustinus Cantuariensis, ob admonitionem antistitis Romani ad prædicandum accessit. Neqve illi, Imperatoris favore gaviso, opus erat Romanæ sedis splendore, qvo ipse dignitate excelleret. Qvemadmodum vero Augustinus titulum archiepiscopi totius Britanniæ prius ambiit, qvam incolas insulæ ad chnam religionem convertisset; ita Ebbo munus suum non ante suscepit, qvam, Romam profectus, a Pascali I huic, qvod *"legationis"* nomine ornabatur, solenniter præfectus esset. Qvi Augustino olim succedebant archiepiscopi Cantuarienses, ad illius exemplum humiles Romanæ sedis cultores, non omnes tamen vanitate ducti, se præstiterunt. Qvi Ebboni successit Ansgarius, vir pius et probus, et ab omni vanitate alienus, Romæ tamen a Gregorio IV a. 832 *"archiepiscopus"* et *"legatus"* sedis apostolicæ constitutus et pallio ornatus est. Et ipse qvidem Romanæ sedi tantum tribuit, ut, defuncto Gregorio IV, jura sua a Sergio II, et post hujus mortem a Leone IV, confirmari passus sit[5]. Itaqve summa antistitum Romanorum in partibus borealibus potestas ab ipsis novæ ecclesiæ præsulibus admissa est.

Neqve Ludovicus Pius his juribus pontificum adversarium se præstitit, sed Ansgarium, archiepiscopum et constitutum et consecratum, Romam tamen ipse misit, ut a pontifice hujus urbis solenniter inaugurar etur.

Ipsi vero pontifices summo studio summaqve prudentia laborabant, ut tractuum borealium præsules suæ ipsorum *autocratiæ* submitterent. Paschalis I, quum de pia, qvà Ludovicus Imp. sedem Romanam proseqvebatur, reverentia dubius non esset, in bulla, Ebboni tradita, non solum asseruit: "gregem dominicum (ɔ: totum populum christianum) divina dispensatione suscepimus gubernandum", sed etiam legationem Ebbonis ad suum ipsius consilium et Petri atqve Pauli auctoritatem retulit[6]. Cui consequens erat, qvod *vel* ipsi Ebboni mandavit, ut, si qvando de rebus aliqvibus dubius esset, "ad Romanam ecclesiam recurreret"[7], *vel* "magis magisqve commonuit, ut [omnes] provida devotione et largo caritatis affectu .... qvæqve itineri huic necessaria prospicerent, ... et huic Dei officio ..... assensum et auxilium præberent", *vel* deniqve hæc verba gravissima subjunxit: "at vero si qvis, qvod non optamus, contrarius adversator huic divino cultui institerit, vel in qvoqvam præpedire conatus fuerit, ... ex divina jussione et apostolica auctoritate anathematis vinculo puniatur, et perpetua condemnatione reus diabolica sorte damnetur". Similiter Gregorius IV, jura Ansgarii confirmans, *primum* ita scribit, ac si necesse esset, ut jura archiepiscoporum qvorumvis a novis qvibusqve antistitibus Romanis confirmarentur[8], *deinde* "Ansgarium et successores ejus *legatos* in omnibus circumqvaqve gentibus"[9] constituit, qvod eum fecisse arbitror, ut Ansgarium subduceret auctoritati Germaniæ præsulum, Romanam sedem flocci habentium[10], *tum* "se Hamburgensum sedem .... Archiepiscopalem esse *decrevisse*", affirmat, qvanqvam hoc Imperatoris et decreto et edicto factum erat[11], *deniqve* graviter præcipit, qvales post obitum Ansgarii *eligantur* præsules Hamburgenses[12].

R o m a n æ   s e d i s

b) sed a præsulibus Francici imperii et ipso Ludovico P. minoris facta;

Seqvitur, ut tradamus, qvæ esset *hierarchiæ Romanæ* in imperio Francico ratio.

1. Ac pluribus documentis probatur, noluisse sacrum ordinem Francorum Romano antistiti parere. — *Primum* Petrum Apostolum, cujus primatu Romanus pontifex suam auctoritatem superstruere solebat, non tanti habebant, ut illum reliqvis omnibus apostolis præferendum esse censerent[13].

Deinde Romanum pontificem solum vicarium Petri esse negebant. Videlicet *omnes sacerdotes christianorum*, "successores apostolorum[14] et janitores coelestis aulæ" (conc. Paris. VI, a. 829, lib. I, cap. 4), *"vicem Petri gerere"* affirmant (conc. Aqvisgr. capit. III, can. 5). Qvibus convenienter conc. Paris. VI, lib. I, cap. 2 ex effatis Novi Testam. deducit, "universalem sanctam Dei ecclesiam unum corpus esse, ejusqve caput *Christum*", et conc. Aqvisgr. cap. III, can. 7 contendit, *"sacerdotes Christi vicem et ministerium gerere"*[15].

Tum unus saltem hujus ævi vir doctissimus, Claudius Taurinensis, titulum "Apostolici", qvem Romani præsules præ se ferentes summam sibi auctoritatem arrogare solebant, tantam vim habere negavit. "Apostolicus, ait, dicitur, qvasi Apostoli custos. Certe non ille dicendus est Apostolicus, qvi in cathedra sedet Apostoli, sed qvi Apostolicum implet officium. De illis enim, qvi eum locum tenent, et non implent officium, Dominus dixit: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi (Math. 23, 1. 2)" (Claud. apolog. atqve rescript. in Goldasti imp. decr. p. 764 seqq.).

Postea litis iconoclasticæ historia perspicuis documentis probat, qvam sacer ordo Francorum Romani antistitis auctoritatem haud fuerit secuta. Affirmant patres synodi Parisiensis a. 825, "Hadrianum indiscrete fecisse in eo, qvod superstitiose imagines adorare jussit", eundemqve, "in ipsis objectionibus aliqvando absona, aliqvando inconvenientia, aliqvando etiam reprehensione digna testimonia defensionis gratia protulisse" (act. huj. synod. ap. Mansi tom. XIV p. 415). Dolent deinde, se per legatos, qvos Ludovicus P. cum Græci imperatoris legatis Romam ad Eugenium II miserat, cognovisse, "qvaliter partim veritatis ignorantia, partim pessimæ consvetudinis usu hujus superstitionis pestis illis (ɔ: Italicis) in partibus inolevisset" (ibid), atqvè "summum Imperatori in eo obstaculum fuisse, qvod pars illa (ɔ: pontifex Romanus), qvæ debebat errata corrigere, suaqve auctoritate hujusce superstitionis errori obniti, ipsa prorsus eidem superstitioni non solum [haud] resistere, verum etiam incauta defensione contra divinam auctoritatem et Sanctorum Patrum dicta nitebatur suffragari" (ibid). Volunt deniqve ut hic, veritate ex testimoniis SS. Scripturarum et sententiis SS. Patrum in medium prolata, *"volens nolensqve* veritati cederet atqve succumberet" (ibid). *Postremo* in bellis, qvæ Ludovicus P. cum filiis suis gerebat, sacer ordo Francorum Romani præsulis auctoritatem prorsus spernebat. Plurimi episcopi partes filiorum Imperatoris seqvebantur; neqve tamen Gregorius IV, qvamqvam coram Ludovico Imp. iterum iterumqve affirmarat, se iter illud (vid. p. 64) suscepisse, "ut pacem in utramqvè partem sereret" (Astronom. l. c. p. 309), qvicqvam contra istos episcopos suscipere ausus est; hi autem illo plane inconsulto nunc a Ludovico defecerunt, nunc in ejus gratiam redierunt, nunc rebelles episcopos muneribus suis privarunt, nunc iisdem hos ornarunt. Qvid? qvod "quum rumor usqveqvoqve sereret .... de Papa Romano, qvod ideo adesset, ut tam Imperatorem qvam episcopos excommunicationis vinculis irretire vellet, si qvi inobedientes essent suæ filiorumqve Imperatoris voluntati", Francici episcopi asseruerunt, "nullo modo se velle ejus voluntati succumbere; sed si excommunicaturus adveniret, excommunicatus abiret" (Astronom. l. et l. c.) Qvinimmo litteras ei miserunt, in qvibus objicientes, "eum haud reverenter, sed ad injuriam et dehonestationem imperialis potestatis" ad Imperatorem accessisse, monuerunt, "jussionem" ejus imperali jussione minus gravem sibi videri, atqve affirmaverunt, "eum, nisi secundum voluntatem suam (ɔ: ipsorum) venisset, non habiturum esse ecclesias suas (ɔ: ipsorum) consentaneas sed in tantum contrarias, ut nihil ei in suis parochiis agere vel disponere liceret" (Hard. l. c. IV, p. 1275—78)*. Neqve hoc animo soli ii episcopi erant, qvi in bello hoc civili a partibus Ludovici P. stabant. Ipse vero Agobardus, episcopus Lugdunensis, qvi Lotharii partes summo studio seqvebatur, in epistola ad Ludovicum P., qvæ inscribitur: "de comparatione utriusqve regiminis, ecclesiastici et politici", hæc verba gravissima habet: "certe, clementissime Domine, si nunc Gregorius Papa irrationabiliter et ad pugnandum venit, *merito et pugnatus et repulsus recedet* .... Si enim qvod vestra voluntate et potestate cum consensu totius imperii vestri factum est et postea in Apostolica sede roboratum[10], hoc vult in pristinum reducere statum, satis rationabilis et opportunus est ejus adventus. Qvia nullatenus qvod ita est constitutum a vobis debetis mutare. Nec enim sine gravi periculo et reatu animæ fieri potest". Scilicet Ludovicus Imp. eo tempore Lotharium filium, jamdudum imperio a se suisqve admotum et Romæ coronatum, hoc eodem privaverat. Qvare Agobardo, Lothario faventi, "opportunus" visus est adventus Gregorii ad iram Ludovici componendam. Idem vero *"consensui totius imperii"* (ɔ: omnium ordinum ipsiusqve imperatoris) summam tribuit auctoritatem, qvam consensus apostolicæ sedis "roborare" (ɔ: sanctitate sua confirmare) qvidem posset, haud vero abrogare, et penes sacrum ordinem judicium esse voluit, utrum antistes Romanus juste an injuste ageret. Itaqve Agobardus sacri ordinis auctoritatem Romani pontificis auctoritate majorem esse affirmavit. —

2. Qvam his locis omnibus episcopi Ludovico Imp. vindicant potestatem pontificiali auctoritate majorem, eandem Ludovicus sibi ipse arrogavit. Hic enim in "præcepto" qvodam[11] contendit, "ecclesiam catholicam atqve apostolicam sibi *regendam tuendamqve* a Christo commissam esse", se autem ob eam causam "aptum locum elegisse, ubi sedem episcopalem per hoc suæ auctoritatis præceptum statueret", eiqve Ansgarium archiepiscopum præfecisse (Baluz. l. c. p. 681 seqq.).

Hierarchia Romanæ sedis

c) non tamen in Francico imperio plane sublata erat.

Interea tamen plura faciebant, ut nominis Romani reverentia in Francico imperio haud plane interiret.

1. Et primum qvidem ***hujus sedis pontifices*** nunqvam intermittebant, qvin hanc grandibus verbis in coelum tollerent. Scilicet homines verbis centies repetitis assentiri solent. Ita Gregorius in epistola "ad episcopos regni Francorum", qvam opposuit horum litteris, p. 67 nr. 1 commemoratis, molestissime ferebat, qvod ipsum Galliæ episcopi "fratrem et papam", neqve, uti vellet, "paternam reverentiam" appellarant. Admodum etiam dolet, qvod dixerant, "jussionem imperialem pontificali prævenire" ɔ: majori vi et auctorite esse; qvod secus se habere affirmat. Et alia multa his similia, protulit, qvale hoc est: "in tantum autem honoranda est cathedra pontificalis, et propter cathedram sedens in illa, ut etiam de Caipha..... dicat evangelista: "hoc autem a semetipso non dixit, sed quum esset pontifex anni illius, prophetavit etc." Unde constat, etiam impium Caipham propter cathedram honoratum esse prophetia", vel hoc: "neqve ignorare debueratis, majus esse regnum animarum, qvod est pontificale, qvam imperiale, qvod est temporale". Exstat qvoqve altera epistola Gregorii IV, de cujus tamen authentia admodum dubitari potest [1]. Qvod si vero genuina sit, sane qvidem admiranda est sollers Gregorii prudentia. Namqve in hac pontificalis potestatis rationem ita descripsit, ut pluribus sine dubio episcopis et inferiorum ordinum clericis persvaderetur, hanc sacram esse et suæ ipsorum saluti admodum profuturam esse. Postqvam enim Aldricus, episc. Cenomanensis, qvi non sine justa ratione damnatus esse videtur, ad eum provocavisset, Gregorius in ista epistola, "ad universos episcopos" scripta, graviter contendit: "et auctoritate canonum et prædecessorum nostrorum decretis sancitum est, ut episcopus accusatus, si voluerit, ***appellet Romanum pontificem***, et ad eum, si libuerit, confugiat", se autem "omnem suum affectum curamqve ad hunc finem dirigere, ut qvod ad exaltationem S. Dei ecclesiæ et qvod ad ***custodiam*** et ***profectum*** pertinet ***sacerdotum***, nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur". Deinde hanc regulam, episcopis sane gratissimam, proponit: "Exspectandi ergo atqve corrigendi magis sunt rectores ecclesiæ, qvam statim et ***absqve nostro consulto judicandi***", atqve ut hi promtius ad sedis Romanæ judicium confugerent, de Alderico monet: "si qvo pacto conversationes non habet amabiles, habendus tamen pro reverentia S. Petri, cujus est munitus auctoritate, dilectus". Fieri vix potuit, qvin talis pontificis Romani potestas multis, qvibus tyrannis metropolitarum molesta erat, aptissima videretur, qva vitam in mediis delictis suis securam degere possent. Qvod quum ipsis persvaderetur, exspectandum erat, hos arroganter dicta et facta pontificum Romanorum æqvius laturos esse. Huc spectant verba: "nolite b. clavigeri Petri, cujus vice legatione pro Christo fungimur, sedem ejusqve sedis auctorem spernere.... sed magis solliciti pro ***fratrum salute et liberatione*** estote", idemqve consilium hæc verba indubitate exprimunt: "nec colligari nec judicari nec damnari a qvibusdam possunt episcopis, qvi apostolicis fulti fuerint auctoritatibus". Qvæ vero seqvuntur verba: "ceterum insectatores fratrum ecclesiastica disciplina comprimere et erudire debetis, qvi statum majorum non tenentes, Dei sacerdotes atqve sanctam ecclesiam, qvæ in sacerdotibus maxime constat, principum et populorum favorem seqventes, sua violare persæpe nituntur præsumptione", difficiliora sunt ad intelligendum. Haud enim facile perspicitur, utrum isti "insectatores" ***metropolitæ*** sint, — qvod qvidem verbum "fratrum" indicare videtur —, an ***laici homines***, injurias episcopis inferentes. Utra vero interpretatio præferatur, id ultro patet, Gregorium, episcopis ecclesiasticam disciplinam adversus illos commendantem, jurium episcopalium studiosissimum se præbere. Qvod si episcopi sibi persvasissent, promtius se ipsius regimini commissuri essent.

2 Deinde ***ipse Ludovicus P.*** Romanam sedem majori reverentia proseqvebatur, qvam ut huic se plane subducere vellet. Illa imbutus Ludovicus antistitibus hujus sedis toties ignoscebat (pag. 64), eodemqve animo commotus, quum legati Græci imperatoris in causa cultus imaginum ad ipsum ante venissent, qvam ad Romanorum antistitem contenderent, ab hoc petiit, "ut suis sacerdotibus ***liceret*** de libris SS. patrum sententias qværere atqve colligere, qvæ ad eandem rem, pro qva iidem legati Eugenium consulturi erant, veraciter definiendam convenire (ɔ: "stipulari" vid. Du Change) potuissent".

Cave tamen existimes, Ludovicum sedis Romanæ admiratorem ita humilem fuisse, ut sine hujus licentia synodum cogere non auderet. Video qvidem Harduinum, cui acta hujus synodi ita impia visa sunt, ut ea operi suo inserere noluerit, contendisse, istam synodum a Ludovico ***"Pontificis permissu"*** coactam esse (l. c. p. 1257). Sed aliter res se habet. Michael Balbus, Imp. Græcus, veritus, ne Romanus pontifex, ipsum ob cultum imaginum vetitum anathemate feriens, novos in Græco populo motus cieret (p. 62), legatos ad eum mittere voluit, hos autem, qvo benignius exciperentur, Ludovicum prius adire jussit, qvam Romam venirent. Ludovicus igitur ***"pacis componendæ studio"*** (Hard. l. c.) ***mediatoris*** partes suscipere haud recusans, qvo facilius Romanum pontificem in sententiam, ut ita dicam, Francofurtanam s. qvæ sacro ordini Francorum placebat, traduceret, istam licentiam suis ***prudentissime*** expetiit, qva concessa, Romanus pontifex sententiæ, ab iis prolatæ, auctoritati, qvippe qvæ sententiis SS. patrum niteretur, ægrius se subducere posset. Qvod si vero Ludovicus qvæstionem de cultu imaginum sua sponte movens, talem licentiam sibi suisqve expetiisset, pro certo affirmare liceret, eum nihil in rebus, ad fidem pertinentibus, ausum fuisse sancire, nisi prius veniam Romanæ sedis impetravisset. Sed hoc tempore haud qværebatur, utrum Francis liceret imagines colere, an minus, sed ***qva potissimum ratione triplex, de hac recepta, opinio*** — Græci imperatoris, Romani pontificis et sacri ordinis Francorum — ***invicem conciliari posset.*** Ob hanc causam Ludovicus Romanum pontificem rogavit, an Francicis sacerdotibus liceret qvæstionem a Græcis legatis motam ***prius*** examinare. Constat vero, sacerdotes Francicos, quum hoc facerent, sententiam Romanæ sedis falsam pronuntiavisse, ipsum Eugenium "veritatis ignorantiæ" morumqve "pertinaciæ" insimulantes (vide p. 63), et Ludovicum svasisse, ut vi illum cogeret ad sententiam ipsorum, utpote testimoniis librorum sacrorum et sententiis patrum consentaneam, amplectendam (vid. p. 67, nr. 1). Ludovicus autem sententiam a suis prolatam per Missos aliqvos Eugenio qvidem "legendam et examinandam" misit (vid. epist. laudat.), non vero ita, ut hæc, si ei minus placeret, mutaretur, (— satis enim constat, neqve hanc Eugenio placuisse et tamen plena auctoritate in regno Ludovici valuisse —) sed ut Eugenius, hac forsan probata, "curam et diligentiam suam adhibere dignaretur, qvomodo ***populus Græcorum*** per ejus saluberrimam doctrinam atqve admonitionem magis ad concordiam et unitatem revocaretur, qvam propter hoc ad majorem discordiam et dissensionem impelleretur" (ep. Ludov. ad Eugen. l. c.) Itaqve Ludovicus, Parisiensis synodi sententiam examini pontificiis commendans, ***partes egit non suorum episcoporum sed Græci populi.*** Accedit, qvod Ludovicus Eugenio scribit, velle se legationem Constantinopolim mittere. Qvæ omnia quum ita se habeant, Ludovicus, istam licentiam expetens, nullum Romanæ orthodoxiæ obseqvium præstitit. Qvæ vero animi ejus æqvitas erat, noluit Eugenio suorum de cultu imaginum sententiam, qvamqvam hanc verissimam habebat, obtrudere. Qvo solo nomine a voluntate episcoporum Galliæ et Germaniæ recessit. Verum hoc ipsum civium animos sedis Romanæ reverentia imbuere poterat.

3. Tum Agobardus ille, qvo facilius Ludovico Imp. persvaderet, ut Lotharium imperii consortem iterum redderet, **multa in laudem sedis Romanæ effutivit** [2], qvæ hujus reverentiam in animis episcoporum, Lothario faventium, confirmare poterant.

4. Hinc deniqve ipsi episcopi, qvi se Gregorium IV excommunicaturos esse minabantur (pag. 67), hanc causam prætendunt: "quum aliter se habeat canonum auctoritas"; qvibus igitur *tum* profitentur, Romanum præsulem canonum auctoritati adstrictum esse, *tum* palam indicant, se ipsi, modo canones seqveretur, obsecuturos esse. Ipsi qvoqve in epistola ad eundem Gregorium scripta monuerant, se eum reprehendentes, nullam *sedi ejus* injuriam velle inferre (Hard. l. c. p. 1276) [3]. Hac sedis Romanæ, ceterarum ecclesiarum almæ matris, reverentia commoti, patres conc. Aqvisgr. a. 836 sanxerunt, "litaniæ majoris celebrationem *juxta morem Romanum* VII Kal. Maii non omittendam esse" (cap. II, c. 10). Deniqve episcopi passi sunt, ut Eugenius II Bernardo, Viennensi archiepiscopo, sedis ipsius privilegium "redintegraret" (Hard. l. c. p. 1257), et Gregorius IV Ansgarium pallio ornaret.

Status sacri ordinis.

I. Qvid Ludovicus P. in legibus ferendis secutus fuerit.

1. *Ludovicus haud secus ac Carolus M. supremum et judicium et regimen sibi vindicatum voluit.* Patet hoc ex primo ejus præcepto; in qvo quum Hispanis, ob Saracenorum crudelitatem in Franciam profugis, tutum sub legum patrocinio refugium pactus fuerit, et hujus "constitutionis tres descriptiones" fieri præceperit, qvarum unam episcopus civitatis, in qva Hispani habitarent, alteram comes, tertiam deniqve ipsi Hispani haberent, hæc verba addit: "exemplar vero earum in archivo palatii nostri censuimus reponendum, ut ex illius inspectione, si qvando, ut fieri solet, aut ipsi se *reclamaverint*, aut Comes vel qvislibet alter contra eos causam habuerit, definitio litis fieri possit" (Baluz. l. c. p. 552)[4]. Igitur hos neqve comitum neqve episcoporum arbitrio commisit; sed permisit iis, ut ad suum ipsius tribunal, supremum regni judicium, "reclamarent". Ob eandem causam Missis suis præcepit, "ut comitibus et populo notum facerent, se in omni hebdomade unum diem ad causas audiendas et judicandas sedere velle" (Baluz. l. c. p. 668). Idem vero Ludovicus, qvod pro pietate animi sui hoc supremum rerum, tam sacrarum qvam civilium, regimen sanctum *"ministerii sui" officium* haberet, plura, qvæ Carolus ex antiqvorum canonum auctoritate ad magistratus ecclesiasticos retulerat, *per se immediate* constitui, agi et confici debere putavit. Unde sacrum ordinem non tam episcoporum, qvam immediato suo ipsius judicio et decreto regendum esse existimavit.

2. Sed tantum aberat, ut vana et inani gloriæ cupidine ductus hoc sanciret, ut potius ægerrime ferret, si qvis aut "sine ratione" ad regalem suam potestatem provocaret[5], aut, neglecta justa "appellandi" forma, v. c. si monachi "sine licentia abbatis", ipsum adirent (vid. diploma Ludovici de ordine monastico, in monast. S. Dionysii restituto; ap. Hard. l. c. tom. IV, p. 1765—70).

3. Enimvero duo imprimis secutus est, alterum, *ut subditorum saluti melius ipse prospiceret*, alterum *ne magistratuum edicta vel conciliorum decreta justa auctoritate carerent. Prius* indicavit in capit. a. 823, c. 2 et 3, ubi, postqvam dixerit, divinam providentiam ipsum ad hoc constituisse, ut "sanctæ ecclesiæ et regni curam gereret"; hæc recenset "capitula *in regni administratione* specialiter et a nobis et a vobis conservanda: ut defensio et exaltatio vel honor sanctæ Dei ecclesiæ et servorum illius congruus maneat, et pax et justitia in omni generalitate populi conservetur", atqve monet, "summam hujus ministerii in sua persona consistere", sed ita qvidem, ut "unusqvisqve vestrum (ɔ: civium) in suo loco et ordine partem nostri ministerii habeat". Qvid multa? regalem suam potestatem his verbis, æterna memoria dignissimis, describit: "ego omnium vestrum admonitor esse debeo, et omnes vos nostri adjutores esse debetis". *Posterius* haud semel professus est. Ita in epistola ad Magnum archiepiscopum Senonensem, postqvam huic imperavit, ut suffraganeis suis Aqvisgranensis concilii de vita canonica decretum injungeret, hæc subjungit: "si vero aliqvis tuæ dioecesis eidem institutioni nostræqve admonitioni procaciter reniti voluerit, et ea, qvæ ab eodem sacro et venerabili concilio constituta atqve decreta sunt, qvantum Dominus eis posse dederit, observare contempserit, præcipimus, ut si antea hujusmodi [vir] non se correxerit, qvicunqve ille est, ante præsentiam nostram tua vel Missorum nostrorum admonitione venire festinet, *qvatenus a nobis juxta qvantitatem culpæ digne corrigatur"* (Baluz. l. c. p. 556). Similiter in capitular. a. 823 episcopos, qvos graviter admonet, "ut sibi veri adjutores in administratione ministerii, ipsis commissi, sint", jubet: "ubicunqve per negligentiam abbatis vel abbatissæ vel comitis vel vassi nostri aut alicujus cujuslibet personæ aliqvod vobis difficultatis in hoc apparuerit obstaculum, nostræ dinoscentiæ id ad tempus insinuare non differatis; ut *nostro auxilio suffulti*, qvod vestra auctoritas exposcit, *famulante*, ut decet, *potestate nostra*, perficere valeatis" (Baluz. l. c. p. 634).

4. Hoc igitur utrumqve ut conseqveretur, tum metropolitis præcepit, ut in rebus, ad ecclesiam pertinentibus, & edictis ipsius parerent & aliis exemplum obseqvii præberent, tum comitibus, ut, qvicqvid per litteras agendum ipsis injungeret, strenue perficerent, imperavit. Pertinet huc locus epistolæ Ludovici ad archiepiscopum Senonensem supra laudatæ: "tuam igitur.... admonemus sanctitatem, ut secundum ministerium, tibi divino munere collatum, *nostræ* in hoc negotio saluberrimæ *admonitioni obedienter atqve inexcusabiliter pareas*, et ceteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum qvippe est, ut qvanto sublimius sacerdotii dignitate aliis superemines, et a nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei nostramqve voluntatem faciendam devotiorem te atqve promptiorem exhibeas" (cfr. capitular. I, a. 819 c. 16[6], II, c. 5)[7].

5. Neqve tamen ex mero arbitrio suo leges ferre voluit; sed, magnum patrem imitatus, *omnia ex canonum auctoritate et consultu civium decernenda esse putavit.* Plurima exempla hoc probant. Sufficiat tamen duo afferre. Capitul. Aqvisgr. a. 816, c. 26 ita incipit: "ne vero puellæ indiscrete velentur, placuit nobis etiam *de sacris canonibus, qvaliter observandum sit*, hic inserere". Ultimum vero capitulum hæc habet: "nonnulla vero capitula, sicut de incestis nuptiis........ et si qva sint talia, sive in ecclesiasticis sive in publicis rebus, emendatione digna, qvæ pro temporis brevitate efficere neqvivimus, in tantum differendum illud dignum judicamus, donec Domino favente *consultu fidelium* facultas nobis id efficiendi ab eo tribuatur".

6. Deniqve Ludovicus edicta decessorum suorum, maxime tamen Caroli patris, summa reverentia proseqvi solebat, neqve ea tamen ita coeca, ut nihil eorum, qvæ ab his constituta fuerant, mutandum censeret. Omnino cujusqve ordinis salutis et externarum rerum diligentem rationem habendam esse putavit. Probat hæc prologus ad capitulare Aqvisgran. a. 816; ex qvo igitur hæc exscribamus: "Proinde notum sit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisqve... successoribus, qvia (ɔ: qvod)........ qvomodo aut qvaliter desiderium divini cultus.... ad effectum perduceremus, et qvid studii qvidve laboris *progenitores nostri*, *præcipue tamen* piæ recordationis *genitor noster*, in utilitatibus sanctæ Dei ecclesiæ exhibuerit, adverteremus, et pia illorum facta non solum *inviolata conservare* sed etiam *imitari*.... optaremus, scilicet ut qvicqvid sive in ecclesiasticis negotiis sive in statu reipublicæ emendatione dignum perspexissemus, qvantum Dominus posse dabat, nostro studio *emendaretur*. Et..... ejus rei gratia, arcessitis nonnullis episcopis, abbatibus, canonicis et monachis et fidelibus obtutibus nostris, studuimus *eorum consulta* sagacissima investigare inqvisitione, qvaliter (ɔ: ut) *unicuiqve ordini*, canonicorum videlicet et monachorum et laicorum, juxta *qvod ratio dictabat* et *facultas suppetebat*, Deo opem ferente, consuleremus"[8].

Status sa

II. qvalis ex legibus Ludo

a) ratione principis.

1. Hisce principiis ductus, Ludovicus nullo modo *primicerii palatii* munus sustulit, sed multo magis hoc edicto confirmavit: "volumus etiam, ut Capitula, qvæ nunc et alio tempore consultu nostrorum fidelium a nobis constituta sunt, a *Cancellario nostro* Archiepiscopi et Comites eorum de propriis civitatibus modo aut per se aut per suos Missos accipiant, et unusqvisqve per suam dioecesim ceteris episcopis, abbatibus, comitibus et aliis fidelibus nostris ea transscribi faciant; et in suis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio et voluntas nota fieri possit" (Capitul. a. 823, cap. 23). Itaqve Ludovicus clerum *singularem* in regno suo *ordinem* esse voluit, cui archiepiscopi, ad imperatoriæ tamen majestatis nutum, præessent. Cui ne qvi sese subducerent, hæc subjunxit: "cancellarius tamen noster nomina episcoporum et comitum, qvi ea accipere curaverint, notet, et ea ad nostram notitiam perferat, ut nullus hoc prætermittere præsumat" (ibid.). Verum hac ratione Cancellarios illos, sigilli regii custodes, per qvos edicta imperatoria subscribebantur et conficiebantur[9], non solum sacro ordini sed etiam "comitibus" præfecit; quumqve iidem sub imperio Ludovici nunqvam ex ordine laicorum sumerentur, sed vel abbates vel episcopi essent[10], facile patet, qvam Ludovicus hoc instituto sacerdotes laicis potentiores fieri voluerit.

2. Jus illud *reges eligendi*, qvod temporibus Caroli M. episcoporum ordini vindicatum erat (vid. pag. 46, nr. 2), hoc ævo valde amplificatum est. Sed ex instituti nostri ratione de hoc alio loco disseremus (vid. pag. 75).

3. Præterea Ludovicus non minus, qvam pater ejus (vid. p. 46, nr. 3), ipse *concilia* celebrari jussit[11], iisqve interfuit[12] et decreta eorum, inter capitularia sua recepta, imperatoria auctoritate munivit et publici juris fecit[13]. Ludovicus autem non solum hæc omnia pro imperatoria sua potestate egit, sed ad hanc illa pertinere palam testatus est his verbis: "Dignum profecto est, ut qvod sacerdotalis dignitas, divino illuminata spiritu, corpori Christi ..... adinvenit in salute, vel reformata statuit in religionis augmento, id imperialis majestas inviolabiliter permansurum in perpetuum potestatis suæ studeat roborare præcepto" (Baluz. l. c. p. 675). — Igitur si qvando episcopi, Ludovico non præsente, synodum habuissent, hi, qvæ in hac decreverant, Ludovici arbitrio, utrum confirmarentur an mutata inter capitularia ipsius reciperentur, committebant[14]. Interdum qvoqve Ludovicus convocatis episcopis ea tradidit capitula, de qvibus, qvid censerent, cum rege communicarent. Cujus insigne exemplum habes Baluz. l. c. p. 653—54; cfr. conc. Aqvisgr. II, a. 836, cap. III, c. 14[15].

4. Leges Caroli M. de *causis et litibus sacri ordinis* Ludovicus et confirmavit et accuratius explicavit. Primum enim edixit: "nemo clericus, vel diaconus vel presbyter pro qvalibet causa intret in curiam-(ɔ: forum sæculare), nec ante *judicem* (sc. civilem) causam dicere præsumat; qvoniam omnis curia a cruore dicitur et immolatione simulacrorum" (leg. Longob. lib. II, tit. 51, §. 12); qvo igitur edicto clericum cum sæculari, homine litigantem, civilis judicii immunem reddidit. Qvo etiam hæc lex spectat: "mallus[16] neqve in ecclesia neqve in atrio ejus habeatur" (Capitular. I a. 819, c. 14). Qvod si autem in tali causa testes contraria affirmassent, ex utraqve parte testium unus eligeretur, qvi "cum scutis et fustibus in campo decertarent, utra pars falsitatem, utra veritatem suo testimonio secutus fuisset; et campioni, qvi victus esset, propter perjurium, qvod ante pugnam commisit, dextera manus amputaretur; ceteri vero ejusdem partis testes, qvi falsi apparuissent, manus suas redimere" poterant (ibid. c. 10). — Deinde hac lege: "si qvis clericus clericum accusans in curiam introierit, anathema sit" (leg. Long. l. c.), episcopis antiqvam de *causis clericorum mutuis* jurisdictionem vindicavit. Quum autem fieri posset, ut in tali causa testimonia ita diversa proferrentur, ut alterutrius partis testimonium necessario falsum esset, hoc præcepit: "advocati eorum in mallo publico ad præsentiam comitis veniant, et ibi legitimus (— sc. pugnâ institutâ —) terminus eorum contentionibus imponatur" (Capitul. I, a. 819, c. 10). Qvibus igitur legibus Ludovicus cum veritati rite indagandæ satis consultum esse putavit, tum sacra sacris judiciis, profana profanis committi voluit. — Tum multis modis prohibere studebat, ne sacer ordo hac tanta immunitate sua ad homines opprimendos et injuriis afficiendos male uteretur. Itaqve primum comitibus mandavit, ut sibi testimonium mitterent "de episcopis, qvaliter conversarentur" (Capitul. a. 823, capit. 12); deinde omnibus permisit, ut ad judicium ipsius provocarent (ibid.); tum Missos "per universum imperium suum direxit inqvirendi causa" (Baluz. l. c. p. 554), utrum episcopi et totus ordo sacer suis officiis satisfacerent, an male degerent; qvi, si cognovissent, "episcopum aut abbatem aut vicarium aut advocatum aut qvemlibet de plebe hoc fecisse" (ɔ: "res et libertates injuste abstulisse"), auctoritatem habebant "hæc statim restituendi" (Capitul. V, a. 829, cap. 1). — Præterea prudentissime edixit: "ut ubicunqve ipsi Missi aut episcopum aut abbatem aut alium qvemlibet qvocunqve honore præditum invenerint, qvi justitiam facere vel noluit vel prohibuit, de ipsius rebus vivant, qvamdiu in eo loco justitias facere (ɔ: sua cuiqve jura restituere) debent" (ibid. c. 23)[17]. — Deniqve hanc legem tulit: "ut omnis episcopus, abbas et comes, excepta infirmitate vel nostra jussione, nullam excusationem habeat, qvin ad placitum Missorum nostrorum veniat, aut talem vicarium suum mittat, qvi in omni causa pro illo reddere rationem possit" (ibid. c. 28). — Qva auctoritate instructi, Missi Imperatoris nomine ejus capitulare ediderunt, qvod non minus episcopis, qvam comitibus, sua sancte servanda officia injunxit (Baluz. l. c. pag. 619—22). —

5. De *census publici immunitate* Ludovicus æqvissime decrevit: "ut unicuiqve ecclesiæ unus mansus integer absqve ullo servitio adtribuatur" (Capitul. a. 816, cap. 10). De reliqvis autem, qvæ ecclesiæ tenerent, censum persolvere hac lege jubebantur: "qvicunqve terram tributariam, unde tributum ad partem nostram exire solebat, vel ad ecclesiam vel cuilibet alteri tradiderit, is, qvi eam susceperit (ɔ: dono acceperit), tributum, qvod inde solvebatur, omni modo ad partem nostram persolvat; nisi forte talem firmitatem[18] de parte dominica habeat, per qvam ipsum tributum sibi perdonatum posait ostendere" (Capitul. IV, a. 819, c. 2).

6. Ludovicus non magis qvam pater ejus episcopos ab officio *milites in exercitum mittendi* liberavit[19].

7. Qvemodmodum vero patris sui legem, qvâ sacro ordini reddebatur jus *episcopos* eligendi (p. 47, nr. 7), ad verbum repetiit (Capitular. Aqvisgr. a. 816, c. 2); ita monachis "ex se ipsis sibi *eligendi abbates* licentiam dedit" (ibid. c. 5).

cri ordinis,

vici Pii esse deberet

b) ratione civium.

1. Ludovicus non solum sacris ædibus et ipsis atriis earum *jus asyli* vindicavit, sed etiam accurate constituit, qvas poenas sustineret, si qvis vel hominem in ecclesia interfecisset, vel, in ecclesiam profugus, ibi aliqvem "se defendendo" occidisset (Baluz. l. c. p. 669). Quum autem inter alia ediceret, ut servus, si talem necem commisisset, "judicio aqvæ ferventis examinaretur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset", facile patet, qvantum potestatis hoc jure asyli sacro ordini collatum fuerit.

2. Augebatur hoc eo, qvod qvemadmodum comitibus mandabat, ut de moribus episcoporum testimonium darent, ita *episcoporum de comitibus testimonio* comperire voluit, "qvaliter comites justitiam diligerent et facerent" (Capitul. a. 823, c. 12). Qvam vero supra (pag. 48, nr. 2) laudavimus legem Caroli M., qva omnes qvæcunqve civium causæ episcoporum judicio committi poterant, ea neqve a Ludovico unqvam confirmata, et potius irrita facta est. Namqve qvoties episcoporum et comitum "ministerii" mentio fit, toties jus dicendi potestas ad hos, nunqvam vero ad illos, refertur. Exempli instar habebis "capitula de instructione Missorum" ap. Baluz. l. c. p. 656—58. Ludovicus igitur in hac re patris sui legem, "emendatione dignam", vere "emendavit", qvod se facturum esse universe monuit in prologo ad capitul. Aqvisgr. a. 816 (vid. p. 69 nr. 6).

3. Haud magis Ludovicus sacri ordinis de fide, cultu religioso, et canonicis hominum peccatis *jurisdictioni* consuluit. Primum nullæ fere leges de his rebus agunt. Deinde pro morum suorum facilitate ejus ordinis de cultu imaginum decreta minus perseqvebatur (vid. p. 63 et 67). Tum ipse interdum tales leges rogavit; v. c. triduanum jejunium indixit [20]. Omnino singula huc pertinentia, qvæ a sacro ordine constituebantur, sua ipsius auctoritate imperatoria comprehendit; cujus exemplum perspicuum Aqvisgranense capitulare de vita canonica exhibet (vid. p. 73). Gravissimæ autem hujusmodi leges, auctoritate Ludovici confirmatæ, vel monachorum rationem definiunt vel blasphemiæ poenas constituunt [21].

4. In primis vero Ludovicus id agebat, ut *opes sacri ordinis* augeret. Volunt id plures leges ejus, qvæ singulæ singulare qvoddam opum incrementum sacro ordini parabant. Sunt hæ: 1) capitular. Ingilenheimens. c. 4: "si qvis rapuerit aut sollicitaverit vel corruperit religiosam foeminam, bona amborum ecclesia vindicet, in qva talis mulier habitavit": 2) decret. imperator. s. capitul. Triburense a. 822, in qvo, qvi subdiaconum male tractarit, si hic "convaluerit" (ɔ: valetudinem recuperarit) 300 solidos episcopo componere" jubetur, sin mortuus fuerit, "400 solidos", qvi diaconum, eadem ratione aut 400 aut 600 solidos, qvi presbyterum, aut 900 aut 1200 solidos, qvi vero "episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliqvo dehonestaverit, occisi presbyteri triplicem compositionem (ɔ: 3600 solidos) componere" jubetur [22]. Qvem fontem divitiarum Ludovicus copiosiorem eo reddidit, qvod his poenis hominem, "episcopis in his sanctionibus inobedientem et contumacem", afficiendum esse decrevit: "primum canonica sententia feriatur, deinde in nostro regno beneficium non habeat, et alodis [23] ejus in bannum mittatur, et si annum et diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur, et captus in exilium religetur, et ibi tamdiu custodiatur et constringatur, donec coactus Deo et sanctæ ecclesiæ satisfaciat, qvod prius gratis facere noluerat" (Baluz. l. c. p. 629—30): 3) Capitular. Wormatiens. c. 8: "ut de *rebus ecclesiæ, qvæ ab eis per XXX annorum spatium possessæ sunt*, testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur (ɔ: possideantur), sicut res ad fiscum dominicum (ɔ: regium) pertinentes contineri solent", et infra: "volumus ut *omnes res ecclesiasticæ* eo modo contineantur, sicut res ad fiscum nostrum pertinentes contineri solent, usqve dum nos ad generale placitum nostrum cum fidelibus nostris invenerimus et constituerimus, qvaliter in futurum de his fieri debeat" (alia capitula, illi capitulari adjecta, nr. 5, Baluz. l. c. p. 578) [24]; sed de his rebus ecclesiarum postea aliud nihil a Ludovico constitutum est: 4) Capitular. Aqvisgran. c. 1, qvod prohibet, ne res ecclesiarum *dividantur*" ɔ: testamento disponantur: 5) ejusd. capit. c. 4: "statutum est: ut qvicqvid tempore imperii nostri a fidelibus ecclesiæ sponte conlatum fuerit, in *ditioribus locis* duas partes in usum pauperum, tertiam in stipendia cedere clericorum aut monachorum, in *minoribus vero locis* æqve inter clerum et pauperes fore dividendum; nisi forte a datoribus, ut specialiter dandæ sint, constitutum fuerit", atqve anno seqventi (Capitular. Aqvisgr. a. 817, c. 49) ne tertiam qvidem sed *decimam* rerum collatarum partem pauperibus dari jussit; 6) capit. Wormat. capit. alia c. 5: "ubicunqve commutationes [25] tam tempore nostro qvamqve genitoris nostri legitimæ et rationabiles atqve utiles ecclesiis Dei factæ sunt, permaneant"; 7) ejusd. capit. c. 9 de ecclesiis restaurandis, ut unusqvisqve sive comitum abbatumqve sive comitum vassorumqve "tantum accipiat ad operandum et restaurandum, qvantum ipse de rebus ecclesiarum habere dinoscitur"; 8) Capit. I, a. 819, c. 6 [26]; 9) tandem multæ leges de *decimis* sacro ordini persolvendis latæ sunt: a) haud licuit novas ecclesias construere, nisi ea lege, ut decimæ iis conferrentur: "sancitum est de villis novis et ecclesiis in eis noviter constructis, ut decimæ de illis villis ad *easdem ecclesias* persolvantur (Capitul. Aqvisgr. a. 816, c. 12); b) decimæ ab omnibus solvi debebant: "de decimis, ut unusqvisqve suam decimam ad ecclesiam offerat, sicut mos vel sacra consvetudo esse dinoscitur (Capit. VI a. 819, c. 9); c) decimæ persolvendæ erant "de frugibus terræ et animalium nutrimine" (Capit. IV a. 819, c. 5), "de omni conlaborato et de vino et foeno fideliter et pleniter" (Capit. a. 823, c. 21); d) decimas si qvis solvere recusaret, poenas sustineret: "qvi nonas et decimas dare neglexerit, primum qvidem eas cum lege sua restituat, insuper et bannum nostrum solvat; ut ita castigatus caveat, ne sæpius iterando beneficium amittat (Capit. IV a. 819, c. 5, coll. capit. Wormat. c. 5); e) decima illa pars frugum et nutriminis aut ipsa offerenda erat, aut "argento" compensanda (Capit. a. 823, c. 21).

5. Pari studio opes ecclesiarum et vitam sacerdotum tueri voluit; qvo spectat capitul. Ingilenheim. c. 7: "ut privilegia, qvæ ecclesiis et clericis ab antecessoribus nostris vel nobis concessa sunt, semper maneant incorrupta", et ejusd. capit. c. 2: "si qvis sacerdotem vel levitam aut monachum interfecerit vel debelitaverit, juxta statuta priorum capitulorum, qvæ legi Salicæ sunt addita, componat, et insuper bannum nostrum, id est, sexaginta solidos nobis persolvat et arma relinqvat, atqve in monasterio diebus vitæ suæ sub ardua poenitentia Deo serviat, nusqvam postmodum seculo vel secularibus militaturus, neqve uxori copulaturus"; c. 8: "si qvis episcopo aliqvam injuriam aut injustam dehonorationem fecerit, de vita componat cetqve".

6. Neqve sacrum ordinem defensione et fide "*advocatorum*" destitutum esse voluit; eosdem vero "non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes et justitiam in omnibus diligentes" fore voluit (leg. Longob. lib. II, tit. 47, §. 5). Lotharius autem primo anno imperii sui, qvo in Italiam accessit, de hac re triplex hoc edictum edidit: "volumus ut episcopi et abbates et abbatissæ suos advocatos habeant, et pleniter justitiam faciant ante comitem suum (leg. Longob. lib. II, tit. 46, §. 6); "volumus ut episcopi unacum comite suos advocatos eligant" (ibid. §. 10); "singulis episcopis, abbatibus et abbatissis duos concedimus advocatos habere, unum qvi caussam procuret (ɔ: in placitis sæcularibus aliqvid qværat aut in jure respondeat), alterum vero, qvi sacramentum deducat" (ɔ: jusjurandum pro se subeat). —

c) ratione metropolitarum.

Munus metropolitarum, a Carolo M. ad canonicam antiqvitatis rationem revocatum, et regiæ majestati subjectum, Ludovicus P. haud parum mutandum esse censuit. Non qvidem is erat, qvi, canones haud reveritus, metropolitas canonico suo suffraganeis episcopis, qvid agendum esset, præcipiendi jure privaret. Potius hoc gravissimis his verbis Sichario, archiep. Burdegalensi (— epist. Ludov. ad eum ap. Baluz. l. c. pag. 557 seqq. —) injunxit: "volumus atqve decernimus, ut *juxta metropolitanæ sedis tibi canonice collatam dignitatem*, nostræqve auctoritatis sanctionem dioeceseos tuæ episcopos et ceteros ecclesiæ prælatos tempore et loco congruenti *ad te arcessere* facias, et his coram capitulatim memoratam institutionis (sc. canonicæ vitæ) formulam prælegi jubeas" eandemqve admonitionem archiepiscopo Senonensi dedit (ibid. p. 553). Atqve Missos se ad eum "direxisse" dicit, "ut ei opem in ceteris commonendis ferrent" (ibid. p. 556). Sed his ipsis locis episcopos per metropolitam convocari voluit, non ut de rebus ecclesiæ *deliberarent*, sed ut imperatoriam de vita canonica legem per metropolitam *cognoscerent*. Neqve unqvam præcepit, ut metropolitæ ex canonum auctoritate bis qvotannis provinciales synodos haberent [1]. Qvippe id gravissimum sibi imperatori divinitus collatum officium esse putavit, ut *ipse* ecclesiæ saluti prospiceret; unde voluit, ut metropolitæ non tam novas leges rogarent, qvam leges, ab ipso latas, cum suffraganeis suis communicarent, iisqve ipsi parerent (vid. p. 69, nr. 3 & 4). Sed prætereundum non est, Ludovicum semel ob "famen continuam, mortalitatem animalium, pestilentiam hominum, sterilitatem omnium pæne frugum" et alia his similia imperavisse, ut in qvatuor imperii sui urbibus metropolitæ cum suffraganeis suis convenirent, "et ibi, ait, tam de nostra qvam de omnium nostrum correctione et emendatione secundum divinam auctoritatem qværendo invenirent (ɔ: explorarent) et nobis .... annuntiarent" (Harduin. l. c. tom. IV, p. 1289). Qvod tamen ipsum præceptum, ex qvo metropolitæ non in sua qvisqve metropoli synodos haberent, sed plures in eandem urbem convenirent, metropolitarum muneri antiqva jura haud vindicavit. Accedebat, qvod Ludovicus freqventius qvam Carolus Missis se uti debere putavit. Per qvos qvum mores episcoporum examinaret, metropolitarum disciplina minus ei necessaria visa est. Deniqve Missis etiam injunxit, ut non minus metropolitarum qvam episcoporum studia "diligenter atqve subtiliter" examinarent [2].

d) ratione episcoporum.

1. Qvæ essent officia episcoporum capitul. Aqvisgr. a. 816, c. 28 his verbis constituit: "episcopos vero ut sive (ɔ: aut) per se, sive per vicarios pabulum verbi divini sedulo populo adnuntient, et ut clerum sibi commissum in sobrietate et castitate nutriant, divinisqve officiis imbuant, qvo rite ad sacrosanctos ecclesiasticos ordines promoveri possint, et ut operam dent, qvatenus presbyteri Missalem [3] et Lectionarium [4] sive ceteros libellos sibi necessarios bene correctos habeant, et qvaliter ecclesias destructas sibi pertinentes juxta vires emendent, qvaliter etiam viduas diligenter instruant, qvomodo etiam secundum apostolicam auctoritatem conversari debeant, edoceant, et ut superstitiones, qvas qvibusdam in locis in exeqviis mortuorum nonnulli faciunt, eradicent, et ut exemplo suæ innocentiæ alios ad bene vivendum provocent, et cunctis ecclesiasticis negotiis, in qvantum Dominus juvaverit, totis viribus consulere satagant, diligenter admonuimus"; ex qvibus singulis apparet, Ludovico nihil antiqvius fuisse, qvam ut episcopi *pastorali* muneris sui *curæ* satisfacerent. Hunc eundem animum ejus capitul. a. 823, c. 5, de scholis, qvas episcopi "ad filios et ministros ecclesiæ instruendos vel edocendos" haberent, perspicue refert; neqve minus capit. Aqvisgr. a. 816, c. 11: "statutum est, postqvam hoc impletum fuerit (ɔ: unicuiqve ecclesiæ unus mansus ab omni servitio liberum tributus sit), ut unaqvæqve ecclesia suum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas *providente episcopo* permiserit".

2. Idem vero episcopis canonicam ipsorum in presbyteros potestatem vindicavit. "Clericos fugitivos, ut ad loca sua redirent" jubebat (Capitul. V, a. 819, c. 9), iisdemqve, ut in privata domo oratorium haberent et ibi orarent, permittens, hæc addit: "Missas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiqvam (sc. clerico) permittat, sine permissu vel dedicatione episcopi loci illius" (capitul. Ingilenheim. c. 6). Neqve cuiqvam licebat "sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteros in qvibuslibet ecclesiis constituere aut expellère" (Capit. Aqvisgr. a. 816, c. 9). Qvod si autem vir laicus "clericos probabilis vitæ et doctrinæ episcopis consecrandos suisqve (ɔ: a se constructis) in ecclesiis constituendos obtulisset", episcopis non licuit tales "ulla qvalibet occasione rejicere" (ibid.).

3. Præterea studiosius id agebat, ut episcopi munere suo facilius perfungi possent. Qvem in finem voluit, ut archipresbyteros, archidiaconos et vicedominos "ministerii sui adjutores" haberent (Baluz. l. c. p. 657). At mirum est, ad hos etiam referri "chorepiscopos", qvum tamen a Carolo M. plane abrogati essent (vid. p. 51, nr. 2).

e) ratione presbyterorum.

Ludovicus maximam dabat operam, ut episcoporum potestas presbyteris non esset molesta. Ita hanc legem tulit: "presbyteri, in eis (ɔ: ecclesiis) constituti, non de decimis, neqve de oblationibus fidelium, non de domibus, neqve de atriis vel hortis juxta ecclesiam positis, neqve de præscripto manso (vid. p. 70, nr. 5) aliqvod servitium faciant, præter ecclesiasticum. Et si aliqvid amplius habuerint (— sine dubio; si præter hoc aliqvid sibi ab episcopis feudi instar collatum tenerent —), inde senioribus suis debitum servitium impendant" (Capit. Aqvisgr. a. 816, c. 10). Huc etiam duplex præceptum pertinet ejusd. capit. c. 18, alterum: presbyteros non esse ad civitates discendi causa convocandos nisi in qvadragesima, alterum, ex presbyteris, in remotioribus locis degentibus, decimum qvemqve aut octavum ab episcopo eligendum esse, qvi chrisma, apud episcopum acceptum, "sibi et sociis perferret", quum antea singuli presbyteri ad sedem episcopi ire soliti essent.

c r i   o r d i n i s

Ludovici P. esse deberet.

f) ratione monachorum.

Ludovicus vitam monasticam, qvam plurimi faciebat, munire et ad meliorem statum perducere summo studio et labore conabatur.

1. Hoc consilio conventum abbatum monachorumqve Franciæ Aqvisgraniis a. 817 instituit, in qvo plurima horum officia confirmata sanciebat. Haud enim solum regulæ Benedicti obseqvio eos obstrinxit, sed voluit etiam, ut abbates "eam per singula verba discutientes legerent" (cap. 1), et monachi "memoriter eam discerent". Insuper per singula eundo diligentissime constituit, qvoad liceret iis edere (c. 8. 9) et bibere (c. 12), qvam impigre manibus laborarent (c. 4. 17. 39. 40), "officium" (ɔ: cultum religiosum) perficerent (c. 3. 30. 41. 60. 73), et "mandatum" (ɔ: pedum ablutionem) susciperent (c. 23. 24), qvamqve religiose delicta sua confiterentur (c. 13) et castam vitam degerent (c. 16). Præterea *abbatibus* præcepit, ut monachis suis necessarium cibum et potum (c. 22. 27.), nec non, "qvoties necessitas exposcebat, vestimenta (— nec multum vilia, nec multum pretiosa, sed mediocria (c. 20) —) et calciamenta" (c. 53), nominatim cappas villosas (c. 61) præberent, neqve eos "nudos pro qvalibet culpa coram fratrum obtutibus flagellarent" (c. 14), aut villas suas iis custodiendas committerent (c. 26), neqve deniqve "præpositum, (— "qvi intra et extra monasterium post abbatem majorem reliqvis abbati subditis haberet potestatem" (c. 31) —) decanum (— "qvi abbato vel præposito præsente locum proprium teneret" (c. 55) —) aut cellararium, nisi causa utilitatis aut necessitatis, removerent" (c. 56); de *monachis* vero, ut, "expleto probationis suæ anno" non prius tonderentur, qvam obedientiam promisissent (c. 34). —

2. Ne qvis autem monasticam vitam temere susciperet, neve ad consortium ejus vi adscisceretur, Ludovicus æqvissime constituit: 1. "de foeminis, qvi viros amittunt, placuit, ne se sicut hactenus indiscrete velent, ut triginta dies post decessum viri sui exspectent, et post tricesimam diem per consilium episcopi sui, vel si episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumqve parentum et amicorum id, qvod eligere debent, eligant" (capit. Aqvisgr. a. 816, c. 21); 2. "ne pueri sine voluntate parentum tonsorentur, vel puellæ velentur" (ibid. c. 20)[1], qvocum conferas convent. Aqvisgr. a. 817, c. 36: "ut puerum pater aut mater tempore oblationis offerant altari, et petitionem pro eo coram laicis testibus faciant, qvam tempore intelligibili ipse puer confirmet"; 3. "ne vero puellæ indiscrete velentur, placuit..... ut non ante XXV annos (ɔ: annum vicesimum et qvintum) consecrentur" (capit. Aqvisgr. a. 816, c. 26).

3. Ad bona monasteriorum munienda, non minus abbatibus qvam episcopis concessit, ut "Vicedominos, Præpositos, Advocatos et Defensores haberent" (leg. Longob. lib. 2. tit. 47, §. 5). Per qvos si justitiæ minus satisfieret, certis Missis certa monasteria commisit, qvibus illi bene consulerent. Comitibus deniqve vindicandi officium injunxit, qvoties aliqvis "religiosam foeminam rapuisset, aut corrupisset", qvod si negligerent, inter alia "cingulum (ɔ: magistratus sui honorem) amitterent, et publica poenitentia mulctarentur" (capitul. Ingilenh. c. 4).

4. Porro, canonum auctoritatem secutus, abbates episcoporum "consilio et admonitioni" subjecit (capitul. a. 823, c. 8), atqve his investigandum commisit, qvoties abbates qvicqvam de rebus ipsius petiissent (vid. præcept. imperat. de instit. monachor. in monast. Dervensi ap. Baluz. l. c. p. 650 seqq.) Quum autem proprium imperatoris esse censeret, ut hic rei sacræ modis, qvibus poterat, omnibus studiosius *ipse* consuleret, de episcoporum in abbates juribus vindicandis minus sollicitus, pluribus tam abbates qvam monasteria juribus ex imperiali sua potestate instruxit, qvibus ipsa episcoporum potestas valde constringebatur. Qvo pertinet convent. Aqvisgr. a. 816, c. 62: "ut abbas, præpositus vel decanus, qvamvis presbyteri non sint, lectoribus benedictionem tribuant", qva venia impetrata, episcopi, presbyteros in claustra missuri, gratia coenobitæ minus indigebant. Quum autem homines, qvæ antea in monasteria conferre soliti fuerant munera et oblationes, hæc jampridem ad sedes episcopales, in qvibus canonica vita instituta erat, potissimum congererent, abbatibus valde proficiebat ejusd. convent. cap. 44: "ut abbatibus liceat habere cellas, in qvibus aut monachi sint aut canonici". Omnino ex imperatoria sua potestate plurima monasteria privilegiis instruxit, qvale est "confirmationis præceptum imperatorium de monasterio Dervensi" (ap. Baluz. l. c. p. 650 seq.), de monasterio S. Dionysii (ibid. p. 675—80), "de causis monasterii S. crucis Pictaviensis" (ibid. p. 629—30), "epistola ad monachos Anianenses" (ibid. p. 623). Qvorum qvantus numerus fuerit, vel hæc verba produnt: "Hauto abbas precibus, qvibus valuit, rogavit, ut nostrum confirmationis præceptum idem monasterium [Dervense] habere mereretur, *sicut cetera monasteria monachorum in regno* Deo propitio *nostro habere noscuntur*" (Baluz. l. c. p. 652), vel "notitia" de monasteriis regalibus, capitularis (ap. Baluz. l. c. pag. 589 seqq.) inserta palam indicat. In hac enim XIV recensentur monasteria, "qvæ dona et militiam facere debeat", XVI, "qvæ tantum dona dare debent sine militia" et XVIII, "qvæ nec dona nec militiam dare debent, sed solas orationes pro salute Imperatoris vel filiorum ejus et stabilitate imperii".

g) ratione canonicorum.

Hac vitæ monasticæ admiratione captus, Ludovicus majori, qvam Carolus pater, studio canonicæ vitæ consulebat. Hic eam, sicubi libere instituta erat, comprobatam tuebatur, et Chrodegangi regulæ obstringebat. Ludovicus autem Aqvisgraniis a. 816 novam regulam, non qvidem a regula Chrodogangi alienam, sed hac copiosiorem, (— capp. CXLV continentem —) canonicis injungi jussit. Qvæ ut integra omnibus imperii sui episcopis imponeretur, archiepiscopos per litteras admonuit, ut synodis convocatis illam coram præsentibus episcopis prælegerent, hisqve, si qvid obscurius esse videretur, explicarent, et "transscribendam" traderent (vid. Baluz. l. c. p. 553—60). Atqve ut hæc vita citius propagaretur, biennio post constituit, ut "loca ad claustra canonicorum facienda darentur" et, si alia ratione fieri non posset, "de suo fisco" (Capitul. a. 819, c. 7). Omitto qvæ de hac vita in ipsis monasteriis instituta modo diximus (sub. f.)

S t a t u s s a

III. q v a l i s s u b L u d o

a) ratione regiminis.

Ex iis, qvæ hactenus attulimus, perspicitur, regiminis sacri ordinis formam *ecclesiastico-aristocraticam*, qvam Carolus M. justioribus finibus circumscripserat, per Ludovicum Pium admodum constrictam fuisse et, ut ita dicam, in *secculari-monarchicam* pæne conversam. Nullum qvidem dubium esse potest, qvin Ludovicus bona fide egerit, neqve dominandi libidine commotus tot tantaqve imperiali suæ potestati arrogarit. Qvæ enim erat pietas animi ejus, imperialem potestatem *ministerium divinitus sibi collatum* habebat, secundum qvod *ipse* singulis rebus, non minus sacris qvam civilibus, immediate consulere deberet[6]. Sed multa multorum seculorum exempla probarunt, ipsam pietatem eo, qvod in omnibus, qvæ suscipiat, honesti consilii sibi conscia sit, temere, iniqve et injuste agere solere. Neqve in vita Ludovici Pii talia exempla desunt. Accedebat altera ratio, neqve ea minus gravis, qvam Theganus, candidus rerum gestarum Ludovici Pii scriptor, haud diffitens, hæc dicit: "omnia [Ludovicus P.] prudenter et caute ageas, nihil indiscrete faciebat, præterqvam qvod *Consiliariis suis magis credidit, qvam opus esset*, qvod ei fecit psalmodiæ occupatio et lectionum assiduitas" (cap. 20; ap. Du Chesn. l. c. tom. II, p. 279). Hi enim consiliarii Ludovici Pii, summi pontifices, teste eodem Thegano, qvod plerumqve "ex vilissimis servis" (c. 20) ad tale fastigium enixi fuerant, "hoc maxime construere solebant, ut nobiles opprimerent" (c. 50, l. c. p. 284), et summam dabant operam, ut "turpissimam cognationem suam a jugo debitæ servitutis eriperent, et libertatem [his] imponerent" ɔ: pararent (ibid. c. 20); ne omittam, qvod Theganus scite observavit, "tales homines, postqvam culmen [ecclesiasticæ dignitatis] acceperint, ... statim iracundos, rixosos, maliloqvos, obstinatos, injuriosos, et minas omnibus subjectis prommittentes factos fuisse, et per hujusmodi negotia cupivisse ab hominibus timeri et laudari" (ibid. p. 279). Qvæ igitur mox afferamus sub Ludovico P. iniqve et injuste commissa, hæc summo jure contendimus ab istis consiliariis, qvibus Ludovicus incaute se commisit, maximam partem profecta esse.

1. Primum Ludovicus, spreta lege sua, qva tam clericis qvam monachis liberam præsules suos (— episcopos et abbates —) eligendi potestatem concesserat (p. 70, nr. 6), *& ipse, qvos vellet episcopos abbatesqve constituit, & hos qvidem sæpe indignos.* Tradit hoc Theganus his verbis: "propinqvi eorum (ɔ: consiliariorum), postqvam aliqvid intelligunt .... ad sacrum ordinem pertrahuntur" (l. c. p. 280), et paulo ante: "qvia jamdudum illa pessima consvetudo erat, ut ex vilissimis servis summi pontifices fierent, et hoc [Ludovicus] non prohibuit" (ibid. p. 279). Qvod qvam freqvens fuerit, et ipsis qvidem episcopis haud ingratum, inde satis apparet, qvod episcopi, qvi in synodo Parisiensi VI a. 829 ab ipso Ludovico jussi erant "qværere et investigare, ... qvid a principibus et reliqvo populo vel ita ut divina auctoritas docet aut aliter teneretur, vel qvid inde ex parte aut ex toto dimissum esset, ut non teneretur", haud tamen *nominationem* illam episcoporum injuste fieri qverebantur, sed tantum "suppliciter suggerebant (ɔ: rogabant), ut [Ludovicus] deinceps in bonis pastoribus rectoribusqve in ecclesiis Dei constituendis magnum studium atqve sollertissimam adhiberet curam" (vid. huj. synod. lib. III, cap. 22), qvod conc. Aqvisgr. a. 836, cap. III, c. 9, iisdem verbis repetiit (cap. III, c. 9). Similiter utriusqve hujus synodi patres Ludovico vindicant jus abbates et abbatissas constituendi[7]. Hic vero laicis viris, maxime comitibus, abbatias conferebat, unde tales abbi-comites s. abbacomites[8] dici solebant. Qvæ autem esset hujus rei causa, colligi potest ex conc. Aqvisgr. cap. III, c. 19: "monasteria .... non debere secularibus dari, canonica prodit auctoritas ...... Sed qvia *id exigit reipublicæ necessitas* cetqve"; haud dubie igitur Ludovicus in bellis, cum filiis suis gerendis, non alio pacto potentium virorum auxilio uti poterat, qvam ut his monasteria conferret; qvod seqventis ævi historia satis confirmabit. Sed qvo minus episcopi ægre ferebant, qvod Ludovicus tales "abbicomites" constitueret, eo magis laudanda est pia ejus cura et sollicitudo, qva his præcepit: "ut in monasteriis, qvæ *ex nostra largitate habent*, episcoporum consilio et documento ea, qvæ ad religionem canonicorum, monachorum, sanctimonialium pentinent, peragant, et eorum salubrem admonitionem in hoc libenter audiant et obediant" (Capit. a. 823, c. 8).

2. Deinde Ludovicus *canonica præsulum ecclesiasticorum jura sæpius lædebat.* Quum omnibus sine discrimine liber ad judicium ejus aditus pateret (p. 69, nr. 1), monachi, presbyteri et inferiorum ordinum clerici, "postposita canonica auctoritate (ɔ: judicio episcoporum et metropolitarum), passim palatium adire" solebant (conc. Paris. VI, cap. III, c. 14)[9], et impudenter sed impune degebant (ibid. cap. I, c. 26). Alii clam coram imperatore episcoporum nonnullos "sine causa et probatione" accusabant (conc. Aqvisgr. II, cap. III, c. 7). Ludovicus vero neutrum horum prohibuit, qvippe qvi, piis qvidem sensibus ductus, qvam plurimas causas ipse cognoscere et judicare vellet, vel, ut verbis utar patrum conc. Paris. VI, "diversis occasionibus interventibus, secus, qvam auctoritas divina se habeat, in causas ecclesiasticas prosiluerit" (cap. III, c. 26). Ob hanc causam episcopi, qvi Parisiensi concilio VI intererant, valde dolebant, "irrepsisse .... miserabilem ac periculosam consvetudinem, qvæ valde ab auctoritate canonica abhorret: eo qvod episcoporum concilia bis in anno, sicut mos canonicus docet, per unamqvamqve provinciam non fiant", et "imperialem celsitudinem implorabant", ut si minus bis, "saltem semel in anno" illa concillia celebrari pateretur, ne "impunitas diversorum flagitiorum locum delitescendi, qvem tunc habebat, [diutius] haberet" (cap. I, c. 26). Sed æqvissimum hoc votum Ludovicus haud implevit. Qvare patres conc. Aqvisgr. II, dolentes, qvod "capitula præteritorum conventuum ... qvasi oblivioni tradita essent (cap. III, c. 25), iterum iterumqve rogabant, ut ediceret, ut crimina, qvæ in episcopos "ad aures imperiales perducebantur", in synodis examinarentur (ibid. c. 7). —

3. *Neqve tamen episcopi supprenum sacri ordinis regimen Lodovico detrahere volebant.* Æqvissimis animis ferebant, qvod hic episcopos, abbates et abbatissas constituere solebat (vid. supr. nr. 1)[10]. Affirmabant iidem: vestrum [ɔ: Lud. imperatoris] erit *præcipere* laicis, ut ipsi congruum presbyteris et debitum impendant honorem, et in eos, qvi contra eos perperam gesserunt, congrua procedat *castigatio*, qvatenus et illi corrigantur et reliqvi terreantur" (conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 10). Cupiebant etiam, ut "Missis Dominicis (ɔ: ex domo regia selectis) [cura] committeretur [providendi], ne prælati (ɔ: qvi præerant) canonicorum, monachorum et sanctimonialium negligerent in omnibus locis claustra eis providere et habitacula domorum" (ibid. c. 15). Omnino verba Fulgentii sua facientes, monent, regis esse, "*ecclesiastico statui* per omnem terram consulere, ... ut qvi, intra ecclesiam positi, contra *fidem* et *disciplinam* ecclesiæ agunt, *vigore principum* conterantur, ipsamqve *disciplinam*, qvam ecclesiæ utilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum *potestas principalis imponat*" (ibid. cap. III, c. c. 2), neqve non ut "*defensor* esset ecclesiarum et servorum Dei" (conc. Paris. lib. II, c. 2) et "res, a fidelibus [in ædes sacras] collatas, conservaret" (conc. Aqvisgr. cap. III, c. 8); simul qvidem dicentes: "oportere, ut omnes subjecti fideliter et utiliter atqve obedienter regali pareant potestati" (conc. Par. l. II, c. 8). Præterea putabant "necessario a Ludovico expetendum, ut sacerdotes (ɔ: episcopi) et levitæ (ɔ: presbyteri) et seqventis ordinis clerici, qvi in diversas imperii

c r i o r d i n i s,

v i c o P i o e s s e t.

ejus partes, maximeqve in Italiæ regionem lapsi erant, *ejus auctoritate* [et] *per Missos* ejus diligenter *perqvirerentur*, et in præsentiam ejus venire *compellerentur*, et per ejus clementiam unicuiqve ecclesiæ, a qva per contumaciam defecerant, *resituerentur*" (ibid. lib. III, c. 19).

4. Ab altero vero parte *episcopi judicio tam imperatoris qvam judicum civilium ita se subtrahere conabantur, ut hos suo potius judicio subjicere vellent.* Et hoc qvidem ex parte iis successit. Quum enim episcopus qvidam in Wasconia, nomine Johannes, "inhoneste et inaudite mordridatus esset", pleriqve archiepiscopi Galliæ et Germaniæ, concilium ad Theodonis villam a. 822 habentes, decreverunt, se imperatorem enixe rogaturos esse, fore ut, qvamcunqve injuriam aliqvis sacro ordini inferret, hujus poena (— pecunia s. compositio et poenitentia —) "episcoporum judicio determinaretur"; qvam legem Ludovicus in capitulari Triburensi a. 823 sanciens (Baluz. l. c. p. 625—30) episcoporum judiciis multa cognoscenda et judicanda commisit, qvæ olim ad judicum tribunalia pertinebant. Deinde episcopi Ludovico et filiis epis proceribusqve populi exemplum Constantini M. imitandum proponebant dicentis (ap. Rufin. hist. eccl. lib. X, c. 2): "Deus constituit vos sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis qvoqve judicandi: et ideo nos (ɔ: imperator) a vobis recte judicamur, vos *autem non potestis ab hominibus judicari* .... Vos etiam nobis a Deo dati estis *Dii*, et conveniens non est, ut homo judicet Deos" (Conc. Par. a. 829, lib. III, c. 8); qvod sane haud ausi fuissent proferre, nisi Ludovicus jam ante id tempus judicio eorum ipse se tradidisset. Videlicet hic tanto supplicii Bernhardi, qvod se non prohibuisse dolebat, moerore angebatur (Thegan. l. c. p. 281), ut in Attiniaco palatio coram magna episcoporum et procerum regni multitudine "palam se errasse confiteretur, et imitatus Theodosii imperatoris exemplum, poenitentiam spontaneam susciperet" (Harduin. IV, p. 1247; cfr. Eginhardi annal. ad a. 822, l. c. p. 265). Accedebat impia regnandi cupido filiorum Ludovici, maxime tamen Lotharii, filii natu maximi; qvi, ut patrem imperio exuere possent, neqve, si solis armis id tentarent, speciem impietatis sibi contraherent, passi sunt perfidos episcopos, qvorum fide uterentur, accusatorum et judicum in Ludovicum Imperatorem partes suscipere et peragere. Sic a. 830, quum Lotharius et Pipinus ob divisionem regni a. 829 factam (vid. p. 61) valde "indignati" essent, Hilduinus, archicapellanus, Jesse, episc. Ambiacensis, et multi alii Compendii ad imperatorem cum illis venientes, Juditham reginam, adulterii accusatam, "vi velabant et in monasterium mittebant", Conradum et Rudolfum, fratres hujus mulieris, similiter tondentes; ipsumqve imperatorem, cui "multa objiciebant contraria", de regno expulissent, nisi Ludovicus, filius ejus, hoc fieri prohibuisset (Theg. l. c. 35, 36) [11]. Triennio post Lotharius, quum, patre superato (vid. p. 61) et in vincula conjecto, civium longe plurimos offendisset, veritus, ne, mutata fortuna, sceleris sui poenas sustineret, ex consilio episcoporum qvorundam, maxime Ebbonis, archiep. Rhemensis, sacro ordini potestatem tribuit patrem accusandi, hancqve ferendi sententiam, "ut pro his, de qvibus jam poenitudinem gesserat *iterum* publica poenitentia .... irrevocabiliter qvodammodo ecclesiæ satisfaceret" (Artron. l. c. p. 310), "quum tamen", ut idem monet scriptor, "ne forenses qvidem leges contra unam culpam, semel commissam, bis invehant vindictam" (ibid.). Ludovicus autem huic sententiæ obtemperans, in conventu Compendiensi plurimorum se criminum reum confessus, "chartulam suorum reatuum et confessionis ... *sacerdotibus* tradidit, et habitu seculi se exuens habitum poenitentis *per impositionem manuum episcoporum* suscepit" (vid. "acta impiæ ac nefandæ exauctorationis Lud. P., ap. Du Chesne l. c. tom. II, p. 334). Itaqve episcopi iterum Imperatorem non solum accusabant, sed ipsi damnabant. Neqve contendere omittebant, se hoc ex divino ministerii sui jure facere [12]. Qvod quum Lotharius fieri sineret, re qvidem professus est episcopos regum judices esse divina auctoritate constitutos. Qvid? qvod ipse Ludovicus Pius, quum biennio post iterum dignitate imperatoria per duos filios suos ornatus esset, "neqvaqvam tamen præproperæ [13] voluit acqviescere sententiæ: sed Dominica, qvæ in crastinum advenit, in ecclesia S. Dionysii epicopali ministerio voluit reconciliari, et per manus episcoporum armis accingi consensit" (Astronom. l. c. p. 311); qva igitur pietate sua istud, qvod episcopi sibi arrogaverant, jus de regibus judicandi ipse confirmavit. Parum igitur imperatoriæ majestati suæ consulebat, qvod rebelles episcopos, qvi cum Lothario fecerant, læsæ majestatis criminis accusabat. Ebbo qvidem munere suo privabatur, sed ipse modus, qvo hoc fiebat, jura majestatis imperatoria magis constrinxit qvam confirmavit. Hunc enim Ludovicus *non suo judicio damnavit*, sed in synodo, habita in palatio Theodonis, *accusavit*: qvo facto hic "per consensum synodi *episcopos judices* peccatorum suorum *elegit*" Harduin. IV, p. 1385). Verum hac ratione Ludovicus tacite confessus est, *judicium episcoporum*, si vel gravissimorum criminum civilium, qvalis sane rebellio dicenda est, rei sint, *ad solos episcopos pertinere*. Qvod vero ad Agobardum, archiep. Lugdunens., et Bernardum, archiep. Viennensem, qvi cum Ebbone partes Lotharii secuti erant, attinet, horum qvidem causa in conventu apud Stramiacum examinari coepta est, sed, quum neuter horum conventui ad rationem reddendam interesset, "hæc res (ɔ: damnatio eorum) imperfecta remansit propter absentiam eorum" (Harduin. l. c. p. 1447). Qvare quum Ludovicus P., qvem episcopi "absentem et inauditum, nec confitentem neqve convictum" (Astronom. l. c. p. 310) contra jus et fas damnaverant, episcopos, rebellionis convictos, qvod abessent, non auderet damnare, hac ipsa Ludovici lenitate istud privilegium episcoporum non parum confirmatum est. Qvod hi qvantum in rem suam converterint, seqventi ævi historia docebit. —

b) ratione opum.

Ludovicus P. largas opes in sacrum ordinem conferebat (v. p. 71, nr. 4); sed filii ejus hoc animo non erant. Tradit Theganus, *Lotharium* "multa mala commisisse exspoliando ecclesias Dei" (l. c. p. 284), et "vitæ et actuum Ludovici" auctor, qvem Astronomum vulgo nominant, narrat, in castro qvodam, qvod Warinus, comes, partium Ludovici P. studiosus, munierat, Lotharius vero obsidione cinctum "ad deditionem receperat", hoc jubente "ecclesias direptionibus vastatas, thesauros deprædatos, et communes copias direptas fuisse" (l. c. p. 312); unde igitur patet, Lotharium opes ecclesiarum ob eam potissimum causam diripere solitum fuisse, qvod præsules earum fidem Ludovici imperatoris deserere nollent. Qvare quum rebellio Lotharii freqvens esset, freqventissimæ erant opum plurimarum ecclesiarum direptiones. Neqve *Pipinus* opibus sedium sacrarum magis parcebat. Hoc enim per ambages testatur admonitio qvædam episcoporum, qvæ ita se habet: "Qvapropter fideliter et humiliter vestram hortando persvademus et persvadendo hortamur a Deo sublimatam potestatem, ut eorum, qvi ecclesias Christi dehonoraverunt et humiliaverunt, rebusqve propriis *exspoliaverunt*, nullatenus *imitatores;* sed magis progenitorum vestrorum, qvi eam ditatam atqve exaltatam, et diversis muneribus exornatam ad vos transmiserunt, existatis *sectatores*" (synod. Aqvisgr. II, ad Pipinum, regem Aqvitaniæ epist. lib. III, cap. 27). Aperte vero id commemorat Astronomus his verbis: "mandavit [Ludovicus P.] filio Pipino per Ermoldum abbatem, res ecclesiasticas, qvæ in regno ejus erant, qvas *vel ipse suis attribuerat, vel* ipsi sibi præripuerant, absqve cunctatione ecclesiis restitui" (l. c. p. 312). Itaqve quum ista admonitione episcoporum hoc "Ludovici mandatum recentius sit, inde cognoscitur, Pipinum illi non obsecutum esse. — *Laici homines*, horum principum exempla secuti, opes sacri ordinis vel diripiebant (conc. Aqvisgr. II, cap. III, c. 8), vel dono ab illis accipiebant (Astron. p. 312), vel, abbicomites constituti, jure aliqvo obsessas tenebant (vid. p. 74, nr. 1). — Deniqve *episcoporum* multi sibi suisqve magis, qvam sacris sedibus, providentes, "res Deo dicatas sibiqve commissas utpote proprias tractare et ad multifarios secundum libitum suum eas usus terrenosqve honores et delectationes retorqvebant" (conc. Paris. VI, lib. I, cap. 15), vel "de rebus sibi commendatis suo aut qvorumlibet amicorum nomine prædia aut mancipia emebant, et, ut in suorum propinqvorum jus cederent, statuebant" (ibid. cap. 16), vel ipsas res "clanculo vendebant" (ibid. cap. 17)[14].

c) ratione morum ordinum superiorum.

De juribus superiorum ordinum sacerdotum prolixius jam disputavimus. Reliquum est, ut tradamus, qvales mores eorum essent. Ex universa autem hujus ævi ratione sacra et civili ultro seqvitur, hos pessimos fuisse. Neqve enim penes metropolitas auctoritas neqve in principibus, solo Ludovico P. excepto, voluntas erat mores præsulum ecclesiasticorum castigandi.

1. Longum est singula *perfidiæ*, qvâ imperatori deerant, exempla recensere, neqve nostro consilio necessarium est. His enim tota historia bellorum, qvæ inter Ludovicum P. et filios ejus gerebantur, abunde scatet[15], et eorum nonnulla supra a nobis allata sunt.

2. In mediis bellis versati, ordinis sui gravitatem tam parum servabant, ut ipsi tandem necessarium ducerent constituere: "ut nullus episcopus se *litigosis* immisceat *contentionibus:* sed neqve *irreligiosis vel indisciplinatis locutionibus*[16] tam in domibus qvam in forinsecis conventiculis omnino indulgeant" (conc. Aqvisgr. II, cap. I, c. 4), "neqve *ebrietatis*, depravatione se aut suum ministerium vilescere faciant"[17] (ibid. c. 6). Qvinimmo præcipiendum esse putabant, "ut vita et conversatio pontificis semper testes vitæ probabilis habere deberet"[18] neqve cuiqvam licere, "sine talibus cubilia secreti sui incolere" (conc. Paris. VI, lib. I, cap. 20).

3. In negotiis alienis et sæpe turpibus occupatissimi, *propria muneris sui officia servare negligebant.* "Unctio sancti olei... nunc usqve (ɔ: ad a. 836) neglecta est" (conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 8); "vespertinales[19] in vigilia Paschæ dimittebantur" (ibid. c. 9); "episcopi in educandis et erudiendis militibus Christi tepide et desidiose agebant" (conc. Par. lib. I, cap. 30, cfr. c. 24), et ad negotia forensia agenda, vel ad nuntia ultro citroqve perferenda tot presbyteros passim dimittebant, ut in sedibus sacris nullus omnino esset, qvi cultui divino vacare, hominum confessiones suscipere, infantes baptizare posset (ibid. cap. 29).

4. *Avaritia* et *opum terrenarum cupido* freqvens præsulum ecclesiasticorum vitium erat, qvæ ipsa plurimorum malorum radix erat. Sub nomine "necessitatis" modis indignis pecuniam corradere solebant (conc. Paris. VI, lib. I, c. 13) ɔ: "villicationes et negotiationes diversaqve turpia lucra sectabantur" (ibid. cap. 28): "pauperibus sibi subjectis solebant edictum imponere, ut nullus illorum tempore messis modium frumenti, nec tempore vindemiæ modium vini, majori pretio, nisi (ɔ: qvam eo) qvod ab iis constituebatur, vendere præsumeret" (ibid. cap. 52): "tempore famis" aut pauperes non alia lege frumentum mutuare poterant, qvam ut "pro uno frumenti modio, tres aut qvatuor modios tempore messis" redderent (ibid. cap. 53), aut etiam episcopi "nihil commodare pauperibus volebant, nisi mansellas[20] suas et vinoleas[21] et pratella[22] ea ratione in pignus dedissent, ut qvicqvid frugum in his colligi poterat, pro parvo, qvod mutuum acceperant, ex asse amitterent" (ibid.): qvidam etiam "minorem modium et sextarium in vendendo atqve commodando, majoremqve in recipiendo habebant, simulqve stateras minores atqve dolosas in mutuando atqve vendendo, majoresqve in recipiendo habebant" (ibid. cap. 51): "pro distributione sacrorum ordinum, pro dedicatione sanctæ ecclesiæ, seu pro acceptione sacri chrismatis aliqvid exigere præsumebant" (conc. Aqvisgr. II, cap. I, c. 5)[23]: "avaritiæ et propriæ delectationis causa sæpissime, propria civitatis suæ sede relicta cleroqve neglecto, remotiora loca freqventabant" (ibid. c. 12): hospitalitatem negligebant (ibid. c. 3)[24]: "per parochias suas ministros constituebant, chorepiscopos, archipresbyteros et archidiaconos, non solum in presbyteris sed etiam in plebibus parochiæ avaritiam potius exercentes, qvam utilitati ecclesiasticæ dignitatis inservientes, populiqve saluti consulentes", eorumqve "cognitam pravitatem auctoritate pastorali acriter ferire detrectabant" (ibid. c. 4)[25].

5. Præterea episcopi *inferiorum ordinum clericos nimis aspere tractare* solebant. Erant, qvi "neutrum cibum, neqve spiritalem neqve carnalem" presbyteris suppeditarent (conc. Paris. VI, lib. I, cap. 24); pleriqve vero "non paternum affectum circa gregem sibi commissam, sed qvendam dominatum exercebant" (ibid. cap. 23).

6. Sed alii *presbyteros non satis aspere castigabant*[26], ut hi, "ab ipsis sacerdotibus qvadam securitate accepta, nec ea, qvæ ad cultum divinum pertinent, facerent, neqve in restauratione et luminaribus ecclesiarum studium haberent" (conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 6).

c r i o r d i n i s

v i c o P i o e s s e t.

d) ratione vitæ presbyterorum.

In hac tanta morum perversitate eorum, penes qvos puniendi in ecclesia potestas erat, consentaneum est, presbyteros his etiam pejores fuisse.

1. Disciplinæ et auctoritati episcoporum, injustæ illi sæpe (vid. c. nr. 6) nec canonicam formam servanti (p. 74. nr. 2), sese subducentes, ad palatium "sine consensu et sine litteris episcopi sui" (conc. Aqvisgr. II, cap. III, c. 23) provocandi gratia, aut ut episcopos accusarent (p. 74, nr. 2), contendebant, aut "propositi et loci sui desertores effecti, passim qvocumqve eis voluntas svasisset, posthabita auctoritate canonica pergere, et non solum ab aliis episcopis... verum etiam a comitibus et nonnullis aliis nobilibus viris recipi" solebant (conc. Par. IV, lib. I, c. 36). Qvod si qvando muneribus suis canonice privarentur, hanc poenam "nihili habentes, nec publicis..., nec canonicis legibus constringi" se patiebantur (ibid. cap. 35).

2. Qvibus quum factum esset, ut canonica disciplina pæne nulla esset, presbyteri, "ordinis sui desertores, villicationes et negotiationes diversaqve turpia lucra sectabantur" (ibid. cap. 28), "tabernas ingrediebantur, diversissimis modis usuris inserviebant, aliorum domus inhoneste et impudice freqventabant, commessationibus et ebrietatibus deservire non erubescebant, et per diversos mercatus indiscrete discurrebant" (conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 8), "ecclesias suas exspoliabant et in prædiola sua propria transferebant" (ibid. c. 6), "ignibus avaritiæ æstuantes..... curamqve basilicarum, in qvibus promoti erant, postponentes, datis qvibusdam xeniis [27] aut pollicitis, non solum a clericis verum etiam a laicis alias basilicas contra fas ad Christi famulatum suscipiebant" (conc. Par. lib. I, c. 49), qva multitudine ædium sacrarum, uni presbytero concessarum, hæ "cultu sibi debito privabantur" (ibid.) [28]. Præterea ipsius cultus divini gravitatem negligentes, "pleriqve presbyteri, neglectis basilicis Deo dicatis, in domibus et hortis vel in ædiculis, juxta domos suas constructis, Missarum celebrationes faciebant" (ibid. c. 47); nonnulli vero "sine ministris, soli Missam celebrabant" (ibid. c. 48). Qvid? qvod "in qvibusdam provinciis... foeminæ sanctis altaribus se ultro ingerebant, sacrataqve vasa impudenter contingebant, et indumenta sacerdotalia presbyteris administrabant", qvinimmo "corpus et sangvinem Domini populis porrigebant" (ibid. c. 45). Haud mirum igitur videbitur, "in qvorundam episcoporum parochiis contra interdicta sanctorum canonum foeminas in domibus presbyterorum non solum habitavisse, sed iis etiam ministrare" solitas fuisse (conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 7), easdemqve "et laqveum sacerdotibus persæpe exstitisse" (ibid.).

3. His vitiis dediti, presbyteri eo minus ecclesiasticam in peccata laicorum disciplinam exercere poterant, qvo magis ipsi ob sua suorumqve vitia male audire solebant, vel, ut Theganum dicentem audiamus, "licet aliqvi sint periti, tamen superat eorum doctrinam criminum multitudo: sic plerumqve ut Pastor in ecclesia aliqvos negligentes noxios ausus non est canonica justitia provocare propter crimina propinqvorum" (l. c. XX p. 280). Itaqve "aut muneris, aut amoris, aut timoris, aut certe favoris causa tempora modumqve poenitentiæ ad libitum poenitentium indicebant" (conc. Paris. lib. I, c. 32); qvod ut cum specie aliqva juris facere possent, "utebantur qvibusdam codicillis contra canonicam auctoritatem scriptis", eosqve "poenitentiales vocabant" (ibid.). Qvod vero in eos potissimum, qvi "contra naturam peccabant" (ibid. c. 34), se ita faciles præbebant, fortasse inde explicandum est, qvod ipsi ejusdem criminis rei essent. Ista vero ipsa lenitas tantum aberat, ut presbyteris gratiam civium laicorum pararet, ut hos potius contemtu illorum impleret. Tradit hoc Theganus, sui temporis scriptor fide dignissimus, verbis modo laudatis hæc adjungens: "et illud sacrum ministerium plerumqve a nonnullis *valde despicitur*, propter qvod a talibus exhibetur". Fatentur idem ipsi patres conc. Aqvisgr. II, (ap. Hard. IV, p. 1397, c. 10) his verbis: "vita presbyterorum, ut vos vere fatemini, ridicula habetur".

4. Deniqve presbyteri episcoporum auctoritatem ita spernebant, ut plura muneris horum munia sibi arrogarent. "Velum viduarum, inconsultis episcopis incaute et extraordinarie consecrabant" (ibid. c. 40), "viduas velabant" (ibid.), et "sacras virgines consecrabant" (ibid. c. 41).

e) ratione vitæ monasticæ et canonicæ.

1. *Præsules* monachorum et canonicorum vitam Chrodegangi regulæ convenientem non degebant; qvod qvidem minus est mirandum, qvandoqvidem abbicomites longe plurimi essent (p. 74 nr. 1), qvi, si vel regulam istam cognovissent, tamen ei ne possent qvidem ob reliqvæ vitæ suæ negotia obseqvi. "Episcopo suo obedire superbiendo renuebant" (conc. Paris. VI, lib. I, c. 37), et tanta qvidem audacia, ut hi ad "principalem (ɔ: Imperatoris) auctoritatem" confugerent, qvo isti "honore prælationis privarentur" (ibid.) [29]: venationibus turpibusqve lucris inserviebant" (ibid.): "loca sibi ab imperatore concessa deperire et destrui" patiebantur (ibid. lib. III, c. 18): "congregationibus, sibi commissis necessaria stipendia administrare negligebant" (ibid.), qvo factum est, "ut et divina officia negligerentur et ipsæ congregationes irreligiosius vivere compellerentur" [30] (ibid.). — *Abbatissarum* mores non magis honesti erant (ibid.); eædem vero, episcoporum auctoritati nullo modo obsecutæ, "pæne in omnibus monasteriis puellaribus viduas et virgines puellas velare solebant" (ibid. lib. I, c. 43), neqve non "de necessariis subditarum victualibus ad proprios usus subditis subtrahebant" (conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 13) [31].

2. *Monachi* igitur magna utebantur licentia. "In publicis locis sine ratione decenti discurrebant" (ibid. cap. III, c. 24), atqve "passim, et qvasi absqve canonicæ auctoritatis jugo, effrenati per secularia negotia discurrebant, villicis atqve secularibus curis inservientes" (ibid. cap. II, c. 2), et impudicam vitam degentes [32].

3. *Monachæ* deinqve "propter negligentiam stipendiorum, aut certe insolertiam prælatarum" ita dissolute degebant, ut "monasteria puellarum in qvibusdam locis lupanaria potius viderentur esse, qvam monasteria" (ibid. c. 12), qvapropter canon sancitus est: "admonendæ prælatæ sunt, ut prævideant, ne in ipsis monasteriis multimodi sint anguli, vel talia loca, qvæ sunt tenebrosa, aut certe visui prælatarum occulta, in qvibus Deus pro sceleribus inibi commissis ad iracundiam provocetur" (ibid. c. 14).

4. Haud tamen prætereundum est, unum saltem virum, Benedictum Anianensem, sub auspiciis ipsius Ludovici P. [33], vitam monasticam in pluribus coenobiis ad regularem statum revocavisse; ipsos vero episcopos, qvi conc. Paris. VI et Aqvisgr. II intererant, cum vitia sacri ordinis novisse, tum hæc castiganda esse censuisse. Iidem vero haud diffitentur hanc rem difficillimam esse [34].

*

Dum opes imperii Francici in dies magis frangerentur, regna Anglo-Saxonum unius viri, Egberti, regis Occidentalium Saxonum, ditioni sensim submittebantur. In Mercia *Ceolwulfus*, post cædem *Cenulphi* († 819) et *Kenelmi* († 819) rex factus, biennio post *Beornwulfo* cessit, qvi ipse a. 823 *Egberto* regnum tradere coactus est. Hic intra breve tempus regna Cantuariorum, Orientalium-Saxonum, Orientalium-Anglorum et Northanhymbrorum in suam redegit potestatem, Merciis autem *Witlafium* regem sibi tributarium præfecit. Quum igitur diversissima esset ratio insulæ Britanniæ et terræ continentis, nostrum erat singulari loco tradere,

qvæ essent rationes ecclesiasticæ in Britannia.

1. *Opes ac divitiæ* sacri ordinis amplissimæ erant. Scilicet plerisqve hominibus chnis persvasum erat, "salutem animarum" in liberalitate, ædibus sacris præstita, non minime versari (Wilkins l. c. p. 170, 178). Accedebat gratus multorum animus; qvo ductus Witlafius, qvi in ecclesia Croylandensi apud Etheldritham "reclusam" (ɔ: monacham) contra insidias Egberti regis diu occultatus fuerat, hanc ecclesiam splendidis donis ornabat (conc. Londin. a. 838; ap. Wilk. p. 176—177). Neqve Egbertus et Aethelwulfus, filius, in Dorobernensem ecclesiam minus liberales erant (conc. Kingstonens. a. 840; ap. Wilkins p. 778).

2. Interdum tamen laici homines atqve ipse qvidem rex has opes ædium sacrarum diripiebant. Vituperatur in synod. Calchuthens. c. 8 "rapacitas secularium", qvæ "penuriam" coenobitis gigneret. Baldredus rex "manerium" (ɔ: villam) qvoddam ecclesiæ Cantuariensi dono dederat; sed magnates noluere hanc donationem ratam fore, donec, in conc. Kingstonensi sub regibus Egberto et Aethelwulfo id tandem concederent (Wilk. p. 178—79). Cenulphus rex Wulfredum, archiep. Cantuar., jussit, ut sibi "dimitteret villam trecentorum manentium (ɔ: colonorum, inqvilinorum), et insuper daret sibi, videlicet regi, centum viginti libras denariorum" (Wilk. pag. 172), quumqve ille hæc certis legibus facturum esse spopondisset, Cenulphus tamen, fracto foedere, his ipsis rebis eum contra jus et fas spoliavit.

3. *Mores ordinis sacri* non ita honesti fuisse videntur. *Presbyterorum* alii "majora negotia ad se desiderabant, qvam a proprio episcopo concedebatur", alii "per suam negligentiam renuebant", qvo minus "baptismi ministerium præstarent" (synod. Calchuthens. a. 821, c. 11). *Episcopi* alteri alterorum "parochias invadebant", et "aliqvid alterius ministerii ad se pertrahebant" (ibid.). Qvamqvam lege sancitum erat, ut abbates et abbatissæ probi per episcopum non "sine consensu familiæ" (ɔ: monachorum nonnarumqve) eligerentur (ibid. c. 4), episcopi tamen simoniæ et nepotismi, uti ajunt, sæpe rei erant (ibid.). Ipsi deniqve *abbates* et *abbatissæ* non minus qvam episcopi "aliqvid de possessione agrorum ecclesiarum minuebant, vel alicui in hæreditatem deputabant" (ibid. c. 7).

4. Hæc autem nil obstabant, qvin sacer ordo summa inter Anglo-Saxones *reverentia* dignus haberetur *summisqve juribus* præditus esset. Videlicet ex antiqvissimis inde temporibus dignitas sacerdotum Anglo-Saxonibus probata erat. Conc. Calchuth. c. 10 definit, qvanta cum pompa exseqviæ defunctorum episcoporum fieri debeant, ipsorumqve memoriam non minori, qvam natales dies "cujuslibet apostolorum", apparatu recolendam esse [35]: sancit autem ejusd. conc. c. 6, "ut judicia episcoporum firma sint", c. 9, "ut describenda sint judicia synodorum", et can. 1 hæc habet: "atqve præcepta canonica .... nos velle cum omni diligentia illibata et incorrupta custodire fatemur"; cui conseqvens est, qvod conc. Clovesho. a. 833 profitetur: "qvicqvid sancta synodus universalis cum catholico archiepiscopo suo adjudicaverit, nullo modo fractum vel irritum est faciendum" (Wilk. p. 175). Neqve in solis rebus ecclesiasticis sacer ordo tanta auctoritate gaudebat. Synodis intererant præter episcopos abbatesqve ipsi presbyteri atqve diaconi (vid. subscription. nomin.); in illis autem hi omnes cum rege regniqve optimatibus "spiritualium *secularium*qve rerum necessitates communi consilio scrutabantur" (Wilk. p. 178), Aethelwulfus autem rex nihil sine consilio Alstani, episcopi Sherburnensis, in regno unqvam suscepit [36].

5. Reges tamen singula concilia cogebant [37], hisce præsidebant [38], horumqve decreta confirmabant [39]. Et unus saltem rex Cenulphus archiepiscopo regni sui Wulfredo acriter restitit. Dolendum est, origines harum controversiarum nos plane latere; unde definiri neqvit, utrum Wulfredus malis, qvibus afficiebatur, dignus esset, nec ne. Qvod vero gravissimum est, Wulfredus, exemplum Wilfridi secutus, ad apostolicam sedem Romanam confugit, et Cenulphus eum coram Eugenio II multorum criminum accusavit. Idem vero Cenulphus judicium Romanæ sedis non tanti fecit, ut huic plane obseqvi vellet. Potius reverso Wulfredo "præcepit, ut ... citissime de Anglia decederet, nec aliqvam spem haberet redeundi amplius, *nec per præceptum domini papæ*, nec pro precibus imperatoris etc." Itaqve crediderim Cenulphum Romano antistiti hanc causam dirimendam commisisse, non qvod putaret, oportere illum sibi qvid judicaret præcipere, sed ut fide Eugenii adjutus audaciam Wulfredi frangere posset [40]. Utut vero hoc est, ipsa res multum conferre potuit ad reverentiam Romanæ sedis auctoritatis in animis Britannorum confirmandam, et plus etiam, qvod Beornwulfus, haud dubie qvod regnum injuste occuparat, Qvendridam, filiam et hæredem Cenulfi, coegit, ut Wulfredo "illa omnia, qvæ pater ejus archiepiscopo injuste", ut dicebatur, "abstulerat, juste.... restitueret" (Wilk. p. 172). Neqve prætereundum est, concilio Clovesho., a. 833 præside eodem Beornwulfo celebrato, subscripsisse "Nothhelmum, præconem a domino Eugenio papa". Hic igitur committere noluit, ut Britanni sedis Romanæ auctoritatem oblivioni traderent.

V.

Ævum imperii Francici tricipitis.

840—858.

Defuncto Ludovico Pio, Lotharius, filius natu maximus, omnem lapidem movebat, ut binis fratribus [1] devictis, *totius* imperium Francicum occuparet; neqve aut minis aut insidiis aut perjurio parcebat, qvo fratres suos circumveniret. Hi autem communi consilio ei fortiter resistebant, et quum victoriam de eo sæpius reportassent, neqve tamen ab eo impetrare possent, ut æqvissimas [3], qvas ferebant, pacis et foederis *leges* acciperet, eum imperatoria potestate indignum per episcopos suos a. 843 pronuntiabant [4]. Qvibus tandem fractus, Lotharius pacem cum fratribus ea lege iniit, ut *ipse* titulum Imperatoris retineret et Italiam cum ea parte regionum Transalpinarum, qvæ Rheno, Mosa et Rhodano fluviis terminatur, in sua ditione teneret, *Ludovicus* Germaniam, et *Carolus*, cognomine *Calvus* reliqvam Franciæ partem (— Neustriam, Burgundiam, Aqvitaniam et Marcam Hispanicam —) sub titulo regis haberent. Qvæ qvidem divisio ne vires imperii frangeret, inter tres fratres convenit, ut singuli qvidem sui juris essent, sed omnes simul in communibus conventibus toti populo communes leges rogare, et si qvas terras hostes invaderent, alterum alteri suppetias ferre deberent; ita ut non tam tria regna essent, qvam unum imperium Francicum, triceps qvidem, cui Lotharius præesset [5].

Sed hoc pactum non servabatur (vid. p. 84). Nam, ut alia taceam, Lotharii imperium ob civiles rationes Italiæ minus valebat. In Italia inferiori Græcus imperator adhuc tractus qvosdam tenebat; Beneventanum agrum Radelchis qvidam, Salernitanum Siconulfus, Capuanum Landulphus in suam ditionem redegit. Qvi, quum Arabum incursiones repellere non possent, Lotharii qvidem opem implorabant; hic vero Arabes eo difficilius superabat, qvo sæpius isti principes, ne a suis principatu privarentur, ipsorum Arabum armis in hos utebantur. Itaqve Arabes magnam Italiæ partem igni ferroqve devastabant. In Italia superiori procerum alteri alterorum tractus invadebant; qvotqvot autem de pugnis inferiores discedebant, Venetiæ tutum habebant refugium. Præterea Slavi oram maritimam Italiæ ex adverso maris Adriatici littore vastare solebant. — Accedebat qvod Lotharius terras suas a. 855 inter tres filios ita divisit, ut *Lotharius* Lotharingiæ regnum, *Carolus* Provinciam et ducatum Lugdunensem, *Ludovicus II*, qvi inde ab a. 850 cum patre imperaverat, Italiam cum titulo Imperatoris obtineret [6]. Qva divisione communio imperii Francici plane dissoluta est. Namqve ut omittam, senes avunculos vix a se impetrare potuisse, ut imperiali potestati Ludovici, nepotis, hominis adolescentuli, obseqverentur, ipse Ludovicus II, sua imperii parte haud contentus, avunculos hujus rei arbitros esse voluit [7], et postea foedus cum Ludovico Germanico contra Carolum Calvum iniit [8].

Diruptis igitur communibus regnorum Francici imperii vinculis, omnia misere miscebantur. Qvorum historiam enarrantes, eum ordinem seqvemur, ut qvæ reliqvis cognoscendis lucem aliqvam præbeant, horum historiam illis semper præmittamus. De qva re posthæc singillatim dicetur.

Hoc autem loco vitam duumvirorum, supra (p. 61) ex parte traditam, paucis perseqvemur.

Post mortem Ludovici Pii illico abbas qvidam *Ebbonem* "ad Lotharium reduxit" (vid. narrat. clericor. Remens. ex Ms. codice Atrebatensi, ap. Du Chesne l. c. tom. II, p. 341 seqq.). Hic vero eum eodem anno pristino muneri suæ præfecit, qvod ille cum summa pompa recepit (ibid.). Sed quum imperii divisione a. 843 Remensis ecclesia in ditionem Caroli Calvi venisset, Ebbo ab eo pulsus, ad Lotharium iterum confugit; per qvem tandem factum est, ut indiceretur a. 846 synodus Trevirensis, in qva illius causa novo judicio retractaretur. In hac tamen Ebbo haud comparuit; unde in Parisiensi synodo ejusdem anni aditu Rhemensis dioecoseos abstinere jussus est. Post hoc tempus Ebbo, quum non amplius in gratia Lotharii esset, a Ludovico, Germaniæ rege, dioecesi Hildesheimensi episcopus præficiebatur; in qvo munere diem obiit supremum († 851).

Drogo ille, episcopus Metensis (vid. p. 61), Ebbonis per Lotharium factam restitutionem probare coactus est, ejusdemqve causam Romæ coram Sergio II pontifice agere [9]. Ipse qvidem a Sergio II archiepiscopi titulo ornatus, et sedis Romanæ in provinciis Transalpinis vicarius designatus est; sed ex hoc tempore minori, qvam antea, auctoritate florebat. † 857.

Hoc ævo singulare vigebat studium animos hominum excolendi, qvod sine dubio industriæ Caroli M. et Ludovici P. acceptum referri debet. Primum *Carolus Calvus* pari, atqve avus ejus, studio doctos viros ad aulam suam arcessivit, eosqve tam suo exemplo qvam præmiis ad litteras colendas accendit. Deinde *episcoporum* non ita pauci civium culturæ bene consuluerunt. Qvo pertinet concil. Meldensis (a. 845) c. 35: "ut qvisqve episcopus talem juxta se pro viribus habere decertet, qvi juxta sincerissimum et purissimum sensum catholicorum patrum, de fide et observatione mandatorum Dei, seu et prædicationis doctrina presbyteros plebium assidue instruat et informet, ne domus Dei vivi, qvæ est ecclesia, sine lucerna verbi divini remaneat". Quumqve cognovissent, populum christianum summa ignorantia laborare, tum præceperunt, ut omnia, scitu dignissima, hnic in concionibus et in scholis publicis traderentur, tum, sacra concentu ornantes, pietati sensuum alendæ succurrerunt. Qvod utrumqve præcipit conc. Valentin. (a. 855) c. 17: "ut de Scholis tam divinæ qvam humanæ litteraturæ nec non et ecclesiasticæ cantilenæ, juxta exemplum prædecessorum nostrorum, aliqvid inter nos tractetur, et, si potest fieri, statuatur atqve ordinetur", coll. conc. Lingonens. (a. 859)[1] c. 10: "ut scholæ sanctarum scripturarum et humanæ qvoqve litteraturæ, unde annis præcedentibus per religiosorum imperatorum studium magna illuminatio ecclesiæ et eruditionis utilitas processit, deprecandi sunt pii principes nostri, et omnes fratres et coepiscopi nostri instantissime commonendi, ut ubicunqve omnipotens Deus idoneos ad docendum, id est, fideliter et veraciter intelligentes donare dignetur, constituantur undiqve scholæ publicæ"[2]. *Romanus* adeo *pontifex* Leo IV, de populo justa rerum cognitione instruendo sollicitus, in Rom. conc. (a. 850) c. 34 sanxit: "in universis episcopiis subjectisqve plebibus et aliis locis, in qvibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia habeatur, ut magistri et doctores constituantur, qvi studia litterarum liberaliumqve artium, ac sancta habentes dogmata, assidue doceant". Inprimis tamen *monachi* de litteris bonisqve artibus bene meruerunt, inter qvos *Rabanus Maurus* primum locum tenet[3]. Hic enim non solum in monasterio suo Fuldensi monachos CCLXX tam sacris scripturis qvam sæcularibus litteris erudivit, sed etiam innumeros discipulos, undiqve ad ipsum confluentes, idoneos populi magistros reddidit, et posteris qvoqve, condita amplissima bibliotheca, consuluit. Qvæ hic inceperat, *Walafridus Strabo* confecit; ac pari studio et labore *Haimo* tum ipse populo "prædicavit", tum librorum collectionem congessit. Deniqve *Otfridus* egregiam operam collocavit in Teutonico sermone excolendo et evangelica historia, qvam in vernaculam lingvam transtulit, cum ipsa plebe communicanda.

Pia studia Ansgarii

per hoc ævum eo magis admiranda sunt, qvo minus hic regio patrocinio utebatur, et qvo plura ei objiciebantur pericula, qvæ solus superabat. Dum tres filii Ludovici Pii acerrime inter se dimicabant (a. 840—43), horum nemo Ansgario succurrebat. Post divisionem imperii, a. 843 factam, Lotharius Imperator, in Italia degens, exiguam rebus borealibus curam adhibere potuit. Neqve vero simile erat, eum patris sui, cui infestum se gesserat, amicum insigni studio proseqvi voluisse. Carolus Calvus in motibus sui regni componendis satis occupatus[4 a], Ansgario, in regno Ludovici degenti, non solum nullam opem ferebat, sed eo oberat, qvod reditus monasterii Turholt, Ansgario olim concessos[4 b], Reginaro comiti contulit[5]. Accedebat a. 845 atrocissima Hamburgi per Ericum, regem Chersonesi Cimbric. direptio, in qva ecclesia, monasterium et bibliotheca Ansgarii igni delebantur et vix fugiendi dabatur Ansgario locus. Post hæc christiani, qvi in Nordalbingia et Dania degebant, per duos annos (845—47) summa calamitate afficiebantur. Ansgarius ad Leuterichum, arch. Bremens., confugit. Hic vero, famæ ejus invidus, ei plane deerat. Qvare comites Ansgarii multi, magna egestate laborantes, ad coenobium Corbejense, ex qvo egressi fuerant, redibant. Sola mulier qvædam, nomine Ikia s. Ida Ansgario hospitium præbuit; qvo hic adjutus, in prædio Ramslo, qvod tria milliaria ab Hamburgo distabat, monasterium condidit, ex qvo christianos suos ultra Albim habitantes freqventer visitabat.

Interea reges imperii Francici, qvi direptiones gentilium Nordmannorum qvotidie experirentur, satius duxerunt Ansgario qvoad poterant, subvenire, qvo isti populi, deposito idolorum cultu, morum suorum ferocitatem simul exuerent. Itaqve "Lotharius, Ludovicus et Carolus a. 847 legatos ad Oric (ɔ: Ericum) Danorum regem destinabant, mandantes, ut suos christianorum infestationibus cohiberet, sin alias, bello se impetendum nullatenus dubitaret" (annal. Francor. Bertinian. ad. a. 847). Præterea Ludovicus, rex Germaniæ, quum sedes Bremensis post obitum Leuterichi per aliqvot annos vacasset, cum hac sedem Hamburgensem, igni deletam neqve justum parochiarum numerum comprehendentem, conjunxit, et novæ huic sedi Hamburgico Bremensi Ansgarium archiepiscopum a. 848 præfecit.

Post hoc tempus Ansgarius, idoneis reditibus haud destitutus, sacras ædes Hamburgi exstruendas curavit, et, venia ab Erico illo, qvi partim superstitione qvadam[6] ductus, partim Ansgarii prædicatione commotus, christianos æqvius habebat, impetrata, a. 850 in urbe "Hadeby"[7] ecclesiam ædificavit, in qva freqventer prædicabat. Nunc vero numerus christianorum in Dania magnopere crescebat. A. 852 Ansgarius Olaum regem Sveciæ visitavit, et voluntate ejus munitus, ecclesiam Bircæ[8] exstruxit, cui *Erimbertum* episcopum præfecit, et indefesso labore religionem per annum 854 in tractibus Svecicis tradebat.

Hoc autem anno Ericus ille in bello intestimo cecidit; et primores populi sub Erico II, adhuc impubere, magno crudelitate in christianos per unum annum sæviebant, donec Ansgarius (a. 845—60), mutato animo regis, Christum colentibus pristina jura pararet. Neqve postea christiani vexati sunt. Qva securitate Ansgarius ita usus est, ut assidue doceret, monasteria et xenodochia conderet, captivos redimeret et viduis, pupillis et pauperibus victum et cultum suppeditaret.

Ex hoc pio studio, neqve, ut ipsius Caroli M. temporibus, ex consilio devictas gentes religione molliendi profecta est indefessa Anscharii religionem inter boreales populos prædicandi opera, qvam inter assidua vitæ discrimina ad finem usqve vitæ suæ sustinebat. At horrendum, qvo hi populi in christianam religionem incensi erant, odium et cruentæ horum in varios tractus Europæ incursiones impediverunt, qvo minus vel Anscharii laboribus prosper eventus responderet, vel reliqvi Christiani litteris se totos dare possent.

At in media Europæ parte hoc ævum et bonos historicos genuit et philosophum summo ingenii acumine præclarum. Sed vel ipsa ratio litterarum, qvæ maxime et fere unice colebantur — trivium dico et qvadrivium (vid. p. 42—43) — vel summa dominandi libido, qva flagrabant præsules ecclesiastici, qvi, diviso imperio Francico, unius viri auctoritate ad concordiæ studium compelli non possent, effecerunt, ut hi, de subtilioribus qvæstionibus disputantes, non tam rei veritatem qværerent, qvam victoriam de adversario qvacunqve ratione reportare studerent. Itaqve hujus ævi scriptores suorum animos non ita excolebant, ut hi admodum in litteris proficerent.

scriptores ecclesiastici.

1. *Theganus*, natione Francus, vir nobilis et doctus:
   annales de gestis Ludovici Imp.
2. *Nithardus*, Angilberti filius, Caroli M. ex Bertha filia nepos, † 853:
   de dissidio filiorum Ludovici Pii, Imp., 814—843.
3. *Eulogius*, Cordubensis, martyr factus a. 851:
   memoriale Sanctorum libri III;
   apologeticus pro martyribus;
   exhortatio ad martyrium;
   epistolæ.
4. *Florus*, Magister dictus, diaconus Lugdunensis, qvi copiosam bibliothecam condebat, ab ecclesia Lugdunensi electus est ad opus Johannis Scoti de prædestinatione refutandum († 849):
   opera exegetica: 1. commentarius in omnes S. Pauli epistolas, ex Augustino contextus;
   2. commentarius in omnes S. Pauli epistolas ex Cypriano, Hilario et aliis [XII] patribus compositus;
   opus dogmaticum: liber de prædestinatione contra Johannem Sc., in qvo sententias adversii non tam refutavit qvam prave definivit;
   opus liturgicum: collectio ex sententiis antiqvorum patrum de electionibus et officio episcoporum.
5. *Walafridus*, Strabo, Germanus, discipulus Rabani Mauri, scholasticus monasterii Fuldensis, ab a. 842 abbas Reichenauensis († 849):
   opus exegeticum: glossa ordinaria interlinearis in s. scriptur., ex recentiorum operibus desumta;
   opus liturgicum: de officiis divinis liber;
   opera, ex superstitione illorum temporum profecta:
   vita et miracula S. Galli lib. II;
   vita Othomari, Leudegardi et plurium;
   visio Wettini;
   poemata.
6. *Haimo*, discipulus Alcuini, familiaris Raban. Maur., ex monacho Fuldensi a. 839 abbas Hersfeldensis, et a. 841 episcopus Halberstadiensis factus († 853).
   opera exegetica: commentarius in Psalmos, Esaiam, epistolas Pauli, apocalypsin (libri VII), ex patrum scriptis plerumqve contextus;
   opus dogmaticum: de corpore et sangvine Domini;
   opus historicum: historiæ ecclesiasticæ breviarium libr. X.
7. *Rabanus Maurus*, gente Francus, (alii: Anglus); patria Moguntinus (alii: Fuldensis), natus a. 785, celeberrimus Alcuini discipulus, qvi novennis vitam monasticam professus, a. 810 scholæ Fuldensi præfectus est, et a. 822 abbas ejusdem monasterii factus. Post annos circiter XXVI Hattoni munus suum commisit, qvo ipse litteris promtius vacaret; cujus rei invidia incensi, monachi eum expulerunt. Rabanus igitur ad aulam profectus, reverti noluit. Anno 847 Orgario, archiep. Moguntino, successit († 856). Scripta ejus innumera sunt. Gravissima horum sunt:
   exegetica, maxime in V. T. libros, in evangelium Mathæi et epistolas Pauli; qvo etiam pertinent allegoriæ in universam scripturam, et glossarium Latino-Theotiscum in multas voces biblicas, qvod tamen in bibliotheca Cæsarea adhuc latet;
   dogmatica, ut de sacramento eucharistiæ; de prædestinatione adv. Godoschalcum epp. III;
   ethica, v. c. de vitiis et virtutibus; de peccatorum satisfactione et remediis s. poenitentiis lib. I*;
   liturgica, v. c. de disciplina ecclesiastica lib. III;
   de sacris ordinibus, sacramentis divinis et vestimentis sacerdotalibus;
   de institutione clericali.
8. *Servatus Lupus*, monachus Ferrariensis, qvi Rabano Mauro per octennium magistro usus fuerat, a. 836 ad aulam accitus, a. 842 abbas Ferrariensis factus est († 862):
   de tribus qvæstionibus ɔ: de libero arbitrio, de prædestinatione bonorum et malorum, de sanqvinis Christi superflua taxatione;
   liber epistolarum CXXX.
9. *Johannes Erigena Scotus*, qvi ultra hoc ævum vixit († 883), ad aulam Caroli C. plures annos degens, pantheismi accusatus est, saltem ab orthodoxia ecclesiastica longe discessit:
   de divisione naturæ libri V;
   de prædestinatione Dei contra Godasch. liber;
   opera S. Dionysii Areopagitæ qvatuor in lingvam latinam convertit.

Mens humana, ut primum paulo exculta est, in obscuriori fide subsistere neqve vult neqve potest, sed fidei suæ complexum in notiones veluti dissolvere conatur. Cui studio, natura nobis insito, eo magis indulgere solemus, qvo magis animus, a scientiis empiricis alienus, formaliter tantum excultus est. Sed fieri solet, ut, notionibus his nondum juste excultis, religio oriatur, qva ipsius fidei gravitas, si non tollatur, at detrahitur. Hinc oriundum esse censeo tum studium Paschasii communionem Christi, qva in sacra coena per fidem fruimur, subtiliter explicandi, tum certamina, qvæ theologi nonnulli, fidei suæ gravitati theoriâ Pascasii detrahi experti, cum eo contrahebant. — Qvemadmodum vero ingenio fervida, at parum exculta, ad mysticismum propensiora sunt, ita mens, studiis dialectices imbuta, in mysteriis indagandis potissimum versari solet. Ac qvanto minus licere sibi tales homines existimant a majorum de mysteriis scitis discedere, tanto studiosius

c o n t r o v e r

1. de communione corporis et sangvinis Christi.

Paschasius Radbertus jam a. 831 librum suum "de corpore et sangvine Domini", qvem Warino, abbati monasterii Corbejensis novi, sacrum esse voluit, scripserat, eundem vero recognitum Carolo Calvo a. 844 obtulit; ex qvo tempore docta de eo certamina oriebantur. Docuerat enim Paschasius, panem et vinum, qvibus christiani in sacra coena fruuntur, "post consecrationem nihil aliud esse qvam carnem et sangvinem Christi", et qvidem "*veram* carnem verumqve sangvinem consecratione Spiritus Sancti *potentialiter* creatum", qvin immo "non aliam carnem, qvam qvæ nata est de Maria et passa in cruce et resurrexit de sepulchro" (cap. 1. 4). Qvam suam theoriam eo maxime defendit, qvod "nihil extra vel contra Dei *velle* potest (sc. fieri), sed cedunt illi omnia omnino", ut neminem oporteat de tali miraculo dubitare ("moveri"). Eandem vero eo admodum commendatam esse voluit, qvod in vitis sanctorum haud semel traditum legeretur, "hæc mystica corporis et sangvinis Sacramenta .... visibili specie in agni formam aut in carnis et sangvinis colorem monstrata", neqve non "tanqvam puerulum jacentem super altare" visa fuisse (cap. 14). Hujus autem panis et vini conversionis vim eam esse docet, "ut caro et sangvis Christinos a carnalibus elevent et spiritales efficiant" (cap. 20), neqve igitur fas esse "cogitare de stercore, ne commisceatur in digestione alterius cibi". Concedebat qvidem "figuram panis et vini manere", sed hoc ita factum esse putabat, ne christiani a gentilibus male audirent, ac si humana carne et sangvine vescerentur (cap. 13).

Hunc librum Paschasii Carolus Calvus duumviris Ratramno et Johanni Scoto miserat, ut, qvid de eo censerent, dicerent. Prior horum ei librum "de corpore et sangvine Domini" opposuit, in qvo parum accurate definit, qvid de pane et vino ipse judicarit, utrum signa tantum corporis et sangvinis Christi sint [1], an in hæc convertantur, perspicue vero negat, homines in sacra coena eàdem Christi carne frui, qvâ hic in terris degens instructus fuerat [2]. Johannes autem "ea, qvæ in altari consecrantur, esse *figuram, signum, pignus* corporis et sangvinis Christi" asserens, neqve aut "verum corpus aut verum sangvinem Domini, sed tantum *memoriam* veri corporis et sangvinis ejus", ita theologis proximi ævi et seqventium seculorum displicuit, ut Hincmarus Rhemensis [3] et Adrevaldus [4], monachus Floriacensis (c. a. 870) contra eum scriberent, et synodus Vercellensis (a. 1050) et Romana (a. 1059) totum librum damnarent.

Præter hos duumviros Rabanus Maurus in epistola ad Heribaldum, Antissidorensem episcopum, qvi ipsum de hac re interrogarat, eandem qvæstionem tractavit, sed fusius et accuratius in epistola ad Egilum Abbatem, qvæ vero interiit. Igitur id solum novimus, eum theoriam Paschasii ægre tulisse, et maxime qvidem hanc ejus partem, qvæ identitatem carnis, qva fruimur, et ejus, qvæ de Maria nata erat etc., contendebat.

A parte Paschasii stabat Hincmarus, archiepiscopus Rhemensis, et auctor "tractat. de corp. et sangv. Domini", qvi Haimonis inscribitur, sed a plerisqve ad Remigium, monachum, refertur.

2. de partu Mariæ.

Invaluerat in multis partibus Germaniæ opinio: Christum miraculosa ratione conceptum, non sine miraculo natum esse; qvod sine dubio credendum esse putarunt, ne fides perpetuæ virginitatis Mariæ turbaretur. Ratramnus vero, qvanqvam hoc dogma eadem, qva reliqvi, religione proseqvebatur, tamen miraculosum partum negandum esse existimavit, ne, posito partu haud naturali, Christus humanæ naturæ expers videretur [5]. Igitur indigne ferens, multos "dogmatizavisse", Christum non "per virginalis januam vulvæ sed monstruose de secreto ventris *incerto tramite* luminis in auras exisse", hoc nasci esse negat sed "erumpi", ac confitendum esse asserit, eum "qvi de virgine corpus assumsit et intra gremium virginale concrevit, *per aulam* qvoqve *virgineam naturaliter* natum fuisse".

At vero Paschasius fidem "veræ nativitatis" Christi minoris pretii esse duxit qvam dogma perpetuæ virginitatis Mariæ. Qvod si enim Christus haberetur "communi lege naturæ" natus, inde necessario colligi debere putavit, "eum sub maledicto natum esse" et qvidem "iræ filium de carne peccati", siqvidem "ipsa lex naturæ, sub qva nunc mulieres concipiunt et pariunt, ... vere non est lex naturæ qvodammodo sed maledictionis et culpæ". Itaqve naturalem partum Christi negans, Christum docuit "mirabiliter natum fuisse s. absqve vexatione matris ingressum esse mundum .... sine ulla corruptione carnis, *clauso utero*" [6].

omnem operam in eo collocare solent, ut aut nova ex illis
necessario determinata, confirment. Huc pertinent lites de
Mariæ, per hoc ævum gestæ. — At coeca ista majorum reverentia
a posteris pie creduntur, sanam mentem ad tempus qvidem sopire
explicari potest, qvi factum sit, ut Augustinianæ sententiæ, licet
quum accuratius expositæ meditationi subjicerentur, multis non ferenda
Augustianismi recogniti non solum male audiebat, sed crudelissimis poenis
rum invidiæ et odio solum debebatur. —

abimus,

d) in *Italia* et Germania.

Præter ea, qvæ supra (p. 79) universe monui-
imprimis tenenda sunt. Mauri s. Saraceni,
844 (l. c. p. 201) et a. 845 (l. c. p.
ventanis conflixissent, a. 846 "mense
Romam aggressi, [quum non possent
ann. Metens. l. c. p. 302)] basi-
devastantes, abbatis cum ipso
ri *superpositum fuerat*, om-
sauris, qvendam montem
tissimum occupabant[22].
um) Lotharii minus
nt (ɔ: deleverunt).
Pauli adiens, a
cta est" (ann.
ntum inva-
bantur"
em ad-
e ad
850

s i æ s a c r æ

3. de prædestinatione.

Dogma Augustini, a. 529 contra Semipelagianismum sancitum, nullos post id tempus nactum erat defensores
chus et presbyter, Augustinum pressius secutus, "geminam prædestinationem docebat electorum ad reqviem, reproborum
incommutabilis ante mundi constitutionem omnes electos suos incommutabiliter per gratuitam gratiam suam prædestinavit
liter omnes reprobos....... idem ipse incommutabilis Deus per justum judicium suum incommutabiliter prædestinavit
sam"[7]. Qvod quum in itinere Romam suscepto passim docuisset, Rabanus Maurus[8] contra eum scripsit, et
Moguntina a. 848, cui ipse præerat, erroris convincere studuit, tanqvam si docuisset, "Deum ab initio homines
tamen Godoschalcus nunqvam affirmaverat[10]. Qvibus factis, eum ad "proprium episcopum" Hincmarum Rhemensem,
mento promisisset, "se in regnum Ludovici haud rediturum esse", mittendum curavit[11]. Hincmarus igitur in palatio
(Chiersy) synodum habuit, in qva Godaschalcus, quum profitere negavisset: "Deum et bona præscire et mala; sed mala
vero et præscire et prædestinare"[12] docuisset, presbyteri gradu privatus, et "pro sua irrevocabili contumacia" virgis cæsus et
est[13]. Neqve Hincmaro persvaderi poterat, ut in libertatem eum restitueret, aut saltem lenius atqve æqvius eum tractaret.
persvasum erat de doctrinæ suæ, qvam "catholicam fidem" vocabat, veritate, ut rogaret licere sibi "qvatuor doliis uno post
venti sigillatim repletis aqva, oleo pingvi, et pice, et ad ultimum accenso copiosissimo igne,... in singula introire et ita per
Itaqve ad mortem usqve († 868), captivus misere degebat.

Interea theologorum alii Godoschalci theoriam defendebant, alii partes Hincmari et Rabani seqvebantur.

Prudentius Trecassinus a. 849 Hincmarum Rhem. litteris datis[15] commonuit, ut caveret, ne justum Augustino honorem
tramnus a. 850 duos de gemina prædestinatione libros composuit. Servatus Lupus, Godoschalci familiaris se strenuum ejus defensorem
scriptis gerebat[16]. Tandem Remigius Lugdunensis summa vi et auctoritate Godoschalci orthodoxiam defendit, et id qvidem nomine
tum sed totius ecclesiæ, cui præerat. "Videtur nobis, Remigius scribit, qvod illa qvæ [Godoschalcus] de divina prædestinatione dixit, juxta
lam catholicæ fidei vera sint, et a veridicis patribus manifestissime confirmata, nec ab ullo penitus nostrum, qvi catholicus haberi vult,
sive contemnenda. Et ideo in hac re dolemus, non hunc miserabilem sed ecclesiasticam veritatem esse damnatam" (de tribus epistol. c. 24). — A
parte Hincmari Amalarius Metensis et Johannes Scotus dimicabant, sed armis magis lusoriis qvam vere offendentibus. Qvid enim talia verba
mari sententiæ prodessent: "omnem præscientiam Dei prædestinationem esse et omnem prædestinationem præscientiam; omnem prædestinationem
Dei omnino esse præparationem gratiæ: omnemqve gratiam donum; nihil aliud esse poenas peccatorum, nisi peccata eorum", aut his similia?
dicam, Johannem, de hac re dicentem, docuisse: "peccatum ejusqve conseqventias, in morte atqve miseria constitutas, non aliud esse, qvam integræ
vitæ beatæqve corruptiones, ita ut singula singulis opponantur: integritati qvidem peccatum, vitæ mors, beatitudini miseria. *Illa sunt, hæc penitus
non sunt*. Omnem perversæ voluntatis defectum, vel privationem, vel peccatum, finemqve ipsius mortem miseriamqve suppliciorum æternorum om-
nino nihil esse: ac per (ɔ: propter) hoc nec præsciri nec prædestinari". Qvæ si Hincmarus suo assensu comprobavisset, procul dubio heterodoxiæ
ipse accusatus fuisset. Itaqve Hincmarus sententiam suam synodi auctoritate muniendam esse existimans, in altera synodo Carisiacensi a. 853 qva-
tuor sententias sanxit ab Augustinianismo valde discrepantes, qvas Carolus Calvus "edidit et propria subscriptione roboravit". Horum capitum *pri-
mum* est: a Deo neminem prædestinatum ad poenam: unamqve esse Dei prædestinationem, qvæ aut ad donum pertinet gratiæ aut ad retributionem
justitiæ; secundum: liberum arbitrium, qvod in primo ordine (homine) perdidimus, nobis, præveniente et adjuvante Dei gratia, redditum; *tertium:*
velle Deum generaliter omnes homines salvos fieri, licet non omnes salventur; *qvartum:* Christi sangvinem pro omnibus fusum, licet non omnes
passionis mysterio redimantur" (annal. Bertinian. ad. a. 853)[17].

His vero capitulis Remigius, qvi sub imperio Lotharii Imp. degebat, in synodo Valentina I (a. 855) alia, qvæ, patrum auctoritate superstructa, ex principio ecclesiæ catholicæ vere catholica, qvanqvam non vere christiana, dici possunt, opposuit. Non tamen hujus loci est hæc capitula tota exscribere. Sufficiat nobis hæc verba afferre: "fidenter fatemur prædestinationem electorum ad vitam et prædestinationem impiorum ad mortem" (c. 3), ut asserere possimus, patres hujus synodi Godoschalci dogma comprobavisse. Iidem vero Hincmari auctoritatem haud minus spreverunt. "Porro, inqviunt (c. 4), capitula qvatuor, qvæ a concilio fratrum nostrorum minus prospecte suscepta sunt, propter inutilitatem vel etiam noxietatem et errorem contrarium veritati....... a pio auditu fidelium penitus explodimus, et ut talia et similia caveantur per omnia, auctoritate Spiritus sancti interdicimus"; et Johannis Scoti librum his iisdem verbis damnantes, aperte dicunt, in hoc "commentum diaboli potius, qvam argumentum aliqvod fidei deprehendi" (c. 4). Vix tamen tanta audacia usi fuissent, nisi hoc tempore Carolus Calvus, cui Ludovicus frater bellum inferre parabat, summa ipse lenitate uti deberet, ne Lotharium, in cujus regno istud concilium habebatur, sibi infestum redderet. Hinc deniqve Lotharium rogarunt, ut hæc ipsa capitula Carolo, fratri suo, traderet, qvo cum episcopis regni ejus communicarentur. Sed brevi post Lotharius imperio se abdicavit, et in monasterium qvoddam secessit. Quum autem a. 859 Carolus C. foedus cum Carolo et Lothario, nepotibus suis, iniisset[18], Remigius qvidem in concilio Tullensi Hincmaro tradidit capitula conc. Valentini, sed ita mutata, ut verba ista capituli qvarti, qvæ sententias Hincmari, in Carisiaca synodo sancitas, damnaverant, omissa essent. Qvibus factis, Hincmarus contra ea librum qvendam composuit, qvi hodie non exstat. Neqve hæc controversia sæpius sub examen vocata est.

Neqve de statu sacri ordinis neqve de hierarchiæ Romanæ ratione justa ferri potest sententia, nisi civiles qvæ esset civilis regnorum

a) ratione fratrum principum,

Non operæ pretium est bellorum inter tres filios Ludovici P. a. 840—43 gestorum, historiam copiosius, qvam factum est (p. 79) enarrare. Foedere illo (ibid.) a. 843 inito, tres principes prope Theodonis villam (ɔ: Diedenhofen) convenientes, communi consilio leges ferebant [1], "fraternitatis et caritatis jura in posterum non violanda confirmabant" (annal. Bertiniani ad a. 844, ap. Du Chesne histor. Francor. script. Tom. III, p. 201), et comitibus et ducibus, qvi novas res in Carolum Calvum moliebantur, indicabant, se, nisi in ejus gratiam redirent, "viriliter conglobatos", bello eos persecuturos esse (ibid.). Pari consensu legatos ad Ericum, Danorum regem, a. 847 mittebant, qvi bellum ei, nisi a vexatione christiani populi desisteret, indicerent [2]. Sed quum Gislebertus, miles qvidam Caroli, filiam Lotharii raptam in matrimonium duxisset, et cum ea in Aqvitaniam profectus fuisset, Carolus in suspicionem Lotharii incidit, ac si illius facti conscius fuisset. Neqve potuit Ludovicus, qvi per totum annum 847 summa Lotharii familiaritate utebatur, huic persvadere, Carolum culpæ expertem esse (annal. Metens. ad a. 847 et 848 l. c. p. 302—303). Tandem a. 849 "Lotharius et Carolus, sanioribus usi consiliis, in pacem germanamqve concordiam ridibant" (annal. Bertinian. l. c. p. 203), eodemqve anno Ludovicus et Carolus summo se studio et amore amplectebantur [3], sed Lothario invisi fuisse videntur. Neqve enim ei in opprimendo Rericum, qvi ab illo defecerat, opem ferebant, qvod tamen, Rerico Frisiam et alios regnis ipsorum vicinos tractus vastante [4], nulla ratione, ut propriæ saluti consulerent, omittere debebant. Ipse qvoqve Carolus timuisse videtur, ne Lotharius hoc vindicaret. Quum enim brevi post ipse a Normannorum duce Godofrido premeretur, et Lotharius copias pararet, qvibus ipsi subveniret, "Carolus *clam* Godofridum cum suis in societatem regni suscepit" (ann. Metens. ad a. 850); qvo facto "Lotharius ad propria reversus est" (ibid.). Hæc tamen mutua simultas a. 851 composita est. Jam enim tres fratres "apud Marsnam palatium" convenientes, "procerum suorum consilio decernunt: ut omnium præteritorum malorum et contrarietatum et supplantationum ac malorum machinationum seu nocimentorum *in invicem actorum* abolitio ita inter nos fiat, et a nostris cordibus penitus avellatur cum omni malitia et rancore [5], ut nec in memoriam ad retributionem mali vel contrarietatis vel improperii [7] de cetero exinde qviddam fiat" (ann. Bertin. l. c. p. 204). Hinc Carolus et Lotharius Godofridum, a. 852 iterum a Lothario deficientem, junctis armis superarunt (ibid. p. 206), et Lotharius seqventi anno "Caroli filiam a sacro fonte suscepit" (ibid.). — Sed ex hoc tempore Ludovicus, ab Aqvitanis ad regnum capessendum invitatus, bellum Carolo fratri parabat. Hic igitur, "super fratris sui Ludovici fide suspectus, ad Lotharium in vico Leutico a. 854 venit", ibiqve foedus cum eo pepigit (ibid. p. 207) [8], ex qvo Lotharius Ludovicum fratrem ad pacem servandam graviter, sed frustra, admonebat. — Quum autem Lotharius ob infirmitatem corporis regnum suum inter tres filios a. 855 divisisset, Carolus et Ludovicus reconciliabantur, haud dubie ut nepotibus suis injuriam inferrent [9]. Sed, composita a. 856 dissensione filiorum Lotharii [10], quum Ludovicus, rex Germaniæ, iterum ab Aqvitanis arcessitus, bellum Carolo fratri pararet, hic cum Lothario, nepote, ille cum Ludovico, nepote, foedus a. 857 fecit (ibid. p. 209) [11]. Qvibus factis, Ludovicus bellum Carolo intulit; in qvo quum secunda fortuna uteretur, Lotharius rex ad ejus partes transiit [12]. Tandem vero a. 860 pax facta est.

b) ratione seditionum in regno Caroli Calvi

Per omne hoc ævum crebræ seditiones in Carolum C. movebantur. *Nomenogius*, dux Britanniæ (Bretagne), a. 843 ab eo deficiens, omnem terram vicinam crudelissime vastabat, neqve ullo pacto adduci poterat, ut Carolo se submitteret, sed usqve ad mortem (a. 851) rapinis et incendiis regnum ejus, maxime a. 849 [13], depopulabatur (annal. Bertin. l. c. p. 200, 201, 204). Et postea Carolus *Herispogio* filio illius, Britanniam cum titulo regis necessitate coactus tradidit [14], cui a. 857 Salomon qvidam successit [15]. *Landbertus* et *Guarnarius* fratres, qvi Britonum auxilio utebantur, populum Caroli ab a. 843 haud minus affligebant. Horum tamen "alter dolo, alter judicio (a. 852) interfectus est" (ibid. p. 206). *Bernardus*, comes marcæ Hispanicæ, a. 844 novas res moliebatur, sed "jussu Caroli capitalem sententiam eodem anno subiit" (ibid. p. 200). *Guilhelmus*, filius Bernardi, a. 848 Barcinonam "dolo magis qvam vi cepit" (l. c. p. 203), et a. 852 "in marca Hispanica Aledramnum et Isembardum, comites, dolo cepit", sed ipse, captus interfectusqve est (l. c. p. 204). *Tolosa* urbs a. 844 rebellabat (l. c. p. 200). *Pipinus* [16], filius Pipini, regis Aqvitaniæ († 838), qvi olim cum Lothario fecerat, Aqvitaniæ regnum occupare studebat [17], et strenuum studiorum suorum patronum Carolum fratrem habebat. Hic qvidem a. 849 comprehensus, in conventu Carnutensi tonsuram subiit (l. c. p. 204), ille anno 852 captus, eandem jussu Caroli avunculi ipse suscepit, sed a. 853 ex monasterio S. Medardi, in qvod ut custodiretur detrusus erat, aufugit, eodemqve anno "Aqvitani pæne omnes a Carolo recesserunt, atqve ad Ludovicum, regem Germaniæ, legatos suæ deditionis cum obsidibus miserunt" (l. c. p. 207), et a. 854 Ludovicum, filium ejusdem Ludovici, regem susceperunt (ibid.) Hunc qvidem Carolus fugavit; sed "maxima pars populi Aqvitaniæ" ad Pipinum illum, e monasterio elapsum, "convolabat; Carolus autem, frater Pipini, hoc tempore "a Corbejensi monasterio recessit" (ibid.) et ad Ludovicum Germanicum confugit, a qvo archiepiscopus Moguntinus a. 856 factus est [18]. Interea tamen Aqvitani, ni fallor, metu Normannorum compulsi, Carolum, filium Caroli Calvi [19], regem sibi expetebant, eundemqve a. 855 unctum coronabant (l. c. p. 208); sed vix annus præteriit, quum "eum spernentes", Pipinum illum regem suum renuntiabant. Simul "comites pæne omnes ex regno Caroli cum Aqvitanis adversus eum conjurabant, invitantes Ludovicum, regem Germanorum, ad suum consilium perficiendum" (ibid.) [20]. Qvod quum hic nondum suscipere posset, Aqvitani qvidem ad breve tempus Carolum illum, brevi ante expulsum, iterum regem salutabant, sed ab eodem deficientes, Pipini partes a. 857 seqvebantur. A. 858 quum Ludovicus Carolum C., fratrem, bello perseqveretur, magna pars procerum atqve adeo episcoporum ab hoc perfide deficiebant.

regnorum conditio accuratius perspecta fuerit. Itaqve nos paucis indicabimus,

Francici imperii conditio

c) ratione impetuum Normannorum

Accedebant impetus Danorum, Normannorumqve atrocissimi et freqventissimi. A. 843 "piratæ Normannorum urbem Namnetum aggressi" post magnam cædem "inferioris Aqvitaniæ partes depopulabantur", et "insulam qvandam ingressi, convectis a continenti domibus, hiemabant" (ann. Bertin. l. c. p. 200)[21]. A. 844 "per Garondam Tolosam usqve proficiscentes, prædas passim impuneqve perficiunt" (l. c. p. 201); et altera pars eorum "Britannia insula, qvam Anglo-Saxones incolebant, triduo pugnantes victores effecti, prædas, rapinas neces passim facientes, pro lubitu potiebantur" (ibid.). A. 845 "eorum naves centum viginti mense Martio per Seqvanam hinc et abinde cuncta vastantes, Loticiam Parisiorum, nullo penitus obsistente pervadebant, qvibus Carolus........ qvibusdam pactionibus et munere septem millium librarum eis exhibito .... redire persvasit", hi autem "maria repetentes, cuncta maris loca finitima diripiebant, vastabant et incendiis concremabant" (l. c. p. 202), ne repetam direptionem Hamburgi et Nordalbingiæ per Ericum, Danum, hoc anno factam, qvam supra (p. 80) commemoravimus. A. 846 "piratæ Danorum Frisiam adeuntes, recepto pro libitu censu, pugnando qvoqve victores effecti, tota pæne provincia potiebantur" (ibid.). A. 847 Britanniam (Bretagne) invadebant, et triplici victoria reportata, non ante abibant, qvam largis muneribus a Nomenogio præditi erant (ibid p. 203). A. 848 Carolus C. "novem naves Danorum cepit" (fragm. chron. Fontanell.); hi vero brevi post urbem "Burdegalam Judæis prodentibus captam depopulaptamqve incendebant" (ann. Bertin. l. c. p. 203). A. 849 Normanni "Pettocorium Aqvitaniæ civitatem populantes incendebant, atqve impune ad naves remeabant" (l. c. p. 204). A. 850 Rericus, nepos Herioldi, qvi "vicum Dorestadium jure beneficii tenuerat ab imperatore Ludovico" (ann. Metens. l. c. p. 303), sed a Lothario ob pruditionis suspicionem in custodiam conjectus erat (ibid.), "elapsus, assumtis Normannorum exercitibus cum multitudine navium Frisiam et Batavum insulam, aliaqve vicina loca ["regni Lotharii (ann. Mentens)]. per Rhenum et Vahalem devastabat" (annal. Bertin. l. c.). "Qvem Lotharius quum comprimere neqviret, in fidem recepit, eiqve Dorestadum et alios comitatus largitus est" (ibid.) "ea conditione, ut tributis ceterisqve negotiis, ad regis ærarium pertinentibus, fideliter inserviret et piraticis Danorum obviando resisteret" (annal. Metens. l. c. p. 303). A. 851 "classis Normannorum fluvium Seqvanam ingressa est, duce Hoseri, qvi .... per undecim annos multos regiones latrocinando occuparat...... Fuerunt autem in Seqvana .... dies ducentos octoginta septem. Sicqve onustis navibus ad Burdegalim reversi sunt" (fragm. chron. Fontanell. l. c. p. 389). A. 852 "classis Cydroc et Godefridi, Ducum Danorum, Seqvanam ingrediebatur, et usqve Augustudunas accedebat" (ibid.), Frisiam prius aggressa (ann. Bert. l. c. p. 206). A. 853 "Dani mense Julio, relicta Seqvana, Ligerim adeuntes, Nannetim urbem et monasterium S. Florentii ac vicina loca populabantur" (ibid.), et a. 854 "Blisium castrum incendebant" l. c. p. 207), sed binis episcopis "navigia et bellatores adversus eos præparantibus,.... inferiora Ligeris repetebant" (ibid.). A. 855 "Normanni Burdegalam invadebant" (l. c. p. 208), et binæ classes ipsorum, ducibus Sydroco et Bernone, "fluvium Seqvanam occupabant", sed magna strage a Carolo C. afficiebantur[22]. A. 856 "piratæ Danorum XIV Kalend. Maii civitatem Aurelianis prædabantur, et impune revertebantur" (ibid.), et "alii piratæ eorum iterum Seqvanam ingrediebantur, et, vastatis direptisqve ex utraqve fluminis parte civitatibus, etiam procul positis monasteriis atqve villis, locum, ... Seqvanæ contiguum stationiqve munitissimum, deligebant, ubi hiemem qviete transigebant" (ibid.). A. 857 "piratæ Danorum Loticiam Parisiorum invadebant atqve incendio tradebant. Hi vero, qvid apud inferiora Ligeris morabantur, Turones et omnia circumqvaqve loca usqve ad Blisium castrum deprædabantur" (l. c. p. 209). Sub finem ejusdem anni "Dani Seqvanæ insistentes, cuncta libere vastabant, Lutetiamqve Parisiorum adgressi, basilicam b. Petri et sanctæ Genovefæ incendebant, et ceteras omnes præter domum S. Stephani et ecclesiam S. Vincentii atqve Germani ..... et S. Dionysii; pro qvibus tantummodo, ne incenderentur, multa solidorum summa soluta est. Alii Danorum emporium, qvod Dorstatum dicitur, vi capiebant, totamqve Batavorum insulam et cetera loca contermina diripiebant" (ibid.). A. 858 "Berno dux partis piratarum, Seqvanæ insistentium, ... Carolo fidelitatem jurabat. Pars altera piratarum Ludovicum, abbatem monasterii S. Dionysii, cum fratre ipsius Guazleno capiebant, ejusqve redemptionis suæ gravissimam multam imponebant" (l. c. p. 210).

d) in Italia et Germania.

1. Præter ea, qvæ supra (p. 79) universe monuimus, hæc imprimis tenenda sunt. Mauri s. Saraceni, postqvam a. 844 (l. c. p. 201) et a. 845 (l. c. p. 202) cum Beneventanis conflixissent, a. 846 "mense Augusto Tiberi Romam aggressi, [quum non possent urbem irrumpere (ann. Metens. l. c. p. 302)] basilicam b. Petri .... devastantes, abbatis cum ipso altari, qvod tumbæ Petri superpositum fuerat, omnibus ornamentis atqve thesauris, qvendam montem centum ab urbe millibus munitissimum occupabant[23]. Qvos qvidam dudum (lego: ducum) Lotharii minus religiose adorsi, atqve deleti sunt (ɔ: deleverunt). Pars autem hostium ecclesiam b. Pauli adiens, a Campaniensibus oppressa, prorsus interfecta est" (ann. Bert. l. c. p. 202). Anno 847 "Beneventum invadebant, et usqve ad Romana confinia populabantur" l. c. p. 203). A. 849 "Lunam, Italiæ civitatem adprædantes, nullo obsistente maritima omnia usqve ad Provinciam devastabant" (l. c. p. 204), et a. 850 "usqve ad Arelatum, nullo obsistente, cuncta devastabant; sed quum redirent, vento contrario rejecti et interfecti sunt" (ibid.). A. 852 "Mauri Barcinoniam Judæis prodentibus capiebant, interfectisqve pene omnibus Christianis et urbe vastata, impune redibant" (l. c. p. 206). A. 853 "Romani, artati Saracenorum Maurorumqve incursionibus, ob sui defensionem omnino neglectam apud Imp. Lotharium conqverebantur" (l. c. p. 207). A. 856 "Saraceni de Benevento Neapolim fraude adeuntes, diripiebant et funditus evertebant" (l. c. p. 209).

2. Ludovico, regi Germaniæ, cum populis Sclavorum sæpe bella gerenda erant. A. 844 "omnes pæne illarum partium regulos sibi aut vi aut gratia subegit" (l. c. p. 201), eosdemqve, in regnum ipsius hostiliter irruentes, a. 847 et 848 superavit (l. c. p. 204); sed a. 849, ipso ægrotante, exercitus Germanorum a Sclavis magna strage accepta fusus fugatusqve est (l. c. p. 204). A. 853 "Bulgari sociatis sibi Sclavis" Ludovicum aggrediebantur, sed superati discedebant (l. c. p. 207); sed a. 856 Ludovicus in expeditione contra Sclavos "magnam exercitus sui partem amisit; qvo impediebatur, ne fratri Carolo ante a. 857 bellum inferret. —

Præmissa hac rationum civilium, qvæ pacem in Francico imperio turbabant, copiosiori descriptione, nobis accedendum est ad ipsas ecclesiasticas rationes enarrandas. In qvibus quum aliud principum consilium seqveretur, aliud rerum eventa efficerent, necessarium duximus sigillatim de hoc utroqve dicere. Itaqve primum qværendum est

I. qvæ ratio rerum ecclesiasticarum communi principum et præsulum ecclesiæ consilio constituta sit.

1. Primum ipsi *principes* [1], præcipue tamen Carolus Calvus [2], ingenue fatebantur, multas se ecclesiæ injurias intulisse, et injuriis hanc affici passos fuisse; qvæ ut in posterum tempus prohiberentur, se pie operam daturos esse spondebant. Deinde *præsules ecclesiæ* libere confitebantur: "per hanc civilem discordiam multa interdum in nobis ipsis ac aliis, nobis commissis neglexinus [3] ...., ita ut [in] omnibus ordinibus religio magnum detrimentum ceperit, et alii qvidem per ignorantiam in interitum tendant, alii vero longa licentia assuefacti impune se peccare posse confidant" (conc. Verneus. a. 844, c. 2), et summo jure qverebantur, "*laicos* qvædam loca venerabilia ex integro possidere, et qvorumdam prædia, multipliciter divisa, in hæreditatem sibi dari fecisse" (ibid. c. 12).

2. Itaqve *Carolus C.* voluit, ut singuli in civitate ordines non tam suum ipsorum commodum qvam communem salutem seqverentur [4], graviter improbans, si "modo regalis sublimitas, modo episcopalis auctoritas, modo fidelium (ɔ: laicorum) commoditas loqvi (ɔ: leges rogare) vellet" (Præfat. ad conv. in villa Colonia); et his convenienter in *communi trium principum conventu* apud Marsnam (a. 847) populo annutiatum est: "similiter et de episcopatibus et monasteriis, ubicunqve in nostro *communi regno* aliter est modo qvam debeat, *volumus* unacum Dei adjutorio *illud emendare*, ut ecclesia Dei suum honorem debitum habere possit, et populus suam legem et justitiam habeat" (Baluz. Capitul. Tom. II, p. 44), et biennio ante hi tres principes "adprobaverunt" synodi ap. Theodonis vill. canonem 2: "bene nostis, ab illo, qvi solus merito et Rex et Sacerdos fieri potuit, ita ecclesiam dispositam esse, ut *pontificiali auctoritate* et *regali potestate* gubernetur" (ibid. p. 9) [5].

3. Itaqve ut ex hac lege misera ecclesiæ conditio "emendaretur", *regi suprema in rebus ecclesiasticis potestas vindicata est.* Sic ipse Carolus asserit: "sanctæ ecclesiæ sub *ditione* et *tuitione* regiminis nostri consistunt" .... "sacerdotibus vero ac servis Dei regalis potestas et inlustrium virorum strenuitas seu reipublicæ administratores, ut suum ministerium competenter exseqvi valeant, in omnibus rationabiliter et juste *concurrant*" [6]; atqve episcopi sæpius affirmabant, "ecclesiam principibus Dominis *ad gubernandum* commissam fuisse" [7], hosqve "*secundum ministerium ipsorum*" oportere, "ut contra deprædatores ecclesiarum et rerum ad eas pertinentium *defensionem* exhiberent" [8]. Rex igitur synodos cogi jubebat [9], mandans, qvibus de rebus deliberatio fieret [10], his ipse intererat [11], et qvæ decreta essent, aut approbabat et confirmabat [12], aut ex suo suorumqve arbitrio mutabat [13]. Porro electionem episcoporum confirmare [14], et ipse eos constituere passim debuit [15], neqve non delinqventes homines, v. c. "raptores, qvoniam ecclesiasticam excommunicationem parvipendere" solebant, "sæcularium legum austeritate terrere" [16]. Omnino regis esse volebant per Missos suos in vitam et mores omnium ordinum ecclesiasticorum inqvirere [17]. Principes vero spondebant, ut tum immunitatem ordinum tum privilegia singulis ecclesiis concessa intacta servarent [18].

4. *Neqve tamen soli principum arbitrio ecclesia gubernanda relinqvebatur;* sed, ut jam attulimus (nr. 2), "*pontificiali auctoritati*" suas in ecclesia gubernanda partes concessas tam principes qvam episcopi volebant. Ante omnia igitur metropolitis antiqva jura, qvæ sub Ludovico P. haud ita plene exercuerant, restituenda esse censebant [19], ita ut "eis a comprovincialibus episcopis juxta regulas ecclesiasticas reverentia exhiberetur" [20], "principes autem juxta decreta canonum per singulas provincias saltem bis aut semel in anno a metropolitanis et dioecesanis episcopis synodice conveniri concederent" [21], et "si qvilibet episcopus, ad synodum vocatus, ... venire distulisset, ..., cessaret ab officio" [22]. Deinde episcopis restitutum volebant canonicam de sacro ordine et populo christiano disciplinam [23], sed ita tamen, ut "nulli anathema imponerent sine consensu archiepiscopi aut coepiscoporum, prælata etiam canonica admonitione" [24], ut non solum peccatores, (ut "raptores virginum, viduarum [25] et sponsarum alienarum" [26], aut "qvi vivente marito conjugem illius adulterasse accusabantur" [27]), sed etiam eos, "qvi monasteria atqve sacrata loca vel ecclesias infringebant, et deposita vel alia qvælibet exinde abstrahebant, et sacerdotes ac viros ecclesiasticos non solum dehonorabant, verum et diverso atqve adverso modo affligebant, velut sacrilegos canonicæ sententiæ subigerent" [28].

5. Pro hac restituta sibi auctoritate *præsules ecclesiarum spondebant*", se a) et intercessionis adjutorium et solatii (ɔ: cujusvis auxilii), qvo respublica indiget, subsidium juxta qvantitatem rerum ecclesiæ, sibi commissæ,...... prompte et ex animo paraturos et impigre...... oblaturos esse" [29]: b) in bellis "homines suos, reipublicæ profuturos, cuilibet fidelium regis, qvem sibi utilem judicaverint, commissuros esse" [30]: c) si qvis qvemcunqve aliqvid contra regem moliri cognovisset, "aperte hoc prodituros esse" [31], et "si qvis contra regiam dignitatem dolose ac callide, ac perniciose satagere comprobaretur, nisi dignissime satisfecisset, [eum] anathematizare" [32]: d) "neqvaqvam deniqve sub occasione, qvasi auctoritatem haberent canonum, constitutis excellentiæ regalis resultare aut [ea] negligere" [33].

6. Quum autem non possent qvin faterentur, ecclesiam "*principum* discordia", tam tempore Ludovici P. qvam per triennium 840—43. "discissam, perturbatam et afflictam fuisse [34], ut per ipsos episcopos multæ presbyterorum ordini injuriæ illatæ essent [35], et a laicis hominibus longe plurimis "ecclesiastica judicia contemta [36], bona aut ablata [37] aut dono regio accepta [38] aut sine nona et decima soluta retenta [39], hospitalia ad nihilum redacta" [40], et monasteria "in allodium" recepta [41], "qvapropter omnis exinde religio funditus eversa erat" [42]; necessarium qvidem ducebant, hæc singula mutatum iri, perspiciebant tamen, qvædam esse, qvæ neqve "regia potestas neqve sacerdotalis consilii auctoritas "ad præsens valeret ex asse corrigere" [43]. Itaqve nonnulla æqvius perferenda esse censebant, v. c. "monasteria canonicorum et sanctimonialium propter imminentem reipublicæ necessitatem laicis interim committi" [44]; neqve ipsi præsules ecclesiæ aut suam negligentiam propediem "emendari" [45] aut injurias a se commissas justissime puniri volebant [46].

Qvæ modo attulimus, satis aperte indicant, qvam non essent præsules ecclesiæ parati ad justam ecclesiasticorum abusuum reformationem suscipiendam. Itaqve vix mirum videbitur, rationes ecclesiasticas ab iis, qvæ ut fierent sancitum erat, diversissimas fuisse, qvinimmo in pejus ruisse, quum præsertim in tanta principum dissensione, impetuum barbarorum ferocitate et novarum rerum multitudine (vid. p. 79, 84, 85) vel optimis principum studiis otii fere nihil relinqveretur.

II. Qvis esset status sacri ordinis.

1. Singuli qvidem *principes* ecclesiæ præsulibus ecclesiasticam disciplinam vindicabant[1], et regia sua potestate iis, hanc exercentibus, tam per Missos, in delicta hominum inqvisituros[2], qvam per comites ceterosqve reipublicæ ministros, civilibus immorigeros poenis punituros[3], opem ferebant. Passim qvoqve decernebant, opes ecclesiarum intactas fore[4], et ipsi qvidem, maxime vero Carolus Calvus[5], sæpius spondebant, se injuste ablatas opes reddituros esse[6]. Sed plura tamen committebant, qvæ saluti ecclesiæ oberant. *Primum* in bellis suis terras depopulantes, ne sacris qvidem ædibus parcebant[7]. *Deinde* injusta tributa exigebant[8]. *Tum* laicis hominibus, qvorum fide in bellis egerent, monasteria conferebant[9]. *Postremo* abbates et episcopos pro arbitrio suo constituebant[10].

2. Hinc *laici homines* majori licentia in ordines ecclesiasticos et opes ædium sacrarum sæviebant. Presbyteros passim "flagellabant aut sine episcoporum consensu ejiciebant"[11]; sæpissime qvoqve profugos presbyteros "absqve licentia episcoporum recipiebant, et qvosdam, de qvibus dubium erat, an consecrati essent, in parochiis episcoporum absqve horum examinatione Missas celebrare faciebant"[12]. Neqve raro presbyteris "ecclesias dabant sine licentia et consensu episcopi"[13], eosdemqve "conductores, vel procuratores, sive exactores fiscalium rerum, vel redituum aut vectigalium constituebant"[14]. Poenitentiam delictorum sustinere recusabant[15], et ipsos qvidem presbyteros in hac re faciliores, qvam æqvum erat, habebant[16]. Decimas autem, qvæ ex canonum decretis "juxta episcopi dispositionem distribui deberent, non ad ecclesias episcoporum persolvebant", sed "vel propriis basilicis[17] vel suis clericis pro suo libitu tribuebant"[18]; "ex rebus ecclesiasticis nonas et decimas persolvere negligebant"[19], et "de manso censum exigebant"[20]. Tantum vero aberat, ut aut sacro ordini honorem aliqvem præstarent, aut opes ecclesiarum tuerentur, ut in civilibus bellis non minori qvam Normanni furore ædes sacras diriperent[21], et nullo pacto sinerent, ut Carolus Calvus sacro ordini pristina jura concederet, aut ipsorum rapinas et delicta jure canonico cohiberet[22]; qva re Carolus injurias, qvas non vellet, sacro ordini inferre passim cogebatur[23]. Itaqve patres conc. Suession. I a. 851 jure suo conqveri poterant, "ecclesiasticâ disciplinâ in Aqvitania solutâ, eandem regionem a suis indigenis valde vastatam esse, et multos illic impune illicita perpetravisse"[24]. Infelicior etiam Britanniæ (Bretagne) sors erat a. 841—51 sub tyranno Neomenogio[25].

3. Qvemadmodum vero proceres regnorum in hoc ævo "turbulentissimo"[26] regibus non tam parebant, qvam, qvid ipsis largirentur, imperabant, ita *præsules ecclesiastici* majores ducere spiritus coeperunt, et ipsis qvidem regibus, qvid agerent, qvidve omitterent, monendo, svadendo, comminando utiqve præcipere. Repetenda est hæc episcoporum audacia ex consilio qvodam ipsorum principum parum provido. Quum enim Carolus C. et Ludovicus, rex Germaniæ, in bello contra Lotharium fratrem varia fortuna diu usi fuissent, prudentissime se facturos esse putabant, si, qvemadmodum hic olim episcoporum auctoritate Ludovicum patrem imperio privasset, ita nunc per episcopos "veluti numine divino"[27] eum imperio indignum pronuntiarent, qvod igitur "illis (ↄ: epp.), qvoniam merito ratum videbatur, commissum est". Itaqve episcopi, postqvam singula, qvæ Lotharius male egerat, recensuissent, "ex his causis non immerito, sed *justo Dei omnipotentis judicio* primum a proelio et secundo a proprio regno fugam illum iniisse ajebant". Qvam ob causam "omnibus unanimiter visum est, atqve consentiebant, qvod ob suam (ↄ: ejus ipsius) neqvitiam vindicta Dei illum ejecerit, Regnumqve fratribus suis melioribus se juste ad regendum tradiderit"[28] sed, hac usi opportunitate, *arrogarunt sibi auctoritatem novos reges sub certis legibus constituendi*[29]. Qvod qvidem Carolus et Ludovicus, quum ipsis proficeret, æqvissime ferebant.

Accedebat, qvod in foedere trium principum a. 843 pangendo gravissimæ partes episcopis commissæ sunt[30]; ac postea principes ab his reges ungvebantur[31], eorumqve semper consiliis, si qvid in civilibus adeo rebus decernere vellent, utebantur[32], Missos suos e numero eorum sumebant[33], et foedera inter se per eos pangebant[34].

Præterea Ludovicus, rex Germaniæ, quum a. 857 Carolo fratri bellum intulisset, auctoritate Wenilonis, archiep. Senonensis, qvi perfide a Carolo rege suo deficiebat, concilium in Attiniaco palatio coegit, in qvo episcopi Carolum regno expellendum esse sanciebant, omnes ejus subditos fidei sacramento, qvod ei dixerant, liberantes[35]. Neqve Carolus C. ausus est rebellem Wenilonem proprio marte damnare, sed qvatuor archiepiscoporum concilio commisit, ut constituerent, qvid de eo ex lege canonica censendum esset[36].

Qvid mirum igitur, patres concilii Vernensis (a. 844) anathematis poenam Carolo, nisi consiliis ipsorum obseqveretur, indixisse[37]? aut synodum ap. Vermeriam (a. 853) sanxisse, ut monasterium qvoddam, a Carolo "in suam ditionem redactum et assumptum qvinetiam usurpatum", nunqvam "a majori monasterio S. Dionysii qvocunqve ingenio divellendum, nec beneficiario neqve precario jure distrahendum esset"[38]? Qvibus convenienter episcopi a. 856 apud Bonoilum Carolum gravissimis verbis admonuerunt, ut capitula ante edita "diligenter et freqventer ad memoriam reduceret ac relegeret"[39]: patres synodi Regia-Ticin. Lothario et Ludovico, imperatoribus, injuste factorum accusabant, suum esse affirmantes, talia illis "suggerere"[40] (ↄ: admonere): episcopi, qvi partes Caroli seqvebantur, in epistola ad Ludovicum, sese "locum Samuelis in ecclesia tenere" (cap. 15) dicentes, haud obscure contenderunt, penes se potestatem esse reges regno divina auctoritate amovendi; simul autem affirmaverunt, regibus præter defensionem aliud nihil in ecclesia potestatis esse[41], solum Christum ecclesiam gubernare[42], et per hunc "pro apostolis creatos esse episcopos, qvi "*regem regerent et docerent*"[43]. Quum autem Carolus C. cum Lothario et Carolo, nepotibus, synodum Tullensem, cui duodecim provinciarum episcopi intererant, celebraret, sancitum est: "*episcopi secundum illorum ministerium ac sacram auctoritatem* uncti sint, et mutuo consilio atqve auxilio *Reges* regnorumqve primores atqve populum sibi commissum *regant et corrigant*", neqve non, synodos provinciales ex arbitrio episcoporum cogendas esse[44]. Qvid multa? Eo jam ventum erat, ut episcopi regibus tanqvam famulis uti vellent, et supremam in eos et proceres regni potestatem exercere.

Præsules ecclesiæ, hac tanta potestate comparata, inferiorum ordinum clericos summa tyrannide opprimebant. His igitur tolerabilior vitæ et muneris conditio non exspectanda erat, qvoad regiminis ecclesiæ forma, qvæ jam instituta erat *ecclesiastico-aristocratica*, eademqve regia potestate munita, pleno jure floreret. Ita-

III. qvi essent mores ordinum ecclesiasticorum.

1. Supra (p. 87, nr. 2) narratum est, *presbyteros*, procerum gavisos præsidio, se episcoporum ditioni subducere solitos fuisse; qvod igitur leviter commemoravisse satis habeo. Hinc autem "absolute ordinari cupiebant [1], liberius vagabantur [2], cum mulieribus consvescebant [3], "armati incedebant" [4] "sæculari et inhonestæ negotiationi implicabantur" [5] et "usuris" inserviebant [6].

2. Sed habent tamen *presbyteri*, qvo se qvodam modo excusare possint; nam *summis a suis episcopis injuriis fere ubivis locorum afficiebantur*, et horum mores imitati, haud facile honeste agere possent. Jam anno 844 presbyteri coram Carolo C. conqverebantur de immodicis tributis, qvæ episcopi de ipsis exigere solebant; unde Carolus in capitulari ap. Tolosam civitatem (a. 844) edixit, ut episcopi modo "unum modium frumenti, hordei et vini" (cap. 2), — et semel qvidem qvotannis, quum visitandi causa dioecesin suam peragrarent (cap. 5), neqve unqvam "si circumitionem qvacunqve de causa dimisissent" (cap. 6) —, "dispensam" exigerent; in visitando autem "non sub occasione affligendi presbyteros immoderate et non necessarie numerum famulorum adducerent, neqve vicinos ad pastum incongrue convocarent" (cap. 6). Nihilo tamen secius post hoc edictum presbyteri "importunitate et nimietate" [episcoporum] gravari et contristari [7] solebant, et "de servitio presbyterorum erga episcopos suos hæc erat consvetudo, ut qvoties episcopus visitationem ...... non exercebat, [tamen] ab eis pro solito servitio pecunias exigeret" [8]; ac ne illa qvidem, satis copiosa [*], "dispensa" contenti erant. — Moris qvoqve episcoporum erat, "aliqvid muneris propter sacrum chrisma per ministros suos a presbyteris exigere" [9], dono vendere munera ecclesiastica [10], presbyteros sine justa criminis causa "repellere" (ɔ: munere dejicere) [11], "res ecclesiarum subtractas aliis personis largiri", et id qvidem ita prodige, ut "ecclesiasticas utilitates neqvaqvam se implere posse dicerent" [12], monasteria destruere [13] et monachos "veredariorum [14] more in missaticis instanter transmittere" [15]. Neqve *abbates* monachos sibi subjectos magis juste tractabant [16]. Qvibus autem injuriis *canonici* passim ab episcopis afficerentur, inde colligi potest, qvod "omnes canonici basilicæ S. Martialis in conventu Lemovicensi prostraverunt se subito ad pedes Caroli [regis], postulantes dari sibi licentiam, se fieri monachos", qvod Stodilus episcopus ipsorum, "coactus" demum a Carolo, fieri "consensit" [17]. Et hæ qvidem episcoporum in canonicos injuriæ excusari nulla ratione possunt. Carolus enim pari, ac pater ejus, studio vitam canonicam prosecutus, in monasteria canonicorum se admodum liberalem præstabat [18].

3. Porro *episcopi sacris officiis suis pigre vacabant* [19], commessationibus indulgebant [20] maximam curam "canibus, accipitribus, falconibus, eqvis, mulis atqve pretiosis vestibus" impendebant [21], ac, verba facientes, "eloqvio non sale condito sed curiosis et protervis et cothurnosis vocibus tumido" [22] utebantur, domos deniqve suas non tam "habitacula religionis" qvam "diversoria impudicitiæ" [23] reddebant.

4. Qvæ quum ita se haberent, *monachi* liberius vagabantur [24], *nonnæ* autem impudicæ erant [25]. Paucis, "omnibus manifestum erat, monasteria virorum et foeminarum maxima ex parte ordinem suum amisisse" [26].

IV. Qvod factum sit periculum aristocratiam præsulum *de Pseudo-*

a) qvæ essent, et qvod consilium earum.

1. Edebantur decretales pontificum Romanorum, antea plane incognitæ, cum canonibus synodorum longe plurimis, de qvibus difficile est ad dicendum, et qvot et qvales a primo auctore ederentur; namqve qvi hisce exscribendis se dabant, vel negligentius egerunt, vel multa de suo adjecerunt aut abjecerunt ([Spittlers] Geschichte des kanonischen Rechts bis auf die Zeiten des falschen Isidorus S. 221 seqq.) [27]. Ballerinorum [28] tamen studio factum est, ut pro certo affirmare liceat, novam illam collectionem complexam fuisse: 1) sexaginta unam epistolas decretales pontificum trium priorum seculorum a Clemente I ad Melchiadem († 314), qvæ omnes fictæ sunt [29]; 2) canones conciliorum, maximam partem ex canone Isidori Hispalensis desumti: 3) epistolæ decretales pontificum Romanorum a Sylvestro I ad Deusdedit († 614), qvarum triginta qvinqve Pseudo-Isidoro debentur. —

2. Longe facilius probari potest, qvod fuerit harum decretalium auctoris consilium. Primum enim id maxime secutus est [30], *ut summam vim et auctoritatem metropolitarum infringeret.* Itaqve voluit:

a) ut synodi provinciales neqve, ut olim fieri solebat, a metropolitis, neqve, qvæ post magnam populorum transmigrationem consvetudo invaluerat, a principibus consilio metropolitarum cogerentur, sed ut, ab antistite Romano coactæ, per ejusdem legatos dirigerentur:

b) ut metropolitæ antiqvo jure suo causas episcoporum cognoscendi judicandiqve privarentur, "omnes autem causæ s. judicia episcoporum" ad tribunal ejusdem sedis deferrentur:

c) ut ne ipsa qvidem episcopos consecrandi provincia metropolitarum auctoritati, ut olim, integra relinqveretur, omnis vero episcoporum consecratio nomine et auctoritate Romani antistitis fieret.

3. Deinde Pseudo-Isidorus *omnem omnino principum in rebus ecclesiasticis potestatem et auctoritatem tollere voluit*; qvo pertinent decreta, qvæ illis interdicunt, ne in causis episcoporum, etiam si gravissima qvæqve scelera commiserint, jus dicant.

5. Sed dubitari potest, utrum Pseudo-Isidorus hanc tantam potestatem pontificibus Romanis tribuerit, ut his potissimum consuleret, an potius putaverit, hac sola ratione jugum metropolitanæ potestatis frangi posse.

qve factum est periculum hoc ipsum regimen, fracta tam regum qvam metropolitarum auctoritate, in *autocratiam pontificis Romani* commutandi.

ecclesiæ in *autocratiam* **pontificis Romani commutandi, seu**

Isidorianis decretalibus.

b) de fraude auctoris decretalium

1. *Fictas esse has decretales* et ab impostore qvodam profectas, sexcentis argumentis tam externis qvam internis probatur; qvorum nonnulla afferam. *Primum* vix potest probabilis aliqva ratio afferri, ob qvam Dionysius Exiguus, qvi Romæ degens summam dabat operam, ut, qvotqvot usqvam reperirentur canones et decretales, in unum colligeret, has ipsas silentio præterierit. Neqve facile explicatur, cur Hadrianus I Carolo M., veteres canones et decretales tanta reverentia proseqventi, illas cum canone Dionysiano (vid. p. 53) haud miserit. Omnino per octo integra secula ne levissima qvidem earum vestigia unqvam reperiuntur. *Deinde* pontifices, qvorum nomina inscribuntur decretalibus trium priorum seculorum, in sacris effatis afferendis Hieronymianam librorum sacrorum interpretationem, qvæ ad finem seculi qvarti pertinet, secuti sunt. Qvo etiam pertinet, qvod pontifices antiqviores in decretalibus suis exscripserunt multa ex libris seculo sexto, septimo, octavo et nono editis, v. c. ex Codicis Theodosiani breviario, per Anianum jubente Athalarico, rege Ostrogothorum, circa a. 507 recognito, ex actis concilii Parisiensis a. 829 et innumeris aliis. *Tum* latinus harum decretalium sermo magis corruptus est, qvam in Romanis scriptoribus expectari poterat, et idiotismis Gallo-Francorum et Longobardorum scatet. *Denique* styli et dictionis tenor in singulis his decretalibus idem est, qvod nullo modo conciliari potest cum tanto numero diversissimorum auctorum, diversissimis temporibus viventium. Sed nobis haud opus est reliqvum argumentorum agmen perseqvi, qvoniam cordatiores qviqve pontificii scriptores (— ut David Blondellus in libro suo: "Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes"[31], *Cardinalis Bona* in libro: de rebus liturg., *Stephan Baluzius* et alii —) spurias has decretales esse confessi sunt, et invictis rationibus demonstrarunt[32].

Enimvero *auctor harum decretalium*, qvisqvis is demum est, *summa prudentiâ usus est.* Ut enim iis temporibus erant rationes principum, metropolitis non tam imperantium qvam parentium, consilium suum parum satisfecisset, si judicium causarum ecclesiasticarum, metropolitis subtractum, principum potestati, qvæ nulla esset, commisisset. Igitur utramqve auctoritatem (—"pontificialem et regalem" vid. p. 86, nr. 2 —) in causis episcoporum spretam vel potius sublatam voluit (vid. IV, a, 2. 3). Eccui autem summam hanc potestatem tutius tribuere potuit, qvam Romanæ sedis, in Occidente inde ab ævo Bonifacii dignitate summa et auctoritate haud levissima prædito antistiti? Hoc ipsum ævum aut tempora huic proxime præcedentia tali fraudi aptissima erant, "ob magnam confusionem, qvæ in politiam ecclesiasticam invecta erat ex stupenda ac miserabili episcoporum reliqvorumqve clericorum inscitiâ et vetustorum canonum ignorantia" (Baluz.). Prudentissime operi suo Isidori Hispalensis nomen inscripsit, qvia hic auctor esset canonis Dionysiano copiosioris (vid. p. 11), qvi qvidem, postea multis multorum conciliorum canonibus auctus (Spittler l. c. p. 216), Isidori tamen nomen procul dubio ferret (ibid. p. 220); at decretales suas non ultra annum 614 produxit, qvoniam mors Isidori in a. 636 incidisset.

c) qvo loco et tempore editæ sunt, qvæve fata subierint.

Fuerunt, qvi originem harum decretalium ad seculum octavum retulerint, sed levibus argumentis usi. Provocarunt ad "capitula Angilrami", viri ante exitum seculi octavi viventis; sed hæc ipsa capitula ficta sunt et Hincmarum Laudunensem († 882) auctorem habere videntur (Spittler l. c. p. 236 et 271 seqq.). Neqve istam sententiam magis probat canon concilii Triburensis: "servanda est cum mansvetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa (ɔ: Romana) sancta sede imponatur jugum, feramus, et pia devotione toleremus"; namqve hic canon, qvem Iwo Carnotensis († 1115) omnium primus Carolo M. tribuit, pertinet ad concilium Triburense, a. 895 sub Arnulpho imperatore celebratum[33]. Quum autem decretalibus Urbani et Johannis III nonnulla inserta sunt, qvæ synodus Parisiensis a. 829 sanciebat, et magna pars Pseudo-Isidorianarum decretalium a. 845 a Benedicta Levita s. diacono Moguntino edebantur, *fraus illa inter a. 829 et 845 commissa est*, et qvidem in Francia Occidentali, ut Blondellus (l. c.) et Ballerini (de antiqvis collectionib. et collector. canon. c. VI, § 4) copiose demonstrarunt.

Omnium primus *Benedictus Levita* eas edidit, aut potius capitularibus regum Francorum, qvæ tribus novis libris locupletavit (ap. Baluz. l. c. tom. I, p. 801—1132) inseruit; qvod qvidem satis caute commissum est, ut major iis fides haberetur, neqve essent, qvi iis obseqvi recusarent. Non ita multo post vir qvidam, nescimus qvem, Pseudo-Isidorianas plurimas decretales sub nomine pontificum, qvibus auctoribus adscribebantur, collegit, qvas Lotharius imperator, fraudis commissæ inscius, Erchembaldo, cancellario, "inter sua capitula inserere jussit"[34]. Ac tanta qvidem erat juris canonici in ipsis præsulibus ecclesiæ ignorantia, ut Hincmarus, archiep. Rhemensis, a. 857 in epistola synodali, sub nomine Caroli Calvi scripta, effata qvædam Anacleti, Urbani et Lucii, pontificum, aliunde incognita, ex Pseudo-Isidoriana collectione, fraudem haud suspicatus, afferret[35].

Itaqve autocratia Romani antistitis harum decretalium auctoritate radices sensum agere poterat. Sed novam hanc juris ecclesiastici rationem hic liber noster haud perseqvetur.

d) qvis sit earum auctor.

Benedictus Levita, Moguntinus, harum epistolarum auctor vulgo habetur. Et is qvidem omnium primus eas edidit, et cum summa calliditate divulgavit (IV, c). Qvare nullum esse dubium potest, qvin fuerit fraudis commissæ particeps. Neqve silentio prætereundum est, qvod Spittlerus (l. c. p. 253) monuit, epistolas, vel a Bonifacio, olim archiepiscopo Moguntino, scriptas, vel ad eum datas vix huic collectioni ab alio homine inseri potuisse, qvam a sacerdote dioeceseos Moguntinæ. Potest etiam probabilis ratio afferri, ob qvam diaconus qvidam, aut inferiorum ordinum clericus in animum inducere potuit, ut talem fraudem committeret; qvam nos qvæstionibus harum ipsarum paginarum præmisimus. Sed omne tamen decretalium Pseudo-Isidorianarum argumentum inde explicari non potest. Inferiores ordines clericorum gravissimis ab episcopis injuriis affici solebant (IV, a); sed auctor decretalium Pium I (pontificem c. a. 147) scribentem inducit: "episcopi autem .... *a subditis* ... *non sunt arguendi vel accusandi*". Solebant inferiores clerici sæcularium virorum fide et auxilio in episcopos uti; at Pseudo-Isidorus hæc verba finxit Pontiani P. (ab a. 230): "si peccaverint (sc. episcopi) ..... *non a sæcularibus* ..... *arguantur vel arceantur*". Hæc igitur et hisce similia, qvorum plurima in istis decretalibus reperiuntur[36] *non tam diaconum qvam episcopum auctorem decretalium arguere videntur.* Qvare eqvidem Benedictum earum auctorem haud duxerim.

Accedit, qvod *"additio qvarta"* Capitulariorum, qvæ Pseudo-Isidoriana multa continet, jussu Lotharii Imperatoris collecta est[37]; qvod qvidem munus Lotharius potius episcopo cuidam suo qvam diacono, nullo autem pacto Moguntino[38] diacono commiserit.

Sed qvæ nostra sit de auctore decretalium sententia, infra commodius exponi potest. (vid. pag. 92—93.

Hierarchiæ historiam persecuturis ita nobis agendum esse putavimus, ut primum vitam singulorum pontificum enarremus, et qvâ Romæ gavisi fuerint potestate tradamus (I); deinde, qvæ sibi singuli pontifices arrogaverint jura, accura-

I. Pontifices Romani eorumqve

Gregorius IV se bellis trium fratrum principum haud interposuit, sed templis exornandis et civitati Ostiensi exstruendæ ac muniendæ operam et laborem suum impendit (Anast. l. c. p. 226). † 844.

Post mortem Gregorii IV *duplex factio* — "*ignobilis populi*" et "principum" ɔ: primorum s. *optimatum* — de novo pontifice eligendo armis dimicavit; mox tamen "principes" Johannem diaconum, qvem populus præsulem creaverat, "de patriarchio expulerunt", et nonnulli qvidem "eum ensibus membratim dilaniare ac interimere voluerunt" (Anast. l. c. p. 227). Qvæ tanta optimatum rabies indicare videtur, Johannem iis ob rationes non tam privatas qvam *politicas* invisum fuisse. Qvare qvum in ævo proxime præcedenti populus imperatoris partes seqvi soleret, videor mihi jure meo colligere posse, Johannem illum, qvem "*populus* pontificem fieri mallet, ipsum Lotharii imperii studiosiorem fuisse. Unde igitur seqvitur, ut

Sergius II, qvem "principes" pontificem elegerant, *civilis Lotharii Imperatoris regiminis impatientior fuerit*. Qvod qvidem plures rationes indubitatum reddunt. *Primum* is, imperatoria electionis suæ confirmatione haud expetita, illico "pontifex creatus consecratusqve est" (Anast.). *Deinde* Lotharius imperator hoc ita moleste tulit, ut filium suum Ludovicum, regem Italiæ factum [1], "cum Drogone Mediomatricorum (ɔ: Metensi) episcopo" (annal. Bertin. ad. a. 844) et aliis pluribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus et comitibus, neqve non "magno Francorum exercitu Romam" mitteret (Anast.) "acturos, *ne deinceps* decedente Apostolico *qvisqvam* illic *præter sui* (ɔ: imperatoris) *jussionem*, Missorum suorum præsentiam *ordinetur antistes*" (ann. Bertin. l. c.). Hi autem inde a tractibus Bononiæ "tantas cædes tantasqve strages in populo peregerunt, ut [homines] .... per loca abdita et latebras se absconderent" (Anast.). *Tum* Sergius "obviam illi (ɔ: Ludovico) direxit venerandas cruces, item *signa, sicut mos erat imperatorem aut regem suscipere*" (Anast.); qvæ ubi Ludovicus conspexit, "alacris factus, valde lætatus est" (ibid.). Qvod sane qvidem indicat, Ludovicum ad hoc ipsum tempus de Romanorum fide dubitavisse. Neqve tamen Sergius omnis poenæ securus erat. Qvapropter "januas [ædium] b. Petri, ad qvas Ludovicus per gradus ascendebat, claudi et serari præcepit", neqve eas ante "patefieri", qvam rex dixerat, "qvod nullo maligno animo, aut aliqva pravitate vel malo ingenio advenisset" (ibid.). Videlicet Sergio nihil mali exspectandum erat a Ludovico, dum in sacro atrio cum eo versaretur. Itaqve solemni hoc pacto sine dubio eum clementiæ officio obstringere studuit [2]. *Postea* Sergius Ludovicum regem Longobardorum unxit et coronavit, qva re ejus gratiam inire voluisse videtur. Neqve enim video, qvo jure Cl. Biinau contenderit, id *jussu* ipsius Ludovici factum fuisse [3]. Nam qvæ habent vel annalista Bertinian. vel Anastatius (l. c. p. 228), tale qvid haud commemorant. Omnino Ludovico, regi Longobardorum jam ante annum a patre facto, talis unctio, si grata qvidem, vix tamen ita necessaria aut utilis visa est, ut eam a summo pontifice contenderet; ne dicam, neminem facile ei homini gratias velle habere, cui mox [4] litem intendere et criminis accusare velit. Post aliqvot enim dies Drogo ille, ut Anastatius l. c. tradit "conflictum summi certaminis cum sanctissimo præsule (ɔ: Sergio) omnibusqve episcopis et optimatibus nostris atqve proceribus commovebat tam ipse qvam omnes archiepiscopi [et episcopi [5]], qvi cum eo contra hanc universalem et caput cunctarum ecclesiarum Dei..... convenerant" (p. 228); qvi, qvanqvam Sergium "sermone concludere vel constringere haud possent" (ibid.), edixerunt tamen, ne qvis postea antistes Romanus sine jussione imperatoris ordinari deberet [6], et "postulaverunt, ut omnes Primati (lege: primates) Romani fidelitatem ipsi Ludovico Regi per sacramentum promitterent" (ibid.). Ludovicus igitur per Drogonem ceterosqve Francos suos in fidem procerum Romanorum et ipsius Sergii, dubiam sibi, qvod hic pontifex absqve auctoritate imperatoris consecratus erat, inqvisivit, et quum Sergius suam suorumqve causam ita egisset, ut jurium imperatoris læsorum coargui non posset, Ludovicus, adhuc de fide Romana dubitans, sacramenti gravitate futuram qvandam perfidiam prohibere voluit. Jam qvidem Sergius populum tali sacramento adigi debere negavit, qvod solus Lotharius, haud vero Ludovicus imperatoria dignitate gauderet (ibid.), unde igitur, ut ab hoc jussu Ludovicus desisteret, necesse erat; sed huic tamen novum sacramentum perqvam necessarium visum est, et in altero conventu Romani "Lothario, magno Imperatori semper Augusto fidelitatem promiserunt" (ibid. p. 229). Qvibus demum factis Sergius in nomine Lotharii imperatoris pontifex confirmatus est [7]. Qvæ omnia quum ita se habuerint, qvis dubitare potest, an Sergius et proceres Romanorum imperatoria jura moleste tulerint. — Sub illo Mauri ecclesiam S. Petri diripuerunt (vid. p. 85, d). † 847. —

Sergio mortuo *proceres Leonem IV* pontificem elegerunt; sed "*Romani* (ɔ: *populus*), [licet] novi electione Pontificis congaudentes, coeperunt iterum non mediocriter contristari eo, qvod sine Imperali non auderent auctoritate futurum consecrare Pontificem, periculumqve Romanæ urbis maxime metuebant, ne iterum ut olim ab aliis hostibus fuisset (ɔ: foret) obsessa. Hoc timore et futuro casu perterriti Leonem *sine permissu Principis* Præsulem consecraverunt" (Anastat. l. c. p. 231). Igitur Romanus populus neqve imperatoria jura lædere, neqve ob defensionem urbis contra impetus Saracenorum ullo modo ferre voluit, sedem Romanum diu vacuum fore. Qvippe Lotharium Imp. varia ultra Alpes negotia occupatiorem habebant, qvam ut Italiam gubernando et tuendo multum laboris impendere posset. Unde Romanus populus antistitis sui auctoritatem, fortasse etiam ædium S. Petri, qvibus hic præerat, opes ac divitias necessaria duxit, qvibus hostium propinqvorum impetus repellerentur et urbs Roma ab obsidione liberaretur [8]. Ipse adeo Lotharius novisse videtur, Romanos, sibi solis, ut suæ saluti prospicerent, relictos, non sine jure aliqvo Leonem ante consecravisse, qvam ipse electionem ejus confirmavisset. Saltem eos, postqvam "fidem illius (ɔ: in Lotharium Imp.) sive honorem post Deum per omnia et in omnibus conservare" se velle affirmassent, nulla poena affecit.

Neqve facile Romani virum, necessitatibus suis magis aptum, pontificem eligere potuerint. Namqve Leo singulari studio Romam urbem et Romanum ducatum contra impetus Saracenorum muniebat. Muros urbis et qvindecim funditus dirutas turres restauravit (Anast. l. c. p. 235—36): "ad ipsam oram Tiberis duas turres" exstruxit, easqve "non solum lapidibus sed etiam ferreis muniri curavit catenis", ut nulla hostium navis "per hunc locum transire" posset (ibid.): foedere cum Neapolitanis et Cajetanis inito, auxiliis eorum instructus Saracenos fugavit (ibid. p. 238): "civitatem erga ecclesiam S. Petri, *annuente Lothario Imp.*" et cum fratribus suis "non modicas argenti libras" suppeditante, ædificavit, hancqve "civitatem Leonianam" vocavit (ibid. p. 240). His igitur laboribus Leo, ut civitatem Romanam re gubernavit, ita gratiam populi iniit; neqve probabile est, Romanos Francicum imperium, qvod nullum ipsis auxilium præbuit, æqvis animis tulisse. Sed Leo tamen speciem obseqvii in Lotharium servabat. Ita quum in animo haberet "Leoniana civitate" ædes S. Petri circumdare, hoc consilium "Lothario indicavit", et eo demum "annuente" id perfecit.

16. Horum alter niger, alter albus Hewald "pro diversa capillorum specie" vocabatur (Bed. V, 11).

17. Willebrordus familiaris erat Egberti, archiepiscopi Eboracensis, qvi et ipse in animo volverat consilium religionem inter populos Germaniæ tradendi.

18. *Radbodus*, rex gentis Fresonum, idolorum cultui addictissimus erat, sed, arma timens Pipini de Heristallo, Willibordo non multum restitit. Hoc autem (a. 714) mortuo, arma in Carolum Martellum cepit, sed a. 716 victus, non alia lege regnum suum retinuit, qvam ut promitteret, velle se baptismum chnorum subire. Qvod tamen vel ob notissimum illud Wulframi responsum, avos ejus gentiles in sede damnatorum absqve dubio commorari, vel ob mortem ipsius, post paucos dies intervenientem, non factum est. Poppo, qvi Radbodo successit, Willibrordo liberam docendi licentiam tribuit.

19. Theodolinda, filia Garibaldi ducis, Agilulfo, regi Longobardorum († 616), cui nupserat, fidem catholicam persvasit. Ceterum de primitiis religionis chnæ inter Bavaros traditæ, nil certi constat.

20. Filia ducis Theodo I dicente, se ab Emmerano gravidam factam esse, hic capite truncatus est.

Notæ ad pag. 10—11.

1. Brevi post Mellitus, Londoni episcopus, Romam adiit, "de necessariis ecclesiæ Anglorum causis cum Apostolico Papa Bonifacio tractaturus" (Bed. II, 5).

2. Addit: "fanorum ædificia everte, subditorum mores ex magna vitæ munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo et boni operis exempla monstrando ædifica" (Bed. I, 32), qvæ Gregorii admonitio moribus Ethelredi valde contraria erat, qvippe qvi, ut auctor est Beda (I, 26), "nullum *cogeret* ad Christianismum, sed tantummodo credentes arctiori dilectione qvasi concives sibi regni coelestis amplecteretur. Dedicerat enim a doctoribus auctoribusqve suæ salutis, servitium Christi *voluntarium* non *coacticium* debere esse."

3. "*Camisiam* cum ornatura in auro una et *læna* Auciriana una;" camisia autem est interula, interior tunica, ita vocata, "qvod in his dormimus in camis, id est in stratis nostris" (Isid. etymol.); *læna* erat vestis Gallorum, qvæ etiam *linna* dicebatur.

4. Vide, qvæ de hac re Beda prolixius narravit II, 2.

5. Bed. III, 25: "at ille (ɔ: Oswi) ita conclusit: et ego vobis dico, qvia hic est ostiarius ille, cui ego contradicere nolo, sed in qvantum novi vel valeo, hujus cupio *in omnibus obedire statutis*, ne forte, me adveniente ad fores regni coelorum, non sit, qvi reserat, averso illo, qvi claves tenere probatur."

6. Bed. l. c. "Hæc dicente rege faverunt assidentes qviqve sive adstantes, majores unacum mediocribus, et, abdicata minus perfecta institutione, ad ea, qvæ meliora cognoverant, sese transferre festinabant."

7. "Theodorus, vir et seculari et divina litteratura Græce et Latine instructus, probus moribus et ætate venerandus, id est annos habens ætatis 66" (Bed. IV, 2).

8. Dr. G. J. Planck, Geschichte d. christl. kirchl. Gesellschafts-Verfassung B. 2, S. 705: „oder die Könige ersuchten sie (ɔ: die Päbste) selbst, ihnen einen [Erzbischof] zu schiken. So kam der berühmte Theodor von Tharsus zu dem Erzbistthum von Canterbury S. Beda L. IV. c. 1." Qvod cum vir celeberimus affirmavit, sine dubio respexit ad verba Bedæ l. c.: "qvod cum nuncii certi narrassent R. Ecgberhto esse scilicet Episcopum, *qvem petierant* a Romano antistite, in regno Francorum seqq.;" sed ex tota historia electionis Theodori seqvitur, ut hæc verba Bedæ ita intelligi nullo modo possint. Namqve mortuo Wighardo Vitalianus "Hadrianum ad se accitum jussit, episcopatu accepto, Britanniam venire," quumqve hic tanto munere indignum se habens, monachum qvendam, nomine Andream, ad hoc commendaret, qvem Vitalianus ob corporis infirmitatem consecrari noluit; "rursum Hadrianus ad suscipiendum episcopatum actus est. Qvi petiit inducias, si forte alium, qvi episcopus ordinaretur, ex tempore posset invenire, ... et Theodorum afferens Pontifici, ut episcopus ordinaretur, obtinuit." Itaqve *non Oswi rex* sed *Hadrianus* abbas a Romano antistite beneficii instar *petiit*, ut Theodorus archiepiscopus Cantuariensis constitueretur.

9. Vid. concil. Roman. a. 679. ap. Harduin. conc. Tom. III, pag. 1040: "ut ipse prædictus Theodorus illis in partibus *ex tua* (ɔ: Agathonis) *sacrosancta autoritate* et nostra synodali unitate, *universale concilium congreget*, et cum universis præsulibus, *regibus, principibus* et universis fidelibus . . . . totius Saxoniæ publicam faciant synodum."

10. Vid. ep. Agathonis ad Ethelredum, regem Merciæ: "*ex parte Dei* et sancti Petri, omniumqve Sanctorum et sacrorum ordinum prohibuimus, ut nec *rex aliqvis*, aut episcopus aut comes aut hominum qvispiam alius hospitationes aut reditus aut tributum aut qvadrantem aliqvam aut servitii genus aliqvod, aut hominem aliqvem de abbatia Medehamsted [auferat]" (Hard. l. c. p. 1036.

11. Ibid.

12. "Qvicunqve breve istud et *præceptum* perimpleverit, et *hoc ipso* apud Deum omnipotentem in regno coelorum perpetuo versabitur. Qvi vero hoc infregerit, *ex eo ipso* cum Juda traditore, et caterva dæmonum apud inferos, nisi resipiscat, decoqvetur" (ibid.).

13. Occasio synodi Romano Britannic., uti enarratur a Spelmanno, ap. Wilkins l. c. p. 44: "Oriuntur e *duro* Theodori archiepiscopi Cantuariæ *regimine* episcoporumqve aliqvot per eundem *abdicatione*, motus varii in Britannica ecclesia."

14. Wilfridus, episcopus Eboracensis, ob invidiam Egfridi, regis Northanhymbrorum, a Theodoro archiepiscopo munere suo a. 676 dejectus, Romani antistitis fidem imploravit. *Agatho* igitur in concilio, Romæ de hac re a. 679 habito, admodum eum laudavit, qvod, "humiliter sentiens, b. Petri, apostolorum principis, canonicum (?!) expetiisset subsidium," et decrevit, "ut episcopatum, quem nuper habuerat, susciperet, et qvos eum consensu concilii, ibidem congregandi, elegisset sibi adjutores, a sanctissimo archiepiscopo [Theodoro] ordinati promoverentur episcopi, expulsis procul eis, qvi in ejus absentia in episcopatum enormiter missi erant" (Hard. l. c. p. 1043). Qvinimmo *de certis incertisqve* rebus absolutus est (Bed. V, 20, p. 445). Hac concilii sententia instructus, Wilfridus domum rediit, sed ab Egfrido rege "cuidam præfecto, notabilis sævitiæ viro, in ergastalum trudendus" traditus est. Ubi quum per novem menses fuisset, ea lege libertatem obtinuit, ut sacramento interposito promitteret, se ad regnum Egfridi nunqvam esse reversurum. Ex qvo tempore Wilfridus inter Mercios, Occidentales-Saxones et præcipue inter Australes-Saxones religionem magno cum successu tradebat, donec Aldfridus, qvi Egfrido successit, secundo imperii sui anno (687), eum rogatu ipsius Theodori restituit. Sed quum per insidias Aldfridi et Brithwaldi, successoris Theodori, iterum solum vertere coactus, primum *Be-*

Si pactum illud Ludovici Pii, ex qvo Lotharius Imp. supremam in toto imperio Francico potestatem exerceret (vid. p. 79), per hoc ævum servatum fuisset, magnum utiqve incrementum auctoritas Romani antistitis cepisset, quum probabile sit, episcopos Galliæ et Germaniæ pari voluntate sedis imperatoriæ[1] antistiti obsecuturos fuisse, qvo viderent principes suos imperatoris mandatis parere. Jam vero civiles imperii Francici rationes longe aliæ erant, et tales qvidem, ut dignitas Lotharii nihil commodi Romanæ hierarchiæ parare

II. Antistites Romani ecclesiasticæ sedis

1. Pontifices Romani in epistolis ad Franco-Gallos datis insolentissime at simul cautissime agebant. Ut enim *Sergius II* comperit, Transalpinos episcopos post pacem, inter tres fratres a. 843 initam, summam dare operam, ut ecclesiasticam disciplinam et antiqvam sacri ordinis honorem restituerent, illico ad eos epistolam scripsit[3], in qva difficile dictu est, utrum audaciam an calliditatem viri magis miremur. Quum enim sciret, eos sæcularium atqve ipsorum principum injurias molestissime ferre, hæc scribens: "qvod si violentiam sibi a religiosis filiis nostris regibus *qvilibet episcoporum*, qvo minus canonum statuta custodiat, qveritur irrogatam, *nos hoc suffugium* annuente Domino, *litteris ad eos missis, credimus amputandum*"[4], sperare potuit, neminem hoc ægre laturum esse, sed jucundissimum iis tantæ dignitatis interventum visum iri. Sed hoc latius patebat. Qvi enim potuit "qvilibet episcoporum" de violentia principum coram Romano præsule qveri, nisi summa esset ad *hanc sedem provocandi* libertas? Sed quum verendum esset, ut tanti itineris labores multi aut sua sponte suscipere vellent, aut suscipere, prohibentibus principibus, possent, Sergius Drogonem, archiep. Metens., cunctis provinciis Trans-Alpinis sedis suæ vicarium præfecit. Qvod enim hic, filius Caroli Magni, avunculus trium Principum esset, exspectandum erat, ipsos hos ejus mandatis morem gessuros esse. Qva spe fretus omnibus, ut ei obedirent, præcipit[5], eiqve "in congreandis generalibus synodis in omnibus [illis] provinciis suam commodat auctoritatem". Vult etiam, ut "cuicunqve ab illis partibus hanc sanctam (ɔ: Romanam) sedem appellare opus fuerit", hic prius "ad ejus audientiam se submittat", et "litteris ejus commendatus ad beatissimi Petri sedem securus accedat, nullaqve eum in veniendo mora præpediat". Namqve vix aliter fieri potuit, qvam ut talis appellatio episcopis commodissima videretur; maxime quum hanc iis qvoqve patere vellet, qvi "criminibus impeterentur". Ipsi autem Drogoni tanta auctoritas jucundissima videretur necesse erat. Qvam augendi gratia idem Sergius ita pergit: "qvicqvid provinciali synodo fuerit definitum, ad ejus absqve dilatione statuimus notitiam perducendum", et.... etiam condicto fratri nostro Drogoni archiepiscopo in examinandis ac perqvirendis episcopis et abbatibus, sub hoc tenore hanc nostram licentiam et auctoritatem concessimus". Ne autem Drogo ipse se transalpinis provinciis patriarcham sui juris præficeret, subjungit: "salvo in omnibus hujus universalis Romanæ sedis primatu, nostriqve præsulatus honore".

Verum his omnibus Sergius reges ea auctoritate privare studet, qvà per multa hominum secula vel synodos convocarant, vel decreta harum confirmarant, vel episcopos et abbates ipsi nominarant, vel deniqve episcopos, ut ad suum, supremum in regno, tribunal provocandi causa confugerent, jusserant; paucis verbis: autocratiam, et eam qvidem, qvam decretales Pseudo-Isidori describunt, sedi suæ vindicat.

2. Hinc igitur ultro se offert suspicio, annon Sergius has ipsas decretales cognoverit; qvod video historiarum scriptores negavisse, siqvidem neqve Leoni IV neqve ante a. 865 Nicolao I cognitæ essent. Qvod ad illum attinet in epistola ad episcopos Britanniæ (ap. Hard. l. c., tom. V, p. 3—4) hæc dicit: "de libellis et commentariis aliorum non convenit aliqvem judicare, et sanctorum conciliorum canones relinqvere" vel decretalium regulas, id est, *qvæ habentur apud nos simul cum illis in canone*, et qvibus in omnibus ecclesiasticis utimur judiciis, id est, Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Chalcedonensium[6], Sardicensium, Chartaginensium, Africanensium: et cum illis regulæ præsulum Romanorum Silvestri, Siricii, Innocentii, Zozimi, Coelastini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Simplicii. *Isti omnino sunt*, per qvos judicant episcopi et per qvos episcopi simul et clerici judicantur". Qvibus igitur verbis Leo IV palam negavit, alias, præter allatas, decretales "apud se" ɔ: in archivis Romanis s. in canone Romano contineri. Itaqve hic Pseudo-Isidorianarum decretalium plane inscius erat. Dignum qvoqve est, qvod observetur, Leonem Toletanorum conciliorum canones, qvi veri Isidori canoni inserti erant[7], inter reliqvos, per qvos judicialis sententia ab episcopis et de episcopis ferri deberet, haud recensuisse. Unde videor mihi summo jure colligere posse, ne ipsum qvidem Isidori Hispalensis canonem Leoni IV notum fuisse[8]. Certum qvoqve est, Nicolaum I istas decretales haud cognovisse. Neqve enim Veniloni, archiepiscopo, ipsum, ut "statuta Melchiadis Pontificis", qvem audierat "decrevisse, ne qvis unqvam pontifex sine consensu papæ Romani deponeretur", sibi "sicut penes ipsum habebantur" mitteret, roganti, hæc aut misit aut "penes se esse" affirmavit[9]; et hic tamen aptissimus locus esset Isidorianas decretales, si qvas tales novisset, in Galliam mittendi aut saltem commemorandi. Idem in ep. V ad Hincmarum, a. 863 scripta, antiqviores nullas "constitutiones Romanæ sedis pontificum" laudat, qvam Siricii pontificis decretalem[10]. Anno demum 865 authentiam Pseudo-Isidorianarum decretalium defendit; de qvo plura h. l. non dicenda sunt. — Benedictus III similiter ab omni Pseudo-Isidori cognitione alienus fuisse videtur. Hic enim in epistola ad Hincmarum Rhemensem, de qva mox disseremus, quum in eo versetur, ut probet, licere Hincmaro ad sedis Romanæ tribunal provocare, ne verbo qvidem illas tangit, simpliciter autem monet: "[hæc] nostra, immo beati Petri auctoritate præcipimus", sine dubio ad celebrem Sardicensis concilii canonem respiciens. Qvare quum Pseudo-Isidorianæ decretales Romæ per viginti post mortem Sergii II annos haud cognitæ fuerint, mirum sane foret, soli Sergio II eas innotuisse.

At magis etiam miranda est summa, qvæ effatis Sergii et Pseudo-Isidori intercedit, convenientia. Qvæ ut explicari possit, hypothesin qvandam nostram doctorum virorum examini subjiciamus. Puto eqvidem inter Drogonem, Romæ a. 844 versantem (vid. p. 90), et ipsum Sergium II convenisse de autocratia, qvalis in illa Sergii epistola traditur, sedi Romanæ vindicanda; Sergium igitur, sperantem fore, ut tres principes imperii Francici Drogoni, avunculo, cujus auctoritate sæpius usi fuerant et hoc potissimum tempore utebantur, nullas molestias facesserent, hunc sedis suæ vicarium constituisse, Drogonem vero, quum præsules regni Car. Calvi præfacte negavissent, hæc tanta jura cuiqvam *temere* conferri debere (vid. p. 94), aut ipsum in animum induxisse aut Sergii hortatu decrevisse, ut istas decretales conficiendas curaret, qvibus tanqvam perantiqvis legibus ecclesiasticis Francici imperii episcopis, qvi sub Carolo M. dedicissent antiqvos canones et antiqvas decretales summa reverentia proseqvi, auto

posset[2]. Itaqve valde admiranda est ea pontificum hujus ævi prudentia, qvod præsules qvosdam Transalpinos postestatis augendæ spe in suas partes trahere conabantur. Et operæ pretium est videre, eosdem pontifices, tanqvam si præsagire possent, hoc minus dextre successurum esse, qvo tempore Pseudo-Isidorus autocratiam iis parabat, studiis episcoporum regali se potentiæ subducendi ita lenocinatos esse, ut in hujus locum suæ sedis autocratiam substituere molirentur.

suæ autocratiæ egregie consulebant.

cratiam istam persvadere posset; itaqve fide aut potius perfidia vel Benedicti istius vel Autcarii[11], Moguntinæ sedis archiepiscopi, usum fuisse. — Huic hypothesi si qvis objiciat, decretales Pseudo-Isidorianas, qvæ metropolitarum auctoritatem frangerent et pæne tollerent, ad metropolitam, qvalis et Drogo et Autcarius esset, auctorem non posse referri[12], hæc habeo, qvæ respondeam. Drogo tantum episcopus erat, metropolitæ titulo a Sergio ornatus. Sed verendum ei erat, ne a suo metropolita ob hanc ipsam causam male affligeretur. Igitur consentaneum est, tantam metropolitarum judicii immunitatem episcopis in decretalibus, eo auctore confectis, vindicari. Omnino e re ejus erat omnium qvorumcunqve metropolitarum potestatem frangi, qvo Romano pontifici liceret istam autocratiam tenere, modo *ipse*, *vicarius* ejus constitutus, *illius particeps fieret*. Qvod vero ad Autcarium attinet, hic facile in animum inducere potuit, ut talem fraudem committeret, siqvidem sedem teneret Bonifacii illius, qvi olim, sedis apostolicæ vicarius, tanta tam in Gallia qvam in Germania auctoritate floruerat. Qvippe sperare potuit, se saltem post mortem senis Drogonis[13], vicarium ejusdem sedis factus, in partem auctæ ejus potestatis venturum esse. — Hæc vero hypothesis nostra non solum mira ista Sergii II effata explicat, sed probabilem causam præbet edicti illius Lotharii, qvo Pseudo-Isidoriana decreta inter leges suas recepit[14] (vid. p. 89, c.) nec non qvi factum sit, ut falsæ istæ decretales in regno Caroli Calvi mature divulgarentur[15] (vid. supra et p. 89, c.). Qvæ autem hypothesis plurimas difficultates simplici ratione expedire possit, ea probabilis certe videbitur[16].

3. Bini reliqvi pontifices non tantos, qvantos Sergius II, spiritus ducebant; sed tamen sedis suæ auctoritati, qvoad poterant, studiosius consulebant. *Leo IV* in epistola ad episcopos Britanniæ[17] [Bretagne], qvi ipsum de variis rebus ecclesiasticis consuluerant, hæc dicit: "si inter eos, qvos damnandos esse dixerunt homines, fuerit episcopus, qvi suam causam in præsentia Romanæ sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum finitivam præsumat dare sententiam, sed omnino eum audiri decernimus". Itaqve suum tribunal in causis episcoporum supremum reddere voluit. Idem præterea disputat, episcopos, qvamcunqve ferrent sententiam, hanc juxta solos canones et decretalium regulas laturos esse; nec debere sententiam de iis ferri, nisi coram duodecim episcopis, aut "per septuaginta duos idoneos testes". His enim decretis id sine dubio asseqvi voluit, ut videretur non tam suæ potestatis qvam illorum salutis studiosus esse. Qvod si episcopi sibi persvasissent, autocratiæ ejus se magis prompte submitterent. Accedebat autem altera ratio, et ea qvidem gravissima. Nomenogius tyrannus[18] qvatuor episcopos, simoniæ falso[19] accusatos, muneribus suis privaverat, qvi ad Carolum C. confugerant. Itaqve Nomenogius, quum sperare non posset, archiepiscopum Turonensem novos, ab ipso constitutos episcopos consecraturum esse, "ex qvatuor episcopatibus septem composuit; qvorum apud Dolum monasterium unum constituit, qvem archiepiscopum fieri decrevit". Quum igitur episcopi Britanniæ se Turonensis archiepiscopi ditioni subduxissent, haud mirum erat, eos Romani pontificis gratiam, ne hic Turonensis antistitis jura tueretur, ambiisse. Itaqve Leoni licuit supremum de iis potestatem suæ sedi vindicare. Qvæ qvidem sedis Romanæ potestas eo, qvod Leo hujus ipsius epistolæ decretis impedivisset, qvo minus istis episcopis munus, injuste comparatum, adimeretur[20], ipsis utilissima videretur necesse erat. Neqve aliam vim habere potuit admonitio, qvà idem Leo Nomenogio, tyranno, ut ecclesiarum opibus parceret, persvadere studuit[21]. Nam hac etiam ratione Leo strenuum se salutis episcoporum patronum præbuit. — *Benedictus III* alia opportunitate non minus dextre usus est. Hincmarus Rhemensis, qvi Ebboni successerat, post hujus obitum[22] ferre noluit clericos, ab eo post muneris sui abrogationem consecratos. Itaqve quum in synodo Suessionensi II (a. 853) hos omnes, canonice ad synodum non vocatos, festinantius damnavisset[23], Benedicto canones concilii misit, ut ab eo confirmarentur[24]. Hic igitur, Hincmari in se voluntate valde gavisus[25] non solum illas "definitiones apostolica auctoritate ratas fore promulgat semperqve manere (mansuras) statuit", sed etiam interdicit, ne isti clerici "aliena judicia expetant", negat deniqve, Hincmarum "alicui cujuscunqve juri vel judicio subjectum esse, salvo in omnibus jure apostolicæ sedis", ad qvam "compellatus" appellaret. Quum hæc Hincmaro, sine dubio metuenti, ne isti clerici Ludovici, Germaniæ regis, fidem implorarent[26], gratissima essent, in animum inducere non potuit, ut negaret, aut jus illud ad sedem Romanam pertinere, aut "hoc", ut Benedictus audacter asseruit, "ab ipso veluti Christo et sacris canonibus constitutum esse". Qvod qvam sedis Romanæ dignitatem populo Christiano persvadere posset, per se patet. — Idem Benedictus, quum diaconus qvidam, nomine Hubertus, gravissimorum qvorumqve criminum et flagitiorum reus, judicia tam archiepiscoporum qvam episcoporum prorsus sprevisset, eum Romæ coram tribunali suo comparere jussit[27], ac si suum esset in mores clericorum cujusvis provinciæ inqvirere. Qvis vero moleste ferret, talem nebulonem per qvemvis episcopum damnari? At nemine contradicente communis de auctoritate sedis Romanæ opinio altiores radices agere potuit. — Deniqve Benedictus in confirmando privilegia Corbeiæ oportere se affirmat, ut "universis ecclesiis sollicitudinem prætendat", et reges, si qvi privilegia illa violarit, "excommunicationis apostolicæ sententiâ" damnet[28].

Sed tantum aberat, ut præsules ecclesiarum Transalpinarum Romani potius antistitis qvam suæ ipsorum dignitati atqve auctoritati consulerent, ut multa et agerent et dicerent, qvæ animum autocratiæ Romanæ sedis infestum referunt. Interdum tamen nonnulli eorum, ut suis commodis prospicerent, qvædam commiserunt, qvæ

III. Autocratiam

a) ipsi pontifices in Italia non exercebant.

Attulimus qvanto studio Lotharius et Ludovicus imperatoria jura sua contra pontifices Romanos vindicarent. Accedebat, qvod triumviri principes sanxierant, ecclesiam non minus "regali potestate" qvam "pontificiali auctoritate gubernandam esse" (vid p. 86 nr. 2. fin.). Ac re qvidem Ludovicus II, Imp., a. 853 conventum Ticinensem habuit, in qvo "ecclesiasticam utilitatem perqvirere studeret"[1], et biennio post idem Ludovicus episcopis, in concilio Ticinensi convocatis, "varia capitula considerare præcepit", et ipse ibi "residebat, tractaturus de statu sanctæ matris ecclesiæ", legesqve de officiis et moribus episcoporum, abbatum et monachorum tulit, et "crebro, inqvit, vestram fidelitatem retroactis temporibus *commonuimus*, ut secundum normam christianæ religionis vivere unusqvisqve nostrorum fidelium satageret"[2]. In qvibus igitur omnibus nihil auctoritatis Romano antistiti concessum erat. Neqve hic intererat synodo Regio-Ticinensi, a. 850 celebratæ, cui autem præerant patriarchæ Mediolanensis et Aqvilejensis, qvodqve Josephus qvidam episcopus, qvi, qvod valde urgendum est, alio loco[3] *Ludovici archicapellanus*, et, in præfatione hujus synodi, "*archicapellanus totius ecclesiæ*" nuncupatur[4], coegerat. Qvid? qvod synodus Romana sub Leone IV "*consilio* imperatorum Lotharii et Ludovici habita"[5] esse affirmatur. Cujus qvidem synodi capitulis "Lotharius Imperator *subscripsit*"[6]. Neqve prætereunda est historia Anastatii presbyteri excommunicati[7]. Hic, relicta sua ecclesia, per qvinqve annos in "parochiis Aqvilejensibus" degerat, neqve Leoni, qvater eum ut rediret monenti, paruit. Leo igitur Ravennam se ad Ludovicum imperatorem contulit, "ejusqve clementiam exoravit, ut Anastatium..... reverti juberet"; qvod hic facturum se esse promisit, ipse tamen "diem constituens et denuncians, in qvo eum remeare sanciret". Neqve tamen Missi ejus istum "Leoni præsentare poterant". Qvibus factis Leo eum "anathematis vinculo nodavit", sed *præsentibus iisdem Missis Ludovici* Imp. Semel adhuc Leo Anastatium per litteras et tres episcopos ad generalem synodum vocavit, qvam is admonitionem plane contemsit. Qvam ob causam Leo in synodo Romana modo laudatà Missos illos ceterosqve, qvi præsto erant, rogavit: "qvid aliud nunc facere vel agere possumus, nisi ut canonum promulgationem.... in eum communiter inferamus, qvæ de talibus in tertio Antiocheni concilii capitulo luce clarius continentur?" Hi vero postulabant, ut epistola Lotharii imperatoris, qvæ cum Missis illis Leoni scripta erat, relegeretur; *qva tandem relecta*, Antiocheni concilii canonem in Anastatium promulgabant. Innuunt hæc singula, partim Leonem justa in suos clericos auctoritate destitutum fuisse, et Imperatorum ope valde indiguisse, partim neqve Leonem neqve reliqvos metropolitanatus Romani episcopos qvicqvam in rebus mere ecclesiasticis agere aut decernere inscio atqve invito Imperatore ausos fuisse. Digna qvoqve sunt, qvæ diligentius perpendantur, hæc verba Lotharii, ex illa epistola excerpta[8]: ".... qvare nunc carissimos Missos nostros, Joseph videlicet, rev. episcopum atqve dilecti filii nostri Ludovici archicapellanum........... præsentialiter vobis mittimus: qvicqvid *canonice et secundum Deum* super illo vestra deliberaverit sententia, nihil contradicentes. Tantum sollicite cavere, ac prudenter tractare curate, ne in hoc facto divina voluntas offendatur in aliqvo". Qvis enim summam in rebus ecclesiasticis auctoritatem ei pontifici tribuat, qvem imperator, ut ne impie ageret, commonuit, cujus autem sententiam ex canonum sententia ferendam *suoqve assensu confirmandam* esse voluit? Qvæ quum ita sint ista ejusdem Lotharii subscriptio procul dubio *confirmandi gratia* facta est. Postremo ipsi pontifices Romani supremum qvoddam ecclesiæ regimen imperatoribus vindicabant; v. c. qvod sancivit Leo IV in synodo illa Romana, ut, si sæculares, "sub cujus jure ecclesiæ constitutæ erant", per episcopum admoniti intra trium mensium spatium presbyteros ibi constituere neglexissent, "episcopus absqve neglectu principem suggereret, *qvatenus ejus emendaretur sententia*"[9], vel qvod episcopis ex canone Sardicensi interdixit, ne "ultra trium hebdomadum spatium a propriis ecclesiis morarentur, nisi forte *per jussionem* metropolitani vel *principis* ex necessitate contingeret"[10]. Pontifices igitur in eo sibi subsistendum esse putabant, ut, antiqvæ auctoritatis canones repetentes, jura episcoporum contra laicorum temeritatem[11] et inferiorum ordinum contumaciam[12] defenderent; qvo summa summi Pontificis auctoritas his (ɔ: episcopis) utilissima videri posset; felicioribus vero temporibus relinqvebant, an jugum supremi imperatorum potestatis excuti posset.

istius sedis potestati satis utilia erant. **Principum qvoqve aliqvi sibi magis qvam suæ majestatis juribus per pontifices providere incaute conati sunt. Itaqve per hoc paucorum annorum ævum autocratia sedis Romanæ non solum verbis defensa est, sed futuris temporibus re præparata.**

R o m a n æ s e d i s

b) neqve principes neqve præsules profitebantur;

1. Principes & de ipsis archiepiscopis & in rebus fidei inconsulto Romano antistite sententiam ferebant. *Prius* probat edictum Lotharii Imp. de restitutione Ebbonis [13], cujus hæc verba: "potestatem ergo, qvam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus ecclesiæ tuæ filiis, sedem ac dioecesim Remensis urbis tibi, Ebbo, *restituimus*", satis indicant, Lotharium tum hoc proprio marte egisse, tum nihil aliud secutum fuisse, qvam ut Ebbonis de se merita præmio afficeret, et episcoporum Remensis provinciæ desiderio simul satisfaceret. Qvod vero addit: "ut pristino sanctæ largitatis apostolicæ pallio indutus, concordiam atqve gratiam divini officii nobiscum, humili satisfactione expleta, solemni *nostra a largitate recipiendo* exerceas," qvanqvam Romano pontifici jus pallia largiendi vindicat, haud tamen dubitat, virum, qvi se ob crimina pallio indignum esse ipse professus erat, inconsulto Romano præsule pallio iterum ornare. Ac pari libertate Carolus C. in synodo Suession. II a. 853 Ebbonem summo jure "depositum esse" affirmavit (c. 1). Ut taceam, Carolum C. non Romæ [14] ced coram suis præsulibus Venilonem perfidiæ accusavisse. (vid p. 87). *Posterius* omnium controversiarum, præcipue vero Godoschalchi hæreseos historia indubitatum reddit. In *illis* enim Carolus C. nunqvam Romanum antistitem, qvid censeret, consuluit, sed doctis viris suis eas examinandas commisit. De *hac* vero idem Carolus in conc. Carisiac. II "qvatuor capita", divinæ prædestinationis naturam definientia, "edidit et propria subscriptione roboravit." [15]

2. *Episcopi* Romanum antistitem solum vicarium Christi haud duxerunt, sed potius se, "Dei [16] s. Christi [17] vicarios, Dei legatione fungi [18], Christi auctoritate loqvi [19], et ministerium sacrum operante Spiritu sancto suscepisse [20]" affirmarunt. Suis igitur admonitionibus atqve decretis summam, immo divinam auctoritatem vindicantes, se pontifici Romano pares describunt.

3. Deinde vero hujus pontificis decretis parere recusarunt. Postqvam enim Sergii II de Drogone, vicario sedis Romanæ constituto, epistolam cognovissent, in conc. Vernens. c. 11 hæc sanxierunt: "de *prælatione* rever. Drogonis definire aliud non audemus, nisi exspectandum, qvam maximus cogi potest, Galliæ Germaniæqve conventum, et in eo metropolitanorum reliqvorumqve antistitum inqvirendum esse consensum, cui resistere nec volumus nec valemus." Tantum igitur aberat, ut decretis Romanis absolute parerent, ut hæc generalis concilii consensu, qvo rata fierent, indigere contenderint [21]. Qvid? qvod ex verbis eorum, qvæ seqvuntur: "nobis tamen, *si qvid tale alicui committi potest*, et *non alia, qvam qvæ prætenditur, latet causa,* illi potissimum convenire videtur"; dubium esse non potest, eos nullo Drogonis odio aut invidia Romanis edictis parere recusavisse, sed qvod dubitarent, an Romanus antistes auctoritatem talia edicta ferendi haberet, atqve vererentur, ne is sub specie "prælationis" Drogonis intolerabilius qvoddam jugum ipsis imponere studeret. De ipsa "prælatione" Drogonis insuper tenendum est, hanc in nullo unqvam generali concilio comprobatam esse, neqve eum ulli concilio præsedisse, nedum conciliorum decreta confirmavisset. [22]

4. Tum notissimum est, antistites tam Germaniæ qvam Galliæ canones conciliorum nunqvam Romano antistiti semper vero principibus confirmandos commisisse (vid. p. 86, nr. 3)

5. Deniqve in conc. Carisiac. II. "*confirmata est excommunicatio in qvendam vasallum illustrem Lotharii* imperatoris, nomine Fulricum, in altera particulari ob illicitas nuptias lata, ac in alios qvoqve, eidem excommunicato communicantes: e qvorum numero *ipse Imperator*, qvi tandem *absolutus est ab Hincmaro* provinciæ metropolitano synodiqve præside." [23] Itaqve ne Lotharius qvidem imperator, cujus in regno sedes illa Romana sita erat, ad hanc appellandum esse putavit, sed Hincmarum "humiliter deprecatus est," [24] ut ipsum absolveret.

c) sed nonnulla tamen præparabant.

1. Primum episcopi hujus ævi antiqva sedis Romanæ decreta minoris, qvam olim Carolus M., non faciebant. Hæc enim iis utilia visa sunt, qvorum auctoritate res ecclesiarum tuerentur [25], ideoqve Hincmarus Rhem. hanc regulam proposuit: "nobis seqvenda sunt, qvæ a Sede Apostolica [26] et per synodalia judicia sunt definita" [27].

2. Deinde patres concilii Paris. a. 849, ut animum Nomenogii tyranni, in ædes sacras sævientis, moverent, "maximum eum reatum contraxisse" affirmarunt, qvod "epistolam sedis apostolicæ respuisset", immo "omnem Christianitatem læsisse, dum vicarium beati Petri apostololicum, cui dedit Deus primatum in omni orbe terrarum, sprevisset." [28] Facile qvidem intelligitur, cur in epistola ad Nomenogium, cujus episcopi ad Romanum antistitem brevi ante confugerant, hujus ipsius auctoritatem potissimum laudaverint; sed talia, qvibus utebantur, verba non poterant, qvin autocratiæ ejus viam pararent.

3. Tum commemorandi sunt episcopi a Nomenogio injuste constituti, qvi, ut debitas poenas effugerent, Romano præsuli res ecclesiasticas ordinandas committebant; de qvibus vide p. 93.

4. Insuper Lotharius Imperator, ut nihil intentatum relinqveret, qvo Ebboni Rhemensem ecclesiam restitueret, "epistolas a Sergio Papa exegit pro reparando judicio de Ebbonis depositione. Unde idem Papa litteras Carolo regi mittens, præcepit" ut synodum de ea re haberet. [29] Carolus autem huic "præcepto" paruit, sine dubio, ne Lotharium offenderet, sed Ebbo tamen, qvod non comparuit, damnatus est. [30]

5. Hinc bene explicatur, cur Hincmarus ille, ut "ordinatio sua rata comprobaretur, fidei suæ tenorem Romam Leoni IV miserit" [31]. Sed hoc ipsum Romanæ sedis dignitati valde proderat.

6. Postremo episcopi regni Caroli, ut bellum, huic a Ludovico fratre illatum, magis impium esse arguerent, id maxime urgebant, qvod "eum sancta sedes apostolica, mater nostra, litteris apostolicis ut Regem honorare studuit et confirmare" [32].

Æthelwulphus, filius Egberti (vid. p. 79), omnia ferme Anglo-Saxonum regna in sua ditione tenebat, et, exceptis incursionibus qvibusdam Danorum piratarum a. 851 et seditione Ethelbaldi, filii natu maximi, a. 856 orta et composita, summa pace fruebatur. Itaqve rationes civiles in Britannia insula admodum ab iis differebant, qvæ in Francico imperio omnia, sacra et profana, misere turbabant. In Hispania *Abd-er-Rhaman II*, cui Muhamedus (852—86) successit, per triginta annos (822—52) Muhamedanis et christianis, inter eos degentes, juste imperabat. Neqve hæc peninsula intestinis bellis affligebatur. Haud igitur in præcedentibus paginis de duobus his regnis disputare debebam, sed singulari hoc loco disseram,

qvæ essent rationes ecclesiasticæ

in Britannia

1. Sacer ordo Anglo-Saxonum controversiis sacris nullum laborem impendit, sed Æthelwulphi regis et Bertulphi, regis tributarii Merciæ [1], pietate et liberalitate & multum in rebus civilibus auctoritatis exseruit, & largas opes et facultates comparavit. Supra diximus (p. 78), Æthelwulphum in singulis qvibusqve faciendis Alstani episcopi consiliis secutum esse. Hic vero ingratus Ethelbaldo, a. 856 novas res in patrem regem molienti, socium se adjunxit. Bertulphus monachis Croylandensis monasterii, qverentibus, se "injuriosis damnis per qvosdam adversarios" affligi, tantum favoris præstitit, ut in concilio Kingisburiensi, a. 851 coacto, cui intererant prælati et proceres totius regni, non solum interdiceret, ne hoc in posterum fieret, sed etiam monachis illis "omnia — ecclesias, capellas, terras, tenementa [2], pasturas, piscationes, maneria [3], mansiones, molendina [4], mersca [5] et mariscos [6] — *libera ab omni servitio seculari et onere terreno* concederet, et emanciparet ab omni debito regis, et omnis alterius domini et hominis, cujuscunqve fuerit dignitatis, excellentiæ, vel honoris, ut nihil, inqvit, a modo (ɔ: ab hoc inde tempore), de vestri sacri monasterii Croylandiæ monachis, literatis, aut laicis, servis, aut tenentibus [7] vestris exigere possint, præter orationes vestras et beneficia spiritualia" (Wilk. l. c. p. 181—82). Æthelwulphus autem qvodriennio post in generali omnium provinciarum Anglo-Saxonum conventu, concilio Wintonensi vulgo appellato, universam ecclesiam Anglicanam "donatione decimæ mansionis et omnium bonorum per terram suam" (Wilk. l. c. p. 183, not.) ditavit; cujus tamen donationis verba magna ambiguitate laborant [8].

2. Sed ex verbis conc. Kingisbur. modo laudatis seqvitur, ut seculares viri, maxime optimates (— "dignitatis, excellentiæ, honoris", al.—), tantam ædium sacrarum immunitatem ægre tulerint; unde injuriæ istæ, de qvibus monachi Croylandenses qverebantur, qvæ autem omnes injuriæ non erant [9], facile explicari possunt. Neqve hac regum pietate male provida factum est, ut sacer ordo reliqvis regni ordinibus plane dominaretur. Conciliis, qvæ regum auctoritate cogebantur [10], intererant duces et comites, unde nihil commodi ecclesiæ Anglicanæ concedi poterat sine eorum consensu [11].

3. Quum tantum esset in regibus sacri ordinis studium, haud facile dissensio aliqva Romano antistiti opportunitatem offerre poterat judiciariam potestatem exercendi. Sed Anglo-Saxones pari atqve olim, reverentia et urbem Romam et apostolicæ sedis antistitem proseqvebantur. Anno 855 Æthelwulphus rex cum Alfredo, filio natu minimo, sacrum iter Romam suscepit, et brevi ante Swithinus episcopus Wintoniensis, eidem desiderio satisfecerat. Qvid? qvod Alfredus, puer qvinqve annos natus, cum eo missus est, ut a Leone IV, nescimus ob qvam [12] causam, coronaretur et ungveretur. Tantum jam effecerat exemplum Leonis III eorumqve pontificum Romanarum, qvi post eum reges et imperatores *ultro* [13] coronaverant; et exspectandum erat, illos, quum primum autocratiam sacri ordinis, qvalis in Pseudo-Isidorianis decretalibus instituta erat, vulgo receptam vidissent, jus ipos reges non solum inaugurandi sed constituendi sibi arrogaturos esse.

in Hispania.

Homines christiani diu in Hispania tutam vitam degerant. Subito vero tanta martyrum laudes capessendi cupido, male sana, animos eorum occupavit, ut publice Muhamedi maledicerent, qvo mortis supplicium luerent. Horum omnium Eulogius, presbyter Cordubensis (vid. p. 81) maxima pars erat. Is a. 844 domo exul factus, postqvam plurimos Hispaniæ tractus peragravisset, Cordubam reversus est, ubi jam (a. 851) fanaticum illud mortem oppetendi studium summis laudibus in coelum extulit. Cordatiores qvidem viri id improbabant: episcopi qvidam in concilio Cordubensi [14] a. 852 sanciebant, tales martyres non esse colendos: ipse Princeps edicebat: "ut, qvi [Christianus] blasphemaverit [Muhamedem], flagelletur, et qvi [Muhamedanus] percusserit [christianum], occidatur" (indicul. illuminos. p. 255). Sed hæc æqvitas furorem hominum haud compescebat. Potius, ut narrat Eulogius in epist. ad Wilisindum, "in forum descendentes, hostem fidei repulerunt, detestantes atqve maledicentes *nefandum* et *scelerosum* ipsorum vatem Mahomat, et hoc modo . . . . . testimonium protulerunt: ""virum hunc, qvem vos summa veneratione excolitis, ... *magum*, *adulterum* et *mendacem* esse cognovimus, ejusqve credulos (ɔ: sectatores) æternæ perditionis laqveis mancipandos confitemur"". Qvid mirum igitur, Muhamedanos severe in christianos animadvertisse? Ipse Eulogius, quum Locritiam virginem Muhamedanam fide christiana imbuisset, et, in jus vocatus, Muhamedi maledicere haud desisteret, a. 859 capitali supplicio percussus est.

N o t æ

ad pag. 2—3.

1. *Theophanis* Confessor. chronographia; *Nicephori*, patr. Alex., breviarum historicum; acta conc. Lateranens. a 649; acta conc. oecumenici VI. a 680; al.

2. Sergius ad Cyrum, ap. Mansi Tom. XI, pag. 525; cfr. disputat. Maximi cum Pyrrho pag. 183, Tom. II Opp. ed Combef. Paris 1675, fol.

3. Cyri epistola ad Sergium ap. Mansi Tom XI, pag. 561.

4. Sergii epist. ad Honorium, in actis conc. oecum. VI actionis XIII; ap Harduin. Tom III, pag. 1312.

5. Ibid.: "nihil tamen proprium penitus in hujusmodi nostris rescriptis promulgavimus."

6. Theophan. Chronographia p. 274, ed Paris.

7. Qvadruplex cogitari potest originis Monotheletismi auctor: Athanasius, aut Sergius, aut Cyrus, aut ipse Hiraclius. Si existimes, Athanasium hoc dogma excogitavisse, vel ejus excogitandi causam primum præbuisse, ad annum 629, qvo tempore Heraclius Anthiochenam illam expeditionem faciebat, Monotheletismi origines referas, necesse est. Sed tum ista ἔκθεσις Heraclii tum litteræ illæ Sergii recentiora sunt. Est igitur hæc sententia prorsus relinqvenda. Neqve tamen opus est, ut omnem hanc Theophanis narrationem fabulam habeas. Potius mirareris, si Heraclius, qvod maturius in Armenia egerat, id in medio bello formidoloso Antiochiæ tentare neglexisset. Præterea qvod idem Theophanes tradit, Sergium, quum Hiraclius de ista qvæstione Athanasii ad ipsum scripsisset, Cyrum consuluisse, ejusqve compertam sententiam Monotheleticam suam demum fecisse; hoc et Sergium et Cyrum tales describit, qvales se ante gesserant. Cyrus enim sententiam, de qva ei persvasum erat, Sergio palam fecit, Sergius autem dubius hæsit, qvid ipse crederet; verum simili ratione maturius, quum a Cyro de Monotheletismo qværeretur, egit. Ex his igitur id qvoqve colligere possumus, Sergium dogmatis illius auctorem dici non debere. Cui enim de sententia qvadam persvasum est, is non dubitat, qvid de ea profiteatur, nedum ipsius sententiæ auctor ita agat. Qvod autem J. E. Ch. Schmidt (Handbuch der christlichen Kirchengeschichte Th. 2 S. 347 dicit: „Indessen scheint Sergius's Eifer bey der Sache, und das spätere Benehmen desselben eher dafür zu sprechen, daß dieser vielmehr der Urheber des Ganzen war," id parum recte dictum esse videtur. Namqve studium illud ex eo bene explicari potest, qvod hic, Constantinopolitanus patriarcha, imperatoris volutatem seqvi cogeretur; neqve video eum aliqvid unqvam suscepisse, qvod ipsum dogmatis illius auctorem arguere possit. De eo, qvod semper Mennæ scriptum prætenderit, ipseqve negaverit (not. 5), se propriam aliqvam sentendiam prodidisse, jam diximus. Accedit, qvod hic, primo orto tumultu, protinus censuit: "non oportere de hujusmodi inqvisitione perscrutari." Neqve prætereundum est, eum, novis turbis ortis, Romano antistiti suam in hac lite agendi rationem diligentius exposuisse, rogantem, ut "qvæcunqve super (ɔ: de) his ei fuissent placita, vel si qvid amplius minusve invenisset, significare vellet;" qvod ante hæc tempora nemo patriarcharum Const., præsertim quum de imperatoris voluntate certi essent, a se impetrare potuissent, ut facerent. Jam vero, quum illud Heraclii imperatoris edictum ad Arcadium Cyprium prius scriptum est, qvam Cyrus Monotheletam se præstitit, arbitramur, neqve Sergium neqve Cyrum dogma illud excogitavisse, sed ipsum Heraclium ejus inventorem ducimus. Qvod vel eo probabile fit, qvod hic, testante Sergio, dogmata ecclesiæ bene novit, vel ratione edicti a. 638, qvod, nemini permittens, ut alterutra sententia publice profiteretur, Monotheletismum tamen verum esse disputat, magnopere confirmatur.

8. Ep. Cyri altera ad Sergium (Harduin Tom. III, p. 1339).

9. Ep. Honorii ad Sergium: "unde et *unam voluntatem* fatemur Domini nostri Jesu Christi"; et infra: "non oportet ad dogmata hæc ecclesiastica retorqvere, ut unam vel duas energias aliqvis præsumat Christi Dei *prædicare*."

10. Acta conc. Lateran. a. 649. ap. Harduin Tom. III, pag. 689—933; cf. "epistola encyclica Martini Papæ et synodi Romanæ ad omnes Christi Fideles" (ibid. pag. 933—948).

11. In actione VIII Gregorius, patr. Constant., et cum eo multi episcopi professi sunt, se, melius edoctos, "duas naturales voluntates" in Christo profiteri; imperatorem simul deprecantes, ne Vitaliani nomen ex diptychis deleretur. Qvæ subita animorum conversio, qva et dogmati suo et odio in Romanam cathedram valedicebant, suspicionem movet, hoc magis ex imperatoris voluntate qvam ex fidei animorum sinceritate factum esse.

12. Patres centum qvinqvaginta, qvi huic concilio subscripserunt, "duas naturales voluntates in Christo et duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, incofuse," prædicantes, omnes secus censentes, tam defunctos qvam superstites anathemate percusserunt; qvos inter Sergius, Paulus, Pyrrhus, Petrus, patriarchæ Const., Cyrus, patr. Alex., et Honorius, papa Rom., insignem locum obtinuerunt.

13. *Primo* a. 687; vide exemplar divinæ jussionis Justin. Aug. in confirmatione sextæ synodi Const. (Hard. Tom. III, p. 1477—80): "jussimus præfatas synodalium gestorum chartas in medium adduci, et coram omnibus lectionem eorum fieri: omnesqve diligenter audientes signare fecimus: qvorum auditorum universitas in nostris manibus eas præbuit chartas, *ut debeamus nos tenendo inviolatas conservare ipsas*" cetqve, *iterum* in concilio *quinisexto* a. 692; vide hujus concilii can. 1 (Hard. Tom. III, pag. 1655—58): "iis, qvi rectum veritatis decretum adulteraverant, et unam voluntatem ac operationem in uno Domino nostro Jesu Christo populos docuerant, pia sententia condemnatis: Theodoro, inqvimus, Pharan, Cyro, Alexandriæ, Honorio, Romæ, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, qvi in hac a Deo servata civitate præsiderunt, Macario cetqve."

14. Philippicus Macario et Stephano magistris usus erat.

15. Huc pertinet "testamentum," qvod dictum est, "Muhamedis," ɔ: charta foederis, inter Muhamedem et chnos initi, qvod Pacificus Scaliger, monachus ex ordine Capuzinorum, in monasterio montis Carmel detexit; qvod vero sine dubio parvae fidei est; vide Schröckhii Christlichen Kirchengeschichte, Th. 19, pag. 395. seqq.

16. Interea Manichæismum bini fratres, Paulus et Johannes medio fere sæculo VII in Syria tradebant, et Constantinus qvidam, sub nomine Silvani, comitis Pauli, in Armenia longe lateqve spar-

qvam est reticenda, qvæ, majorum statuta præteriens, omnem ecclesiæ ordinem perturbavit; dum alii *per ambitum* sacerdotium appetunt, alii *oblatis muneribus* pontificatum assumunt."

13. *Usualis*: qvi in usu est.

14. *Orarium*: stola sacerdotis, qvod alii derivant ab *ora*, extremitate vestium, alii dici perhibent, qvod oratoribus, i. e. prædicatoribus concederetur.

15. *Planeta*: est vestis sacerdotalis, qvæ totum corpus tegit, casula, cappa, pallium, ita dicta "qvod oris errantibus evagatur." (Du Change l. c. T. V, p. 839—40).

16. *Alba*: "vestis, s. tunicæ species, a candore sic nuncupata, linea et stricta, qvæ Camisia dicitur et Poderis et Talaris et Subucula." (Du Chang. l. c. Tom. I, pag. 270—71).

17. Conc. Matiscon. a. 581, c. 5.

Notæ ad pag. 20—21.

1. Henschenius, Act. Sanctor., Tom. I, p. 837.

2. Bed. IV, 11. "admonuitque conjugem, ut vel tunc divino se servitio pariter manciparent: quum amplius *pariter* mundum amplecti, vel potius mundo servire non possent." Neqve tamen hæc mulier conjugis exemplum secuta est.

3. *Religio*: vita monastica.

4. Conc. Tolet. IV, c. 49: monachum aut paterna devotio aut propria professio facit. Qvicqvid horum fuerit, alligatum tenebit;" cfr. conc. Tolet. X, c. 6.

5. Conc. Tolet. X, c. 6. "certe aut nolentibus vel nescientibus." Neqve opus erat, ut inter ambos parentes conveniret de liberis suis monasticæ vitæ consacrandis. Sufficiebat, si unus horum hoc vellet (ibid.).

6. Vid. Planck, Gesch. d. chr. kirchl. Gesellschafts Verfassung, B. 2. S. 474—77.

7. ibid. p. 485—86. „Vielleicht darf man daher bey mehreren Klöstern mit Recht annehmen, daß der Zeitpunkt, wo ihr Wohlstand zu steigen aufhörte, mit jenem zusammenfiel, wo ihnen die unbedachtsamme Frömmigkeit mit vollen Händen andere Reichtümer zuzuwerfen anfing, bei denen sie nur die Mühe des Nehmens hatten: den von dieser Zeit an hörten die Mönche allmählig zu arbeiten auf, und die Zwellgerey des Müssiggang, der sie sich nun überliessen, verschwendete im kurzem weit mehr, und machte in die Ersparnisse ihres alten Fleißes und ihrer alten Mäßigkeit größere Lücken, als die Freigebigkeit der blindesten Andacht ersetzen oder ausfüllen konnte."

8.a) Ibid. p. 449. sqq.

8.b) v. c. potestatem "monachos ad conversationem sanctam promonendi, abbates aliaqve officia instituendi atqve extra regulam facta corrigendi." Sic qvoqve concilium Emeritens. c. 11 "visitandi" provinciam episcoporum sacram fore jubet, et abbatibus monachisqve præcipit, ut visitantem episcopum "digne suscipiant et, prout habuerint aut ratio permiserit illi, qvæ fuerint necessaria præparent."

8.c) "Nuntratum est præsenti consilio" patres conc. Tolet. IV, inqviunt, "qvod monachi episcopali imperio *servili operi mancipentur*, et *jura monasteriorum* contra instituta canonum illicita præsumptione *usurpentur*, ita ut pæne *ex coenobio processio fiat* atqve allustris portio Christi ad ignominiam servitutemqve perveniat." Ac vicesimo secundo anno post episcopi, qvi concilio Tolet. IX intererant, hæc ingenue testantur: "fieri plerumqve cognoscitur, ut..... sacra monasteria ita qvorundam episcoporum vel insolentia vel incuria *horrendam desidant in ruinam* ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus moeror, qvam in construendo gaudii exstiterit labor" (can. 2).

9. Vid. pag. 23.

10. ɔ: gerere, exercere.

11. Planckius l. c. p. 507 interpretatur „feyerliches Hoch-Amt halten;" explicatur autem verbis qvæ seqvuntur: "celebrato divino mysterio."

12. *Benedictio*, qvæ proprie consecratio est, etiam omne id est, qvod inter benedicendum percipitur; h. l. *victus*, epulæ.

13. Legitur hoc in privilegio Chilperici regis, monasterio S. Stephani a 717 datum. Cfr. qvæ de his regum privilegiis copiose disseruit Planck l. c. p. 511—26.

14. Vid. hujus libri Part. I, p. 37.

15. Hanc proprio libro exposuit, vid. pag. 23.

16. Conc. Tolet. IV, c. 49: "Proinde his ad mundum reverti intercludimus aditum et omnem ad seculum interdicimus regressum;" cfr. VI, c. 6; X. c. 6.

17. Isidorus habet: "strenua," quod rectius esse videtur.

18. *Districtio*: poena.

19. Hinc prohibere conabantur, ne ejus convincerentur; qvod prævidentes patres hæc addiderunt: "qvisqvis autem vel *abolitione tonsuræ vel secularis vestis assumptione* detectus fuerit attegisse transgressionem, et excommunicationes censuram accipiat, et religioni semper inhæreat."

20. Postestative ɔ: violenter.

21. Planckius l. c. p. 491—94.

22. Cfr. Bed. III, 26: "in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus; ita ut ubicunqve clericus aliqvis aut monachus adveniret, gaudenter ab omnibus *tanqvam Dei famulus* exciperetur etc."

23. Holstenius hoc decretum Bonifacii IV primus edidit in coll. Rom. Tom. I, p. 242, et Labbè alteram ejus recensionem, ex veteri Codice S. Symphoriani Metensis descriptam, postea publici juris fecit. Utrunque legitur in Hard. conc. Tom. III, p. 543—44. C. W. F. Walch (Entwurf einer vollständigen Historie der römischen Päbste, S. 143, Anm. 1) et Fabricius (biblioth. Latin. med. et infim. ætat. vol. I, pag. 705, seqq.) decreti hujus authentiam in dubium vocarunt. Neqve tamen mihi videntur satis ante oculos habuisse vel singularem rationem, qua Anglo-Saxones ad sacra Christi adducebantur, vel testimonium Bedæ (l. c. II, 4) afferentis, synodum Romæ tunc temporis habitam, ejusque mandata per Mellitum in Britanniam delata fuisse.

Notæ ad pag. 22—23.

1. Bed. l. c. I, 17: "ante paucos sane adventus eorum (ɔ: Anglo-Saxonum) annos."

2. Cfr. *Warnerii* ecclesiastical history of England, Tom. I, p. 30, et *Cavei* histor. litter. scriptor. eccles. Vol. I, p. 310.

3. Vid. Hard. l. c. Tom. III, 1081, in actis concilii oecumenici VI.

4. v. c. conc. Tolet. III ("ex Patre et Filio procedens)," IV, VI ("de Patre et Filio procedens") VIII, conc. Emerit., conc. Tolet. XI ("ab utrisque"), conc. Bracar. III; conc. Tolet. XII, quo postremo loco additur: "cum Patre et Filio adorandus."

5. Exstat integer codex legum Visigothorum XII libros complectens, in P. Georgisch Corp. jur. Germanici antiqvi pag. 1198—1848.

6. Ina rex plurimas leges tulit.

Notæ ad pag. 24—25.

*. Nobis haud propositum est historiam conciliorum scribere, sed hæc tantum recensere, ut historian hujus ævi, supra enarratam, legentes seriem conciliorum, qvorum acta sæpissime laudavimus, ante oculos habeant. Hac tamen occasione simul usus sum, ut, si qva memoratu digna in conciliis gesta sed a nobis silentio prætermissa essent, hæc breviter in his ipsis notis perstringeremus.

1. In qvo Theodorus, Romanus, Monotheletismum damnavit; vide p. 2. sub. a. 648 (Anastat. in vita Theodori).

2. In qvo Paulus, episc. Thessalonicensis, Monotheletismi laudes pronuntiavit, ob qvas a Martino I catholicæ ecclesiæ communione indignus declaratus est; sed nobis non constat, qvid postea factum sit (Mansi supplem. concil. Tom. I, p. 483).

3. Congregatum a Mansveto, episcopo Mediolan., et celebratum sub regibus Pertario et Kuniperto, qvorum in actis concilii mentio fit. Exstat præter epistolam Mansveti ad Constantinum imperatorem, — qvem adhortatur, ut neqve "antiqvorum patrum statuta" ulla ratione "convelli permittat," neqve "eorum inflationibus acqviescat, qvi audacia dialecticæ artis inflati, cothurnata cervice, buccis tumescentibus, sinosis circumitionibus et flexuosis ambagibus, phaleris verborum pompisqve sermonum.... simplicem fidei rationem convellere vel temerare velint" — expositio fidei patrum Mediolanensis synodi" ap. Hard. l. c. Tom. III, p. 1081—84.

4. In qvo episcopi qvidam schismatici qvintum synodum oecumenicum ob damnata tria capitula damnarunt. Qvod haud commemorarem, nisi ex eo appareret, qvam esset sedis Romanæ, qvintum synodum oecum. valde reverentis, auctoritas in partibus Longobardorum plane nulla. Hoc igitur confirmatur, qvod nos pag. 7, nr. 2 diximus.

5. In hoc Wilfridus ille coram Johanne VII comparuit, causam suam contra accusatores Brithwaldi dicens (vide p. 11 sub fin. Imæ columnæ hujusqve not. 14).

6. In hoc Philippicus Bardanes Monotheletismum sanciri jussit (vid. pag. 2 sub fin.).

7. In hac synodo, a Gregorio II celebrata, multa de illicitis matrimonii gradibus sancita sunt, qvorum in proximi ævi historia mentio erit.

8. In hac synodo, cui præsidebat Aridius, ep. Lugdun., Desiderius, ep. Viennensis, Brunnechilda regina instigante, depositus est. Videlicet Desiderius Brunnechildæ invidiam sibi contraxerat, qvod mores hujus mulieris acerbe vituperaverat. Hoc igitur concilium novo id exemplo confirmat, qvod p. 12—13, nr. 3 de summa vi principum, in conciliorum rationibus conspicua disputavimus.

9. De qvo vide pag. 20, II.

10. In hoc Dagobertus rex "immunitatem loci (ɔ. monasterii) sancti Dionysii et omnium, qvi se sanctæ basilicæ tradere voluerunt," rogatu Aigulfi abbatis iterum confirmavit. Antea enim "in generali placito suo" idem constituerat; vide Harduin. l. c. III, p. 2086. Igitur actis hujus synodi ea confirmantur, qvæ nos pag. 21, III sub finem tradidimus.

11. In hoc concilio, qvod nonnulli (v. c. Cave), referunt ad a. 851, alii (v. c. le Cointe) ad a. 854, plurima ad disciplinam ecclesiæ conservandam sancita sunt. Sed, qvod hisce gravius esse censeo, præsentes episcopi epistolam ad absentem Theodosium, episcopum Arelatensem, qvi in hac synodo comparere noluerat, scripserunt, in qva illi, multorum criminum reo, munere suo "usqve ad aliam synodum interdixerunt" (Hard. l. c. p. 952). Itaqve hoc exemplo ea confirmantur, qvæ pag. 16, c, nr. 2 disputavimus.

12. In hac "episcopi aliqvot gradu dejecti, sanctus Leodegarius Augustodunensis capitali sententia ...... *a rege Theodorico* damnatus est" (Hard. l. c. p. 1787—88). Haud enim ab ipsa synodo episcoporum damnatus est, sed "seorsim a rege" qvæsitus, Chrodoberto, qvi tunc comes erat palatii, traditus est, a qvo jussu "tyranni" gladio percussus est (ibid). Hæc autem afferenda esse duximus, ut appareat, qvam omnia, ad sacrum ordinem pertinentia, turbulenter et contra canonicum ecclesiæ ordinem per hoc ævum in Gallia agerentur.

13. Convocabatur hoc jussu Ethelberti regis, qvi in eodem monasterium, ante breve tempus ab Augustino, archiep., conditum, "per ipsum b. Augustinum Deo et monachis..... cum donatione ejusdem *tradidit, atqve perpetua libertate donavit,*...... et monachis *Petrum* monachum *ad abbatiam præposuit*" (Wilkins conc. Magnæ Britanniæ Tom. I, p. 28). Habes igitur exemplum eorum, qvæ nos pag. 13, nr. 7, attulimus. Ceterum hæc synodus celebrata est ex voluntate ipsius Augustini, et ejus qvidem suis monachis nullas injurias inferentis. Itaqve qvæ pag. 20, nr. 2 sub fin. disputavimus, de primæva ecclesia Britanniæ non valent. Enimvero "libertas," isti monasterio ab Ethelberto rege concessa, ad gentilium furorem respicit.

14. Hæc synodus, "a discipulis S. Gregorii [I] constituta et ordinata," egregium præbet obseqvii, qvo Anglo-Saxones a primis inde religionis traditæ temporibus Romanis scitis parebant, exemplum. Vetabatur enim, ne qvis "in tertia generatione propinqvam" uxorem duceret (Wikins l. c. p. 29).

15. Gravissimum certe hoc concilium dicendum, in qvo studiis Theodori archiepiscopi multa sancita sunt ad justam ecclesiæ disciplinam aut instituendam aut confirmandam; v. c. cap. 2: "ut nullus episcoporum parochjam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis," cap. 3: "ut nulli episcoporum liceat monasteria in aliqvo inqvietare," cap. 4 adversus monachos vagos, cap. 5 de stabilitate sic dicta clericorum, cap. 7: "ut Kalendis Augustis in loco, qvi appellatur Clofeshoo, semel in anno congregremur" sc. ad synodum celebrandam. In hoc tamen ultimo capitulo discesserunt a canonica synodorum, bis qvotannis habendarum, ratione. Sed fatentur ipsi, synodum bis qvotannis congre-

gari debere, sed, "qvia diversæ causæ impedirent," semel tantum celebrandum esse. Itaqve nostra verba p. 16, c, nr. 3, hisce non tam refelluntur, qvam confirmantur (vide Wilkins l. c. p. 41—43).

16. De qvo vide, pag. 22, II.

17. Hæc synodus etiam Twifordensis dicitur, qvia "juxta fluvium ""Alne,"" in loco, qvi dicitur ""Twiford,"" habita est. Præsidebat ei Theodorus, qvi Cuthbertum, episcopale munus respuentem sed ab Egfrido rege "invitum ad synodum pertractum, episcopatus officium suscipere compulit" (Wilkins l. c. p. 55—56).

18. Gravissimum sane concilium, in qvo pius rex Withredus ecclesiam ab omni laicorum injuria immunem reddere conatus est, neqve non archiepiscopis liberam episcopos eligendi potestatem concessit (Wilkins l. c. p. 56—57).

19. Celebrabatur hæc synodus sub Withredo rege et Brithwaldo archiepiscopo. Tractabantur autem res tam civiles qvam sacræ, qvas inter commemorare satis habeo cap. 1: "ecclesia fruatur immunitate et tributis," cap. 10: "de opere servili non præstando" a vespera diei solis post occasum ejus usqve ad occasum vesperæ diei lunæ, cap. 14: "si servus diabolis offerat, sex solidos compenset vel cutem suam;" his enim illustrantur, qvæ nos pag. 13, nr. 5 et pag. 14, nr. 3 disseruimus.

20. In causa Wilfridi, vid. not. 14 ad pag. 11.

21. "In qvo Aldhelmo, abbati,..... præceptum est, ut librum scriberet adversus errorem Britonum in paschate celebrando" (Bed. V, 18; cfr. Wilkins l. c. pag. 66).

22. In causa Wilfridi, vide not. 14 ad pag. 11.

Reges

23. in regni *Northanhymbrorum:*

Ceolwulfus (ab. a. 729) post duos annos captus, in monasterium detrusus est. Sed brevi post elapsus, regnum recepit. Qvo se octavo post anno abdicans, a. 737 in monasterium secessit.

Eadbertus a. 758 hoc Ceolwulfi exemplum secutus est.

Oswulfus post unum annum a rebellibus civibus occisus est.

Edilwoldus, a proceribus rex constitutus, post multas calamitates a. 765 sceptrum tradidit

Alchredo, qvi ipse, hostibus undiqve cinctus, ad Pictorum regem confugit.

in regno Merciorum:

Ethelbaldus, sub Ceolredo († 716) patria profugus, diu apud Guthlake, eremitam, degit. Rex factus multa sapienter instituit, multa scelera commisit. Tandem in bello intestino occasus est a. 757.

Beonredus, qvi arma contra Ethelbaldum ceperat, post paucos menses pulsus est. Qvo facto *Offa* thronum ascendit.

In regno Occidentalium Saxonum.

Ina † 728.

Athelardus cum *Oswaldo* († 730) regnabat ad a. 730.

Athelardus contra Mercios infeliciter dimicabat († 741).

Cuthredus, frater ejus, contra cives rebelles et Mercios infeliciter certabat. † 754.

Siqeberchtus, a proceribus, Cynewulfum regem creantibus, solum vertere coactus, in fuga occisus est.

Cynewulfus.

Notæ ad pag. 26—27.

1. Germanus, patr., in ep. ad Thomam Caudiopolit. hæc dicit: "Domini autem secundum carnem visionis imaginibus formari characterem in redargutionem qvidem est hæreticorum, qvi phantasia et non veritate hominem eum factum maledice perhibent."

2. Operæ pretium est Germanum de hac re dicentem audire. Hic enim melius non habet argumentum, quod isti crimini opponat, qvam hoc, "patres Judæorum ad idola prolapsos fuisse," Muhamedanos autem etiamnum lapidem qvendam inanimatum, qvi Chobar dicitur, colere. Qvo haud scio, an qvicqvam cultus imaginum impietatem melius arguere possit.

3. Vid. J. E. Chr. Schmidt, Handbuch der chr. Kirchengesch., Th. 5, S. 256.

4. Thomas ille imagines ædibus sacris amovebat.

5. Scripserat Leo "Ozias, rex Judæorum...... serpentem æneum e templo ejecit," Oziam cum Hiskia confundens; sed Gregorius II. hunc errorem, qvem non intellexit, novo auxit, dicens: "Vere et Ozias frater erat tuus, et eadem erat, qva tu, pertinacia præditus, illiusqve temporis sacerdotibus vim afferebat, ut tu facis. Illum siqvidem serpentem sanctificatus David (!?) una cum arca sancta in templo evexit" (vid. Harduin. T. IV, p. 7).

6. Vid. Anastatii vit. Gregor III, in Murator. rerum italicar. scriptor. T. III. p. 158, unde verba ista, in textu signo citationis inclusa, descripta sunt.

7. Oecumenicum hoc concilium fuisse, Pontificii scriptores negant, siqvidem neqve Romanus pontifex, neqve reliqvi tres Orientis patriarchæ ei interessent. Sed observandum est, hos, ne venirent, a Saracenis impeditos fuisse, illum autem, qvod secus ac imperator de imaginibus judicabat eiqve parere nolebat, præsentem non fuisse.

8. Proprie hæc synodus Hieræ e regione Constantinopolis celebrata est; qvod vero ultima ejus sessio Constantinopoli agebatur, Constantinopolitana synodus dici solet.

9. Acta hujus synodi de industria abolita sunt; sed eorum nonnulla actis concilii a. 787 inserta sunt, ex qvibus hæc novimus.

10. Verba Cavei, histor. litter. p. 410.

11. Vid. Assemanni bibliotheca orient. Tom. II, pag. 111.

12. Vid. de hac re J. M. Schröckh, Christl. Kirchengesch., Th. 19, pag. 317 seqq.

Notæ ad pag. 28—29.

1. "Qvem viri Romani, seu omnes populi a magno usqve ad parvum, divina inspiratione permoti, *subito* eum, dum ejus decessor de hoc sæculo migrasset, dum ante feretrum in obseqvio sui antecessoris esset intentus, *vi abstollentes* in Pontificatus ordinem abstulerunt" (Anast. p. 158).

2. Hic a multis *tertius Stephanus* appellatur, siqvidem presbyter qvidam ejusdem nominis a populo electus esset; qvi vero tertio post die ante obiit, qvam consecratus erat (Anastat. p. 165).

3. "*Primicerius*" inter multas significationes etiam dignitatem

in ecclesiis Cathrodalibus denotat. (vid. Du Change Glossar. Tom. V, p. 834—36).

4. "Sacellarius" est fisci custos, ex sacco: fisco, thesauro.

5. "Simulaverunt se monachos fieri, seseque absolvi ab eodem Constantino petierunt, in monasterio Salvatoris Domini nostri J. Christi proficisci asserentes, illic monachicum fore suscepturos habitum. Susceptoqve ab eodem Christophoro Primicerio sacramento, ita illis credens eos absolvit" (Anast. in vita Steph. IV. (ɔ: III) p. 174).

6. Hunc alii Stephanum IV. nominant; cf. not. 2.

7. "Constantinus, dum deductus ad medium esset, et magna pondera in ejus adhibentes pedibus in sella muliebri sedere super eqvum fecerunt." Posthac in coetu qvodam clericorum, "Maurianus subdiaconus orarium de ejus collo abstulit, et ante pedes ejus projecit, et compages ipsius abscidit." His injuriis affectus "in monasterium Cellanovas retrusus est." Sed paucis post diebus milites qvidam "cum ex ipso ejicientes monaterio, ejus eruerunt oculos, et cæcum in platea jacentem reliqverunt". (Anast. p. 175—76).

8. "Passivum, oculis privatum, in monasterium S. Silvestri direxerunt." (ibid.)

9. "Theodorum comprehendentes, eruerunt oculos et lingvam illi crudiliter amputaverunt." Qvibus factis "cum in monasterio Clivi Scauri retrudi fecerunt, ubi fame et siti cremans, clamansqve aqvam, ita exhalavit spiritum" (ibid.)

10. "Debeat nobilitas tua ei (ɔ: exarchæ Ravennat.) adhærere, et cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctæ Reipublicæ in *imperiali servitio* dominorum, *filiorum nostrorum* Leonis et Constantini, magnorum imperatorum, ipsa revocetur Ravennatum civitas, ut zelo et amore sanctæ fidei nostræ in statu reipublicæ et *imperiali servitio firmi persistere*, domino cooperante, valeamus" (Baronii annal. ad. a. 726, nr. 27).

11. Chronogr. pag. 342 sq. ed Paris.

12. Annal. P. IV., pag. 217 ed. Ven.

13. Annal. lib. XV, c. 4, pag. 104 seq. Tom. II. ed. Paris.

14. Compend. historiar. p. 457, ed. Paris.

15. "Cum tu nos defendere minime possis" (Harduin. IV, p. 11).

16. Verba græca hoc sunt: ὃτι κατὰ καιρὸν ἐν Ῥώμῃ δια την ἑιρήνην καθεζονται; igitur legendum est: *Romæ*.

17. Hæc intelligi debet de iconodulis, qvos Leo durius tractabat. Ipsa epist. legitur Harduin. l. c. Tom, IV, p. 1 seqq.

18. Hisce addi debet, qvod Anastat. l. c. p. 160 narrat: "Item Imaginem Sanctæ Dei Genetricis antiqvam deargentavit, ac investivit argento mundissimo, pens. lib. qvinqvaginta."

19. Theophan. l. c. p. 343; Cedren. l. et l. c.

20. Hoc seqvi videtur ex verbis Anastat. l. c. p. 164: "post hæc [Constantinus V.] *reqvirens* missum apostolicæ sedis, qvi ibidem *in tempore perturbationis* contigerat advenisse." Qvod si enim hic missus Zachariæ, ut testis est Anastatius l. c. (— "simulqve et aliam suggestionem dirigens Serenissimo Principi Constantino —") Constantinum Imp. adire voluisset, cur Constantinopolim, qvam urbem Artabasdus obsessam tenebat, venit, neqve potius Constantinum extra urbem degentem adiit?

21. Adde Anast. l. c. p. 164: "Hic fecit vestem super altari B. Petri ex auro textam, habentem Nativitatem Domini Dei et Salvatoris nostri J. Christi, ornavitqve eam gemmis pretiosis."

22. Anast. l. c. p. 166: "et dum hæc agerentur, conjunxit (ɔ: venit) Romam Johannes, Imperialis Silentiarius (ɔ: qvi ad cubiculum Principis excubias agit, cavetqve, ne qvodpiam murmur excitetur), deferens eidem sanctissimo pontifici regiam jussionem cetqve."

23. Addendum est, eum "sæpius suos Missos cum apostolicis litteris Constantino et Leoni Augustis direxisse pro restituendis confirmandisque in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus" tam Christi qvam Mariæ, apostolorum "omniumque Sanctorum Prophetarum, Martyrum et Confessorum." (Anast. l. c. p. 173).

24. Forum Julii (Friuli) sedes erat metropolitæ Aqvilcæensis.

25. "Atqve sic ad tantam compunctionem piis monitis [Luitprandus] flexus est, ut qvæ fuerat indutus, exueret, et ante corpus Apostoli poneret, *mantum*, *armilausiam*, *balteum*, *spatam* atqve *ensem* deauratum, nec non *coronam* auream et *crucem* argenteam."

26. Anast. l. c. pag. 161: "qvi in hac Romana sede, eodem Rege (ɔ: Luitprando) perseqvente, refugium fecerat;" neqve Luitprando reddebatur; sed cum magno Romani ducatus exercitu plures tractus occupabat.

27. Ipse Trasimundus, postqvam ducatum suum recepisset, "noluit implere, qvæ Pontifici et Patricio simul et Romanis promiserat pro recolligendis IV civitatibus, qvæ pro eo perierant, et aliis, qvæ spoponderat capitula;" unde majus Romanæ sedi periculum imminebat.

28. "Nam et Sabinense patrimonium, qvod per annos fere triginta fuerat ablatum, atqve Narniense etiam et Auximanum atqve Anchonitanum nec non et Numatriatense et vallem, qvæ vocatur magna, sitam in territorio Sutrino, per donationis titulum ipsi B. Petro, apostolorum principi, *reconcessit*" (Anast. l. c. p. 162).

29. ibid.

30. Anastat. in vita Steph. III (ɔ: II) p. 167.

31. Haud dubie, qvod Carolus in bello suo contra Mauros foedus cum Liutprando inierat.

32. Cod. Carol. ep. 1 et 2.

33. Addit: "ad regnum;" qvod si explicandum sit ex annal. Metens.: "epistolam qvoqve [ex] decreto Romanorum principum sibi (ɔ: Carolo Martello) prædictus præsul Gregorius miserat. qvod sese populus Romanus, *relicta Imperatoris dominatione*, ad suam (ɔ: ejus) defensionem et invictam clementiam convertere voluisset," diserto testimonio possimus contendere, Gregorium cum toto populo Romano ditioni Caroli Martelli se commisisse; sed fieri potest, ut legendum sit "ad rogam s. rogum" ɔ: rogandi causa vide Cenni, monumenta dominationis Pontificiæ, Tom. II, in not. 9 ad epist. 1mam libri Carolini p. 22.

34. "*Burchardus*, Wirzeburgensis episcopus, et *Folradus*, Capellanus, missi fuerunt ad Zachariam Papam interrogando de regibus in Francia" (annal. Loiselian. ad, a. 749).

35. Omnes fontes hunc annum non habent. Sic annales Metenses hanc legationem ad a. 750 referunt (scriptor. Francorum edit. Du Chesne Tom. III, p. 275). Cl. Bredon in not. 13 ad prim. cap. Eginhard. vitæ Carol. M. suspicatur, annos duos propter rerum gestarum defectum ab auctore annalium (Loisel. vid not. 34) omissos esse, librarium vero, diligentem ordinem numerorum haud secutum, post a. 748 scripsisse a. 749, itaqve legendum esse 751 pro 749. Omnino talis numerorum discrepantia levior est, quam ut qvid inde contra axiopistiam scriptorum effici possit; qvod tamen Eckhardus (comment. de rebus Franciæ Orient. et episc. Virceb. Tom. I. p. 511 seq.) facere non dubitavit.

36. Annal. Loiselian. l. c.

37. Anastat. p. 168 "Unde [Aistulphus] ut leo dentibus fremebat, pro qvo et diversis vicibus suos satellites ad eum clam misit, ut eum qvoqvo modo a tali intentu declinarent."

38. Anast. p. 169 "Pipinus nimis festinanter in ejus adventi occursum unacum conjuge, filiis etiam et Primatibus ..... Ipseqve in palatio suo in loco, qvi vocatur Ponticone, ad fere trium millium spatium descendens de eqvo suo cum magna humilitate *terræ prostratus* unacum sua conjuge, filiis et optimatibus eundem Sanctissimum Papam suscepit."

39. Annal. Metens. ad a 753: "sqventi vero die una cum clero suo *aspersus cinere* et *indutus cilicio*, *in terram prostratus*,

nedicti II, postea *Sergii I* sententiam in medium protulisset; "Alfrido surgebant cristæ, adeo ut archiepiscopo diceret: si præcipis, pater, opprimam eum per violentiam" (Wilkins l. c. p. 68), patres autem eum rogabant, ut "ipse voluntate sua possessionibus et episcopatu cederet." Qvod hic facere recusans, qvarta vice Romæ coram *Johanne VII* causam suam dicebat, præsentibus accusatoribus, a Birthwaldo missis, et tanta qvidam dexteritate, ut, "septuaginta conciliabulis" per IV menses de hac causa habitis, judices "*damnarent missos* (ɔ: accusatores) *dignos carcere, missorem* (ɔ. Brithwaldum) *argverent stultitiæ, Wilfridum prounnciarent exsortem ab omni crimine*" (ibid. p. 66). De his autem pauca accuratius enarranda sunt. Comparentem Wilfridum Bonifacius, "consiliarius apostolici Papæ, et alii perplures, qvi eum temporibus Agathonis viderant," ita reliqvis commendarunt, ut "omnes unacum ipso Pontifice dicerent: virum tantæ aucthoritatis, qvi per XL prope annos episcopatu fungebatur, neqvaqvam damnari debere, sed ad integrum culpis accusationum absolutum, patriam cum honore reverti" (Bed. V, 20). Itaqve non solum Wilfridus criminum absolutus est, sed "scriptum est a præfato Papa regibus Anglorum Æthilredo et Alfrido, ut eum in episcopatum suum, eo, qvod injuste fuerit condemnatus, facerent recipi" (ibid.); qvæ epistola legitur ap. Wilkins concil. magn. Britann. Tom. I, p. 68—69. Ex hac autem qvædam excerpamus, ut appareat, qvantum auctoritatis sedis Romanæ antistes sibi jam arrogaret. Dolet primum, Theodorum Cantuariensem decretis priorum pontificum in causa Wilfridi haud "obviasse" (ɔ: obsecutum fuisse), deinde Brithwaldum "commonet," ut synodum de eadem convocet, et, si fieri possit, "rem determinet," sin minus, "moneat eos ad sedem apostolicam accurrere, ut majori concilio decidatur, qvod hactenus terminari non potuit." Jam vero addit: "sciat autem, qvod qvicunqve venire contempserit, seipsum *dejectioni* submittit, nec hic nec ibi pro episcopo amplius suscipiendus." Deniqve hortatur reges, ut "faciant concursum, ut" hæc ejus mandata "perveniant ad effectum;" et his verbis finem epistolæ imponit: "qvicunqve autem *cujuslibet personæ* audaci temeritate contempserit, non erit a Deo impunitus, neqve sine damno coelitus alligatus evadet;" verba sane qvidem insolentissima, qvæ animos Anglo-Saxonum regum atqve principum, libertatis suæ ante hoc tempus satis studiosorum, facile tanto dolore afficere potuissent, ut pontificium jugum plane excutere decrevissent, nisi nonnulla accidissent, qvæ Wilfrido et Romano pontifici victoriam parabant. Wilfridus enim ut rediit, pietate Ethelredi, et Coenredi, regum Merciorum (vid. pag. 8, col. 4.), prudentia Brithwaldi, sibi injuste factorum conscii et graviora incommoda timentis, superstitione deniqve ipsius Aldfridi, morbum, qvo corripiebatur, ad "meritum inobedientiæ" suæ referentis, factum est, ut concilium Niddense a. 705 cogeretur; in qvo "omnes episcopi et rex cum suis optimatibus puræ pacis concordiam cum Wilfrido episcopo inirent, reddentes ei duo optima coenobia, in HRypis et in Hagustaldense cum omnibus reditibus suis" (Wilkins l. c. p. 68).

Haud tamen præterundum est, episcopos hujus concilii "restitisse," ac noluisse spreta auctoritate Theodori et Egfridi ea, qvæ antea judicaverant, "immutare," neqve prius cessisse, qvam Aelfleda (vid. pag. 8, col. 4) abbatissa dixisset: "Alfridus votum vovit Deo et sancto Petro, dicens: si vixero, omnia judicia apostolicæ sedis, qvæ antea renui audire, de beato episcopo Wilfrido implebo," Brithwaldus autem suorum juribus ita defuisset, ut diceret: "his coepiscopis meis e duobus ab apostolica sede judiciis optio datur, utrum voluerint, eligant; ut aut cum Wilfrido episcopo pacem plene perfecteqve ineant, et partes ecclesiarum, qvas olim ipse regebat, sicut sapientes mecum judicaverint, restituant; aut si hoc optimum noluissent, omnes simul ad apostolicam sedem pergerent, ibiqve majori consilio dijudicentur" (Wilkens p. 67).

Hac igitur sedis Romanæ victoria nulla major dici aut cogitari potest. Namqve ipse præsul ecclesiæ Britannicæ, cujus tamen multum intererat, ut pontificiæ dominationis immunis fieret, hujus judicio et se et omnes, qvotqvot pontificiis decretis resisterent, episcopos subjecit. Enimvero Wilfridus injuste tractatus erat. Ethelredus rex, jam monachus factus, Coenredum tanta sedis apostolicæ reverentia imbuit. Itaqve Brithwaldus, potentes nullos viros causæ suæ patronos habens, cedendum sibi esse putabat.

15. Qvi hoc sensim factum sit, non hujus loci est recensere. Sufficit afferre verba qvædam ex Vigilii papæ epistola ad Profuturum Bracarensem: "sancta ecclesia Romana *primatum tenet omnium ecclesiarum*, ad qvam tam summa episcoporum negotia, judicia et qverelæ, qvam et majores ecclesiarum qvæstiones, qvasi ad caput referenda sunt." Vide, qvæ de authentia hujus epistolæ disputaverunt Baluzius (dissert. de antiqv. collect. can. cap. VI, §. 2) et Cenni (antiqv. Hisp. Tom. I, p. 246).

16. Noch im Jahrhundert des Isidorus, ungefähr im Jahr 693, wurde eben die Samlung, die recensirt worden sind (ɔ: die isidorische Samlung) mit betrachtlichen Zusätzen vermehrt, denn eine sehr alte wienerische Handschrift und andere mehrere schieben nach der ersten Synode zu Braga . . . . . neun Toledersynoden hinein, nehmlich die fünfte bis zur dreizehnten, nach den Capitteln des Martin von Braga eine bragische Synode vom Jahr 675. Man setzt diese Vermehrungen in das Jahr 683, weil das jüngste Dokument von diesem Jahr ist, und schon die im Jahr 684 gehaltene Toledersynode fehlt. ([Spittlers] Geschichte des kanonischen Rechts bis auf die Zeiten des falschen Isidorus, Halle 1778, S. 216).

17. Jugitas: diuturnitas, perpetuitas, continuitas (du Change).

18. Conc. Tarrac. c. 7; Gerund. c. 10; Emerit. c. 2.

19. Conc. Tolet. V, c. 1.

20. Conc. Tolet. X.

21. Ildephons. de viris illustrib. 8.

22. Vid. subscript. conc. Tolet. XVI.

23. Conc. Tolet. VII, c. 6; XIII, c. 8; Emerit. c. 6.

24. Vid. Lembke, l. c. Th. 1, Abth. 2, S. 140.

25. Lembke l. c. p. 143 ex Braulion. ep. 21.

26. Leo II in prima sua epistola ad episcopos Hispaniæ, qvæ legitur ap. Hard. l. c. III, p. 1729—31, magna usus est verborum delectu. Asserit qvidem, se, "licet imparem, vicem (ɔ: vice) tamen Apostolorum principis fungi," et affirmat, "a Petro christianæ fidei descendere veram traditionem;" sed nullum aut sibi aut sedi suæ arrogat jus imperandi aut mandandi. Tantum monet "hanc (ɔ: Romanam) sanctam, ecclesiarum omnium matrem ecclesiam, apostolicam sedem pro evangelica atqve apostolica traditione usqve ad victimam desudavisse semper et desudare," neqve qvicqvam jubet aut mandat, sed dicit, se acta conc. oecumenic. VIti ad Hispanos missurum esse, "si hoc et vestra bonis studiis fervens caritas delectatur," atqve "*hortatur*," ut "subscriptiones suas subnecterent." In altera ad Qviricum, episcop., epistola (ap. Hard. l. c. 1732), hunc "fratrem dilectissimum" appellat, hortaturqve: "cui (ɔ: edicto Imperatoris Græci de canonibus conc. VI servandis) providentiam atqve concursum omnem exhibeat vestra in Christo dilectio;" huic deniqve "benedictionis (ɔ: doni) gratia crucem, clavem habentem de sacris vinculis S. Petri," misit. Præterea tum ad Simplicium comitem tum ad Ervigium regem de hac re scribendum esse duxit, illum rogans, "ut evangelicæ atqve apostolicæ prædicationi manum suffragando porrigeret," eidemqve simile donum mittens. At vero tot ambagibus Leoni haud opus esset, si Hispaniæ antistites nunc, ut olim, parati essent ad obseqvium dictis Romanæ sedis præstandum. Neqve prætereundum est, Leonem, qvi in epist. ad Simplicium satis qvidem arroganter affirmavit: "qvod enim ad nostrum officium, qvibus animarum dispensatio commissa est, competebat, definitionem S. VI concilii . . . . illuc (ɔ: ad vos) dirigere affectu paterno maturavimus," tamen, ut in epp. ad episcopos, ita ad Ervigium scribentem submissiore stylo

usum esse; v. c. qvod dicit: "definitionem S. VI concilii . . . . illuc *providimus* destinare." Ceterum hæc postrema epistola a nonnullis Benedicto II tribuitur (vid. Hard. l. c. p. 1733, in margine).

27. Vid. acta conc. Tolet. XV, ap. Hard. l. c. p. 1761.

28. v. c.: "Hic jam qvisqve sapiens manifeste intelligit, non nos hic errasse, sed illos forsitan *incuriosæ lectionis intuitu fefellisse*" (l. c. p. 1761); — "sicut nos non pudebit qvæ sunt vera defendere, ita forsitan *qvosdam pudebit qvæ vera sunt ignorare*" (ibid. p. 1762); — "hæc igitur sanctis patribus nos docentibus, ... videant jam tandem, et sentiant, *qvi sine favore patrum judicant*, qvæ pars plus potest esse tutissima" (ibid. p. 1765); — "jam vero si *impudorata* qvis *fronte*, ne his patribus cedat, et unde ea libaverint, *insolens scrutator* exqvirat; evangelicis saltem vocibus credat, etc." (ibid. p. 1766); — "Jam vero si post hæc, et ab ipsis dogmatibus patrum, qvibus hæc prolata sunt, in qvocunqve dissentiant, *non jam cum illis est amplius contendendum;* sed majorum directo calle inhærentes vestigiis, erit per divinum judicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, *etiamsi ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis*" (ibid. p. 1767).

29. Lembke l. c. p. 144.

30. Rodericus Ximenius, archiep. Tolet. seculi XIII, narrat, Witizam, regem Wisigothorum 701—11, quum clerici multi, et ipse qvidem archiepiscopus Toletanus, ab ipso durius tractati, ad Romanam sedem provocavissent, "timentem, ne suis criminibus obviarent et populum ab ejus obedientia revocarent, *dedisse licentiam immo præceptum* omnibus clericis, ut uxores et concubinas unam et plures haberent juxta libitum voluptatis. et *ne Romanis constitutionibus, qvæ talia prohibent, in aliqvo obedirent,* et sic per eos populus retineretur." Ut vero taceam, tantam licentiam regis christiani, qvem proximi ævi scriptores (Continuator. chron. Joa. Bicl. nr. 43 et Isid. Pac. nr. 29. 30) justitia morumqve probitate conspicuum fuisse, illustribus exemplis allatis, probaverunt, F. W. *Lembke*, doctissimus vir, accurate docuit, scriptores, qvi Witizam istius culpæ insimulant, vel *seriore tempore vixisse* (ut Sebast. Salmant., qvi secul. IX scripsit, Chronic. Albeldens., qvod ad idem seculum referendum est, Monachus Silensis, qvi seculo XI, Lucas Tudensis, qvi seculo XIII, et Rodericus ille, qvi eodem seculo vixit), vel *exteros fuisse*, ut auctor chronici Moissiacensis, qvi omnium primus famam Witizæ læsit. (Geschichte von Spanien, B. 1, Th. 1. Abth. 1, B. 2, S. 118—122).

Notæ ad pag. 12—13.

1. v. c. Montesquieu, esprit des loix l. 18, c. 31; cfr. Runde von dem Ursprung der Reichsstandschaft der Bischöfe und Aebte, Götting. 1775, S. 47.

2. Verba Isid. Pac. 9.

3. Conc. Tolet. V, c. 3, tria reqvirit: "electio omnium, Gothicæ gentis nobilitas, virtus; conc. Tolet VI, c. 17: "nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decalvatus, aut servilem originem trahens, vel extraneæ gentis homo, nisi genere Gothus et moribus dignus."

4. Conc. Tolet. VIII, c. 10: "et non prius apicem regni qvisqvam percipiat, qvam se illa per omnia suppleturum jurisjurandi taxatione definiat."

5. Hæc ibidem recensentur: "Erunt catholicæ fidei assertores, eamqve et ab hac, qvæ imminet, Judæorum perfidia et a cunctarum hæresium injuria defendentes: erunt actibus, judiciis et vita modesti: erunt in provisionibus rerum tam parci amplius qvam extenti, ut nulla vi aut factione scripturarum vel definitionum qvaliumcunqve contractus a subditis vel exigant vel exigendos intendant: erunt in conqvisitis obligationis gratissimæ rebus non prospectantes proprii jura commodi, sed consulentes patriæ atqve genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantum sibi vindicent partes, qvas dictaverit auctoritas principalis;" cfr. conc. Tolet. VI, c. 3.

6. Conc. Tolet. V. c. 6.; qvem canonem conc. Tolet. VI, c. 14 repetit.

7. Adde conc. Cæsaraugustan. III, c. 5: viduam regis "confestim in coenobio virginum mancipandam esse."

8. Maxime digna sunt, qvæ commemorentur, hæc verba ipsius Ervigii: "qvo (ɔ: ita ut) susceptum regnum, sicut jam vestris assensionibus teneo gratum, ita vestrarum benedictionum perfruatur definitionibus consecrandum, ut innovatio qvodammodo nostri videatur imperii hæc numerositas vestri ordinis" (conc. Tolet. XII, præfat.).

9. Ibid.: "Ervigius nostro se coetui reclinem (ɔ: benevolum) exhibens ac devotum." Similiter de Sisenando: "cum magnificentissimis viris ingressus, primum coram sacerdotibus Dei *humo prostratus*, cum lacrymis et gemitibus pro se interveniendum Deo postulavit."

10. Concil. Tolet. IV, c. 75: "Qvapropter nos ipsi sacerdotes omnem ecclesiam Christi ac populum admonemus, ut . . . . fidem promissam erga gloriosissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodietis" cetqve; cfr. de Ervigio conc. Tolet. XII, c. 1.: ". . . . . ut, qvi ante tempora in occultis Dei judiciis præscitus est regnaturus, nunc manifesto in tempore generaliter omnium sacerdotum habeatur definitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi ab omni vinculo juramenti, qvæ prædicto viri Wambæ, dum regnum adhuc teneret, alligata permansit, hunc solum serenissimum Ervigium principem obseqvendo grato servitii famulatu seqvatur et libero." Monendum est, Ervigium Wambam fraude circumvenisse, eumqve, ut munere se abdicaret, coegisse.

11. Conc. Tolet. IV, c. 75: "Sacrilegium quippe est, si violetur a gentibus regum suorum promissa fides;" conc. Tolet. X, c. 2: "hoc unum specialiter nunc depromitur observandum, ut, si qvis religiosorum, ab episcopo usqve ad extremi ordinis clericum, sive monachum, generalia juramenta, in salutem regiam gentisqve aut patriæ data, reperiatur violasse voluntate profana; mox propria dignitate privatus et loco et honore habeatur exclusus.'

12. Vid. conc. Tolet. VII, c. 1.; XVI, c. 10.

13. Vid. conc. Tolet. V, c. 2.; VI, c. 16.; XIII, c. 4.; XVII, c. 7.

14. Vid. conc. Tolet. XVI, c. 9.

15. v. c. Egicani sacramentum, qvo Ervigius ipsum obligarat, velle illum conjugem suam, filiam Ervigii, et cognatos suos singulari favore amplecti, remiserunt (conc. Tolet. XV): in "belli expeditionibus constituerunt, "ut omnibus diebus sacrificium omnipotenti Deo pro ejus (ɔ: regis), suorumqve fidelium atqve exercitus sui saluti offerretur" (conc. Emeritens. c. 3): hominis indigni accusationem nullam vim habere censentes, tamen in regis gratiam sanxierunt: "nisi ubi pro capite regiæ majestatis causa versatur" (conc. Tolet. VI, c. 11.): sic etiam vetuerunt, ne qvis regi malediceret (conc. Tolet. V, c. 5) aut, "vivente principe, in alium attenderet pro futuri regni spe, aut alios in se propter id attraheret" (ibid. c. 4): decreverunt deniqve: "ut per omnes civitates . . . cunctis diebus pro rege vel pro cunctis ejus filiis vel filiabus . . . . . sacrificiorum Domino libamina dedicentur, et piæ orationis vota solvantur (ibid XVI, c. 8).

16. Cfr. Harduini conc. Tom. III, p. 1787: "Theodoricus rex et Ebroinus [major domus] synodum in qvadam villa regia (ɔ: Willeroi) convocantes cet.; cfr. epist. conc. Cabilonens. ad Theod. ep. Arelat.: "Clodoveus rex in urbe Cabilone synodale præcepit esse concilium;" cfr. conc. Cabilon. a. 649, præfat.: "priscis qvidem canonibus noscitur institutum, ut metropolitani cum eorum comprqvincialibus per singulos annos debeant in synodali conjungi, Deo propitiante, concilio. Sed nunc tam ex communi voluntate, qvam ex evocatione vel ordinatione gloriosissimi domini Clodovei regis" cetqve.

17. Ut unum tantum afferam exemplum: primum canonem, qvi clericis liberam suos eligendi jus vindicat, ita Clotarius rex restrinxit: "et si persona condigna fuerit, *per ordinationem principis ordinetur*, vel certe si de palatio eligitur, per meritum personæ et doctrinæ ordinetur." (Hard. conc. Tom. III, p. 484).

18. Egregiam conciliorum utilitatem præfatio conc. Tolet. XI. his verbis describit: "annosa series temporum, substracta luce conciliorum . . . ., matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus ingerebat."

19. Ob hanc causam patres conc. Tolet. VI canones "constitutiones *nostras*" appellarunt. At dubito, an plura hujus rei exempla indagari possint.

20. Hoc in ipsis conciliorum actis nunc tecte indicatur, nunc pespicue traditur, v. c. conc. Tolet. VII: "ob cujus (ɔ: Cindaswinthi regis) *votum* convenimus;" conc. Tolet. VIII: "*jussu* Receswinthi regis;" conc. Tolet. IX: "domino *favente*;" conc. Tolet. X: "sacratissimo *voto* Receswinthi;" conc. Tolet. XI: "religiosi principis *jussu*;" conc. Tolet. XII: "ex *jussu* Ervigii;" conc. Tolet XIV: "strenuo et invicto suæ celsitudinis *jussu* nos omnes [Ervigius] præciperet aggregari in unum;" cfr. conc. Emeritense c. 7: de synodis annuis per metropolitam indicandis: "qvæ res *non extra regiam agitur voluntatem*."

21. Conc. Emerit. c. 7: "ut qvisqvis ille episcopus ad concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, ubi cum his, qvi præsentes fuerint, elegerit metropolitanus;" cfr. conc. Tolet. XII, c. 12. Conc. Tolet. XI, c. 15 addit: "si nulla sibi impediente *principis* potestate, solius propriæ voluntatis libitu, se ad celebrandum concilium non collegerint."

22. Conc. Tolet. XII, præfat: "ecce, inqvit Ervigius rex, in brevi complexa vel exarata devotionis meæ negotia, *in* hujus *tomi* complicatione agnoscenda, perlegite, perlecta discutite, discussa elimatis ac decretis titulorum sententiis definite;" confr. conc. Tolet. XIII, XV, XVI, XVII in præfationibus.

23. "Edita lex in confirmatione concilii Toletani XII sub die VIII Kalendas Februarii anno feliciter primo gloriæ nostræ: Qvibus omnibus synodalibus gestis decretis atqve peractis et debitam reverentiam honoris impendimus, et patulum *auctoritatis nostræ vigorem* his innectere procuramus . . . . sed generaliter per cunctas regni nostri provincias hæc canonum instituta . . . . . auctoritatis debitæ fastigio præpollebunt."

24. Vid. acta collationis Pharensis, in qva omnia ex nutu Oswini regis agebantur.

25. Vid. acta conc. Lateranensis a. 649; conc. Rom. a. 680, al.

26. Vid. huj. lib. par. 1, p. 38.

27. Conc. Tolet. III, c. 13: "Diuturna indisciplinatio et licentiæ inolita præsumptio usqve eo illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici conclericos, suo neglecto pontifice, ad *judicia publica* pertrahant. Proinde statuimus hoc de cetero non præsumi: sed si qvis hoc facere præsumpserit, et causam perdat, et a communione efficiatur extraneus."

28. Concil. Matisconense I, c. 7: "ut nullus clericus de qvalibet causa extra discussionem episcopi sui, a sæculari judicio (ɔ: judice) injuriam patiatur, aut custodiæ deputetur. Qvod si qvicunqve judex cujuscunqve clericum *absqve causa criminali*, id est, homicidio, furto aut maleficio, hoc facere fortasse præsumpserit, qvamdiu episcopo loci illius visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceatur."

29. Concil. Paris. a. 615 c. 4, coll. edict. Chlotarii regis: "ut nullus judicum de qvolibet ordine clericos de civilibus causis, præter criminalia negotia *per se* distringere aut damnare præsumat, nisi convincatur manifestus, excepto presbytero et diacono. Qvi vero convicti fuerint de crimine capitali, juxta canones distringantur et *cum pontificibus* examinentur." Observes velim, verba: "nisi convincatur manifestus," a rege addita, privilegium hujus canonis aliqvanto restrinxisse; cfr. conc. Remens. a. 630, c. 6: "ut si qvis judex cujuslibet ordinis clericum publicis actionibus inclinare præsumpserit, aut pro qvibuslibet causis *absqve conscientia et permissu episcopi* distringere, aut contumeliis vel injuriis afficere præsumpserit, communione privetur."

30. Leg. Visigothor. L. II, t. 3, 1, 1: "Magnorum culminum excellentiam qvanto negotiis rerum dare judicium decet, tanto negotiorum molestiis sese implicare non debet. Si ergo Principem vel Episcopum cum aliqvibus constiterit habere negotium, ipsi *pro suis personis* eligant, qvibus negotia sua dicenda committant, qvia tantis culminibus videri poterit contumelia irrogari, si contra eos vilior persona in contradictione causæ videatur *assistere*."

31. Concil. Berghamsteden. a. 697, c. 1: "libera sit ecclesia, fruaturqve suis judiciis, et reditibus, s. pensionibus; coll. conc. Clovesh. a. 742, in qvo privilegium Withredi regis confirmatur his verbis: "sed sit libera ab omnibus secularibus servitiis, et omnes terræ ad illam pertinentes."

32. Repetiit hoc conc. Remens. a. 630, c. 25, simul præcipiens, ut nemo præter indigenam eligatur; cfr. conc. Cabilonens. a. 649, c. 10.

33. Conc. Tolet. XII, a. 681, c. 6.

Notæ ad pag. 14—15.

1. Planck. l. c. p. 287.

2. "Si qvis fugitivum ab ecclesia, absqve sacramento, qvo ei jurandum est, ut de *vita, tormento et truncatione* securus exeat, qvalicunqve occasione abstraxerit, communione privetur. Similiter si qvis jus sacramenti præstitum violaverit, communione privetur. Ille vero, qvi sanctæ ecclesiæ beneficio liberatur a morte, non prius egrediendi accipiat libertatem, qvam poenitentiam se pro scelere esse facturum promittat, et qvod ipsi canonice imponetur impleturum."

3. Decretio Chlotarii II Regis (c. ann. 595) XIII: "nullus latronem vel qvemlibet culpabilem, sicut summis Episcopis convenit, de *atrio* Ecclesiæ trahere præsumat."

4. Ibid.: "qvod si sunt Ecclesiæ, qvibus atria clausa non sunt, ab utraqve parte parietum terræ spatium arpennis pro atrio observetur" (ɔ. valebit). Arpennis est semijugerum.

5. Synod. incerti loci c. ann. 617 aut 620 c. 9.

6. Decretio Childeberti Regis c. ann. 595, IV; cfr. conc. Tolet. XII, c. 10.

7. Cap. III, I—III.

8. Titul. I, cap. VII.

9. Chlotarii I regis constitutio generalis, c. ann. 560, VI: "si judex aliqvem contra legem injuste damnaverit, in nostri absentia *ab Episcopis castigetur*, ut qvod perpere judicavit, versatim melius discussione habita emendare procuret."

10. c. 32: "Episcopi *in protegendis populis ac defendendis* impositam a Deo sibi curam non ambigant: ideoqve dum conspiciunt judices, et potestates (ɔ: viros potentes) pauperum oppressores existere, prius eos *sacerdotali admonitione redarguant:* et si contempserint emendare eorum insolentiam, regis *auribus intiment*, ut qvos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat. Si qvis autem episcoporum neglexerit, concilio reus erit."

11. "Sunt enim, inqviunt, *prospectores* episcopi secundum regiam admonitionem, qvaliter judices cum populis agant, ita ut ipsos præmonitos corrigant, aut insolentias eorum auditibus principis innotescant (ɔ: deferant). Qvod si correptos emendare neqviverint, et ab ecclesia et a communione suspendant."

12. Childeberti regis constitutio.

13. Conc. Tolet XII, c. 11; cf. conc. Turon. (a. 567) c. 22, qvi hos et alios nonnullos errores taxat; cfr. conc. Tolet XVI, c. 2. Sic conc. Remense, c. 7 statuit: "ut si qvi hæretici adhuc esse suspicantur in Gallia, a pastoribus ecclesiarum perqvirantur, et si veracitur (ɔ: vere) fuerint inventi, ad fidem catholicam revocentur;" c. 10 idololatriam iterum perstringit.

14. Corpus juris Germanici antiqvi, auct. Georgisch p. 425—26.

15. Tit. VI, II.

16. Cap. XXXVIII.

17. Conc. Cabilon. a. 649, c. 18.

18. c. 2. "ut repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum et vinum aqva permixtum in sacrificio (ɔ: coena sacra) offerantur; c. 3 "ne vasa Domini sacrata humanis usibus serviant;" c. 4 "ne sacerdos sine orario missam audeat celebrare." — Aliæ ejusmodi leges hæ sunt: conc. Tolet XVII, c. 5: "ne qvis Missam, pro reqvie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vivis celebret hominibus, non ob aliud, nisi ut is, pro qvo id ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interventu, mortis ac perditionis incurrat periculum;" ibid. c. 6 "de diebus litaniarum per totos duodecim menses celebrandis;" ibid. XVI, c. 4. de hominibus in magna animi desperatione mortem sibi conscituris, "ut per duos menses a catholicorum collegio et a corpore ac Christi sangvine sacro maneant omnimodo alieni;" ibid. XI, c. 11: "de iis hominibus non, ut præceperat conc. Tolet I, c. 4, excommunicandis, qvi eucharistiam a sacerdote porrectam haud sumserint, si modo constiterit, eos ob humanæ naturæ infirmitatem eam non potuisse deglutire;" ibid. c. 12: "ut his, qvi in tempore necessitatis, et in periculi ingentis instantia, præsidium poenitentiæ et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda sit, nec reconciliatio deneganda;" conc. Tolet VIII, c. 9: "de his, qvi prætextu incommodæ ægritudinis Qvadragesimæ jejunium solvunt" (ɔ: haud observant). Qvas leges, quum nobis non propositum sit *religionis* aut *dogmatum* historiam tradere, nominare sufficiat, ut constare possit, clericos leges de rebus religionis sat multas et graves tulisse.

19. Has nuptias non qvidem canon. concilii cujusdam sed "decretio Childeberti Regis" prohibuit, at eadem lex regia episcopis vindicat jus harum reos "emendandi, s. excommunicandi."

20. Leg. Alamannorum, cap. 39.

21. Leg. Bajuvar. Tit. VI, I.

22. Leg. Alamann. cap. 39.

23. Decretio Childeberti Regis II: "qvi vero Episcopum suum noluerit audire et excommunicatus fuerit, perennem condemnationem apud Deum sustineat, et insuper *de palatio nostro sit omnino extraneus*, et omnes facultates suos parentibus legitimis amittat, qvi noluit sacerdotis sui medicamenta sustinere."

24. Conc. Tolet. XII, c. 8 de iis, qvi uxores suas temere dimiserint.

25. Conc. Tolet XVI, c. 10.

26. Dr. Plank l. c. B. 2. S. 288—89.

27. v. c. Dagoberti regis capit III, Tit. VIII, I: "si qvis cum uxore alterius concubuerit," cetqve.

28. Conc. Tolet. V, c. 8: "in his omnibus, qvæ præmisimus, *potestatem indulgentiæ* in culpis delinqventium *principi reservamus;* ut juxta bonitatis et pietatis suæ moderamen, ubi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culparum" cfr. conc. Tolet. XII, c. 3: "et ideo, qvia remissio talium, qvi contra regem, gentem vel patriam agunt, per definitiones canonum antiqvorum *in potestate solum regia* ponitur, cui et peccasse noscuntur, adeo nulla se deinceps a talibus abstinebit sacerdotum communio. Sed qvos regia potestas in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam sacerdotum et populorum conventus suscipere in ecclesiasticam communionem debebit: ut, *qvod jam principalis pietas habet acceptum, neqve a sacerdotibus Dei habeatur extraneum.*

29. De Reccaredo vide Joa. Biel. ad annum 586; de Suintilane vid. Isid. Hispal 64. Quum inter Guntramnum et Childebertum reges pax faceretur, inter alia hæc etiam pacta sunt: "Similiter qvicqvid antifati reges Ecclesiis aut fidelibus suis contulerint, aut adhuc conferre cum justitia Deo propitiante voluerint, stabiliter conservetur;" cfr. Chlotarii regis constitutio generalis XII.

30. Lex Alamann. cap. II, 1: "ad victualem necessitatem conqvirendam diebus vitæ suæ."

31. Ibid. Cap. XXII: "Servi enim Ecclesiæ tributa sua legitime reddant, qvindecim siclas de cerevisia, porcum valentem tremisse uno, panem modia duo, pullos qvinqve, ova viginti. Ancillæ autem opera imposita sine neglecto faciant. Servi dimidium sibi et dimidium in dominico arativum*) reddant. Et si super hæc est, sicut servi ecclesiastici ita faciant, tres dies sibi et tres in dominico**). Lex Bajuvar. Tit. I, cap. XIV, de colonis Ecclesiæ: "reddant decimum fascem de lino, de apibus decimum vas, pullos qvatuor, ova qvindecim reddant; parafredos***) donent" cetqve.

32. v. c. qvando qvis servum aut colonum Ecclesiæ occidisset (Lex Alamann. cap. VIII), vel in curtem (ɔ. atrium) Episcopi aut presbyteri armatus ingressus fuisset (ibid. c. X. XI), vel episcopo (ib. cap. XII), presbytero (ib. c. XIII), diacono (ib. c. XIV), monacho (ib. c. XV) injuriam intulisset. Neqve leve erat auri argentiqve pondus, qvo delicta expiabantur. Ut unum tantum exemplum afferam, ex lege Ripuariorum, si qvis subdiaconum interfecisset, 400 solidi, si diaconum, 500, si presbyterum, 600, si episcopum, 900 solidi solvendi erant.

33. Epistola episcoporum provinciæ Turonicæ ad plebem missa post synodum Turonensem a. 567 (Harduin. conc. T. III, pag. 367—68): "Illud vero instantissime commonemus, ut *Abrahæ* documenta seqventes decimas *ex omni facultate* non pigeat *Deo* pro reliqvis, qvæ possidetis, conservandis offerre: ne sibi ipse inopiam generet, qvi parva non tribuit, ut plura retentet; et qvod dicendum est verius, suum persolvat pretium, ne se trahi videat peccato dominante captivum: qvia certe ulterius mercatorem suæ ereptionis non invenit, qvi hic redemptori resistit: cujus vox satis intonat, dicens: eleemosyna exstingvit peccatum, item: Date eleemosynam et omnia vobis munda erunt . . . . . Ergo si qvis in Abrahæ collocari vult gremio, ejusdem non repugnet exemplo: et solvat eleemosynæ pretium, *qvisqvis optat regnare cum Christo.*

*) Arativum reddere est operam rari facere arando.

**) Dominicum est ecclesia, ædes sacra Domino seu Deo.

***) Parafredi, id. qv. paraveredi ɔ: eqvi quorum usus in cursu publico erat.

. . . . . Propter cladem imminentem hortamur, ut etiam unusqvisqve de suis mancipiis decimas persolvere non recuset . . . . unde satis convenit cum mercede animæ unum solvere, ut novem non possit amittere, qvam cum peccati crimine et reliqvos perdere, et qvem dare noluit, non habere. Qvod si mancipia non sint, et fuerint aliqvi, habentes binos aut ternos filios, per unumqvemqve singulos tremisses in episcopi manu contradat, aut qvem suo loco pontifex elegerit assignare non dilatet, qvod possit in captivorum redemptionem conferri: ut cum sic agitur, et præsentis iræ remotio, et merces proficiat in futuro."

Qvæ singula, qvam sint callide atqve impie disputata, perspicuum est. Tanta enim plebis superstitio erat, ut facile sibi persvaderet, decimis solvendis et calamitates hujus vitæ averti posse, et Numinis gratiam ita conciliari, ut certi esse posset de præsentis et futuræ vitæ salute. Ceterum non omnino certum est, qvi *decimæ de mancipiis* intelligi debeant. Planck (l. c. p. 402) id intelligit de *decimo qvoqve servo manumittendo.* Qvod non crediderim. Primum enim ex hoc nil commodi ad clericos redundare potuit; deinde ea, qvæ cum his arcte connexa sunt de tertia parte assis pro (— nam istud *per* idem significat, qvod *pro*, vide pact. leg. Salicæ tit. 19: "*per* unumqvemqve ictum semper ternos solidos solvat" —) binis vel ternis filiis persolvenda, non tam postulant qvam flagitant, ut istas de mancipiis decimas intelligas de *certa pecuniæ summa*, episcopis pro mancipiis solvenda; qvod tributum analogon foret iis, qvæ Judæi pro primogenitis solvere debebant; est autem testatissimum decimarum rationem ad Judicæ religionis instituta ab episcopis ehnis semper relatam fuisse. Sed hæc hactenus.

Post annos octodecim patres concilii Matisconensis II (a. 585) hæc sanxierunt: "omnes igitur reliqvas fidei sanctæ catholicæ causas, qvas temporis longitudine cognovimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum revocare, *ne nobis simus adversarii*, dum ea, qvæ cognoscimus ad nostri ordinis qvalitatem pertinere, aut non corrigimus, aut, qvod nefas est, silentio præterimus. Leges itaqve divinæ, consulentes sacerdotibus ac ministris ecclesiarum, pro hereditatis portione omni populo præceperunt decimas fructuum suorum locis sacris præstare, ut nullo labore impediti horis legitimis *spiritalibus possint vacare ministeriis.* Qvas leges christianorum congeries longis temporibus custodivit intemeratas: nunc autem paulatim prævaricatores legum pæne Christiani omnes ostenduntur, dum ea, qvæ divinitus sancita sunt, adimplere negligunt. Unde statuimus ac decernimus, ut mos antiqvus a fidelibus reparetur: et decimas ecclesiasticis famulantibus cæremoniis populus omnis inferat, qvas sacerdotes aut in pauperum usum, aut in captivorum redemptionem prærogantes, suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent. Si qvis autem contumax nostris statutis saluberrimis fuerit, a membris ecclesiæ omni tempore separetur." In qvibus defficile dictu est, utrum magis miremur, eos contra omnem veritatem et divina de decimis, sacerdotibus ehnis solvendis, præcepta et antiqvum decimas solvendi morem commemoravisse, an ipsos veram istius præcepti causam: "ne nobis simus adversarii," parum dissimulavisse.

34. L. Alamannorum cap. I.

35. L. Bajuvarior. Tit. I, cap. I. 1; cfr. conc. Remens. c. 1. qvo posteriori loco causa addita est: "ne diuturnitate temporis ab aliqvibus in jus proprium usurpentur, et ecclesiæ defraudentur."

36. L. Bajuvar. Tit. I, cap. XIV.

37.a) L. Alam. cap. I, 2 ". . . . . et Dei judicium incurrat et excommunicationem sanctæ Ecclesiæ, et multam illam, quam charta continet, persolvat, et res illas ex integro reddat, et fredum*) in publico solvat, sicut lex habet." cfr. conc. Paris. c. 6; conc. Tolet VI. c. 15.

37.b) Leg. Alamann. titul V.

38. Ibid. lit. V, VII.

39. Conc. Paris. c. VII: "sic etiam constitutionibus annecti placuit, ut defuncto episcopo, presbytero vel diacono vel qvoqvam junioris ordinis clerico, non per præceptum" (— hoc sine dubio de regum ipsorum edictis intelligi debet —) "neqve per judicem, nec per qvalemquuqve personam res ecclesiæ vel eorum propriæ, qvousqve aut testamentum, aut qvalemcumqve obligationem fecerit, cognoscatur, a nullo penitus suprascriptæ res contingantur; sed ab archidiacono, vel clero in omnibus defensentur et conserventur;" cfr. conc. Remens. c. 16; conc. Cabil. c. 6.

40. Vid. Planck. l. c. p. 482, not. 4, et Du Cange. Glossar. sub hac voce.

41. Seqvitur hoc ex synod. incerti loci, paulo post Paris. conc. celebrata, c. 11: "Nec sæculares archipresbyteri ponantur. Forsitan, si talis fuerit, qvem pro merito personæ in solatium ecclesiæ pontifex necessarium esse judicet, ut sine ejus *defensione* paroeciani illi se defensare non possint."

*) Fredum s. fréda s. fredus s. fridus est mulcta, compositio, qva fisco exsoluta, reus pacem a Principe conseqvitur, vel ob violatam pacem (Danic. Fred) publicam indicta.

Notæ ad pag. 16—17.

1. l. c. pag. 638.

2. c. 11: "ut si qvis episcoporum cum coepiscopo suo quodcunqve negotium seqvi voluerit, ad judicium metropolitani sui recurrat. Qvod si spreto metropolitano, vel reliqvis comprovincialibus, judicem publicum adierit; tamdiu a caritate metropolitani habeatur extraneus, qvamdiu in proxima synodo coram fratribus facti hujus debeat reddere rationem;" cfr. conc. Rem. c. 23.

3. Vid. "Dagoberti Regis indiculus ad Sulpitium archiepiscopum ut Desiderium benedicat" (Baluzii Capit. reg. Franc. Tom. I, p. 141—44).

4. Vid. pag. 12, Nr 3.

5. In Gallia tantum novem concilia per hoc ævum habebantur, vid. pag. 24.

6. Vid. pag. 12.

7. Conc. Valentin. a. 524, c. 5. "illum clericum nemo ordinet, qvi *localem* se futurum primitus non spoponderit;" conc. Hispal. II, a. 619, c. 3. "ut ibi permaneant, ubi coeperunt;" conc. Tolet. XIII, a. 683, c. 11: "Placuit ergo, ut nullus alienum presbyterum, abbatem, ministrum (— haud dubie: diaconum —). subdiaconum, vel qvemlibet clericum, seu etiam monachum *fugientem, vagumqve* suscipiat: non ad fugam svadet, non fugæ latibulum præbeat cetq.;" conc. Remens. c. 12: "si clericus proficiscens de civitate ad alias civitates voluerit aut provincias pergere; pontificis (ɔ: episcopi) sui epistolis commendetur. Qvod si sine epistolis profectus fuerit manifestis (— fuerunt igitur, qvi supposititias litteras prætenderent —), nullo modo recipiatur;" conc. Cabilonens. c. 13: "ut nullus alterius clericum retinere præsumat, sicut priscis est canonibus statutum, nec ad sacrum ordinem sine voluntate episcopi sui penitus promovere."

8. Conc. Cabil., a. 650, c. 14: ".... et jam ipsi, qvorum villæ sunt, nec ipsos clericos, qvi ad ipsa oratoria deserviunt, ab archidiacono coerceri permittunt: qvod convenit emendari: ita duntaxat, ut in potestate sit episcopi et de ordinatione clericorum, et de facultate ibidem collata, qvaliter ad ipsa oratoria et officium divinum possit impleri, et sacra labamina consecrari. Qvod si qvis contradixerit, juxta priscos canones communione privetur;" cfr. conc. Paris. c. 3.

9. Id probatur collatis inter se conc. Autisiodorens. a. 578, 20, et conc. Cabil. a. 650, c. 14, sub. not. 8 citat.

10. Vid. Planck. l. c. p. 586—89.

11. Cfr. conc. Tolet. XI, 7: "relatum est nobis, qvod qvidam ex fratribus plus *livore odii* qvam correctionis studio subditos inseqventes, dum se simulant spiritalem iis adhibere correctionem, indiscretam subito afferant *mortem*, cum inauditos a se projiciunt, et occultis eos judiciis sub poenitentia puniant."

12. Conc. Bracar. III, c. 9: "rei propriæ profectum augent, dominicis vero dispendium nutrientes;" cfr. conc. Rem. c. 20.

13. Conc. Tolet. IX, 2.

14. Ibid. c. 3.

15. Ibid. VI, c. 5; X, c. 3; XVI, c. 5.

16. Conc. Rem. c. 13, qvi etiam mancipia vendita esse testatur; cfr. Leg. Alam. cap. XX.; neqve successori episcopi licuit, qvæ hic amicis donasset, si vel tertia pars rerum ecclesiæ esset, sibi vindicare (conc. Emerit. c. 21).

17. conc. Tolet. IX, c. 5.

18. Conc. Emerit. c. 12.

19. Conc. Paris. c. 8; Cabilon. c. 7. Hinc. conc. Tolet. IX, c. 9. sanxit: "ut quum episcopum mori contigerit, episcopus, qvi ad humandum corpus ejus advenerit, descriptis thesauris atque domorum internis, si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius, qvam *libram auri* in rebus, qvibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentum, auferre pertentet. Si vero minor rebus exstiterit, *dimidiam libram* sibi licenter usurpet."

20. Conc. Tolet. X, 8; conc. Remens. c. 21.

21. Conc. Paris. c. 9.

22. Conc. Emerit. c, 14.

23. Ibid. c. 13.

24. Conc. Tolet. IV, c. 26.

25. Episcopus etiam in monachos sæviisse, docet conc. Tolet. IV, c. 51.

26. Conc. Tolet. X, c. 4; cfr. conc. Cabil. c. 11.

27. Conc. Tolet. XVI, c. 7.

28. Conc. Tolet. IV, 48; cfr. conc. Hispal. II. c. 9.

29. Conc. Tolet. XII. c. 9.

30. Cod. Justin. et Theod. de Defensoribus Civitatum. Leg. Visigoth. Lib. II, Tit. I, 26.

31. Leg. Visigoth. Lib. XII, Tit. I, 2.

Notæ ad pag. 18—19.

1. Hoc jam conc. Hispal. II. c. 6. sanciendum esse putavit his verbis: "decrevimus, ut.... nullus nostrum (ɔ: episcoporum) sine concilii examine dejiciendum qvemlibet presbyterum vel diaconum audeat," et id qvidem, qvia compererant "Fragitanum, Cordubensis ecclesiæ presbyterum, a pontifice suo injuste olim dejectum et innocentem exsilio condemnatum" esse. Fatentur, etiam "multos esse, qvi indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant," et hoc principii instar proponunt: "episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest". Ex hoc concil. Tolet. IV, c. 28 decrevit: "episcopus, presbyter aut diaconus, si a gradu suo injuste dejectus, in sancta synodo innocens reperiatur, non potest esse qvod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu episcoporum." Idcirco episcopo verendum erat, ne ipse cogeretur presbyterum injuste munere expulsum, muneri suo solenniter restituere.

2. "Ili enim pontifices" hic canon pergit, "ut evidens inqvisitio patefecit, indiscreto moderamine parochianas ecclesias prægravantes, dum in exactionibus superflui freqventer existunt, pæne usqve ad exanitionem extremæ virtutis qvasdam basilicas perduxisse probantur."

3. "Nec unqvam *qvinqvagenarium* (alii autem "qvinarium" habent) numerum evectionis excedat, aut amplius qvam unam diem per unamqvamq. basilicam remorandi licentiam habeat."

4. Vid. Bed. III, 26: "Finito conflictu ac soluta concione (— ɔ: conc. Pharens. a. 664. vid. pag. 10 —) Agilberctus domum rediit. Colman videns spretam suam doctrinam sectamqve esse despectam, assumptis his, qvi se seqvi voluerunt, id est, qvi Pascha catholicum et tonsuram coronæ, nam de hoc qvæstio non minima erat, recipere nolebant, Scotiam regressus est, tractaturus cum suis, qvid de his facere deberet."

5. conc. Tolet. XI, c. 13; "id communiter definimus, ut nulli de his, qvi aut in terram arrepti a dæmonibus illiduntur, aut qvolibet modo vexationis incursibus illiduntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussos (ɔ: haud examinatos) se divinis ingerant sacramentis, *exceptis illis*, qvi variis corporum incommoditatibus dediti, sine hujusmodi passionibus in terram approbantur elisi etc."

6. Conc. Aurelianens. a. 511, c. 6; "de ordinationibus clericorum id observandum esse decrevimus, ut nullus sæcularium ad clericatus officium præsumatur, nisi aut regis jussione aut cum judicis voluntate". Cfr. Marculfi Formular. libr. I, c. 19 ap. Baluz. Capitular. Tom. II, p. 386. "...... præcipientes ergo jubemus, ut si memoratus ille de caput suum bene ingenuus esse videtur, et in poleptico*) publico censitus non est, licentiam habeat comam capitis sui tonsorare etc.

7. Addit: "in qvibus personis nihil sceleris existimari foedus naturæ permittit."

8. *De episcopis:* "noverint se..... et loci et ordinis sui dignitate privari" (c. 4); de *subdiaconis:* "*mox* erunt sub poenitentiæ oneribus usque ad extremum vitæ monasteriis religandi" (c. 6); de presbyteris et diaconis, eadem nisi, resipiscerent, poena sanciebatur. (c. 5).

9. Vid. conc. Tolet. IV, c. 45; XVI, c. 9.

10. Vid. pag. 10—11.

11. Cfr. conc. Tolet. IV, c. 47: "Qvicunqve *episcopi suffragio* cujuslibet aliqvid ecclesiasticæ utilitatis providerint, et *pro eo* qvodcumque modicum *in remunerationem promiserint*, promissi solutionem eos exsolvere oportebit: ita ut id, ad concilium comprovinciale deductum, eorum *conniventia* confirmetur; qvia sicut Paulus apost. ait: Dignus est operarius mercede sua:" locus classicus, qvi nulla interpretatione eget.

12. Cfr. conc. Tolet. IV, c. 19: "*Perniciosa consvetudo* neqva-

*) Polepticum s. polyptychum est liber censualis, in qvo describebantur, quotquot censuales ac tributarii erant (vid. Du Chang. l. c. Tom. V, p. 650).

qvam est reticenda, qvæ, majorum statuta præteriens, omnem ecclesiæ ordinem perturbavit; dum alii *per ambitum* sacerdotium appetunt, alii *oblatis muneribus* pontificatum assumunt."

13. *Usualis:* qvi in usu est.

14. *Orarium:* stola sacerdotis, qvod alii derivant ab *ora*, extremitate vestium, alii dici perhibent, qvod oratoribus, i. e. prædicatoribus concederetur.

15. *Planeta:* est vestis sacerdotalis, qvæ totum corpus tegit, casula, cappa, pallium, ita dicta "qvod oris errantibus evagatur." (Du Change l. c. T. V, p. 539—40).

16. *Alba:* "vestis, s. tunicæ species, a candore sic nuncupata, linea et stricta, qvæ Camisia dicitur et Poderis et Talaris et Subucula." (Du Chang. l. c. Tom. I, pag. 270—71).

17. Conc. Matiscon. a. 581, c. 5.

Notæ ad pag. 20—21.

1. Henschenius, Act. Sanctor., Tom. I, p. 837.

2. Bed. IV, 11. "admonuitque conjugem, ut vel tunc divino se servitio pariter manciparent: quum amplius *pariter* mundum amplecti, vel potius mundo servire non possent." Neqve tamen hæc mulier conjugis exemplum secuta est.

3. *Religio:* vita monastica.

4. Conc. Tolet. IV, c. 49: monachum aut paterna devotio aut propria professio facit. Qvicqvid horum fuerit, alligatum tenebit;" cfr. conc. Tolet. X, c. 6.

5. Conc. Tolet. X, c. 6. "certe aut nolentibus vel nescientibus." Neqve opus erat, ut inter ambos parentes conveniret de liberis suis monasticæ vitæ consacrandis. Sufficiebat, si unus horum hoc vellet (ibid.).

6. Vid. Planck, Gesch. d. chr. kirchl. Gesellschafts Verfassung, B. 2. S. 474—77.

7. ibid. p. 485—86. „Vielleicht darf man daher bey mehreren Klöstern mit Recht annehmen, daß der Zeitpunkt, wo ihr Wohlstand zu steigen aufhörte, mit jenem zusammenfiel, wo ihnen die unbedachtsamme Frömmigkeit mit vollen Händen andere Reichtümer zuzuwerfen anfing, bei denen sie nur die Mühe des Nehmens hatten: den von dieser Zeit an hörten die Mönche allmählig zu arbeiten auf, und die Zwellgerey des Müssiggang, der sie sich nun überließen, verschwendete im kurzem weit mehr, und machte in die Ersparnisse ihres alten Fleißes und ihrer alten Mäßigkeit größere Lücken, als die Freigebigkeit der blindesten Andacht ersetzen oder ausfüllen konnte."

8.a) Ibid. p. 449. sqq.

8.b) v. c. potestatem "monachos ad conversationem sanctam promonendi, abbates aliaqve officia instituendi atqve extra regulam facta corrigendi." Sic qvoqve concilium Emeritens. c. 11 "visitandi" provinciam episcoporum sacram fore jubet, et abbatibus monachisqve præcipit, ut visitantem episcopum "digne suscipiant et, prout habuerint aut ratio permiserit illi, qvæ fuerint necessaria præparent."

8.c) "Nuntratum est præsenti consilio" patres conc. Tolet. IV, inqviunt, "qvod monachi episcopali imperio *servili operi mancipentur*, et *jura monasteriorum* contra instituta canonum illicita præsumptione *usurpentur*, ita ut pæne *ex coenobio prosessio fiat* atqve allustris portio Christi ad ignominiam servitutemqve perveniat." Ac vicesimo secundo anno post episcopi, qvi concilio Tolet. IX intererant, hæc ingenue testantur: "fieri plerumqve cognoscitur, ut..... sacra monasteria ita qvorundam episcoporum vel insolentia vel incuria *horrendam desidant in ruinam* ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mocror, qvam in construendo gaudii exstiterit labor" (can. 2).

9. Vid. pag. 23.

10. ɔ: gerere, exercere.

11. Planckius l. c. p. 507 interpretatur „feyerliches Hoch-Amt halten;" explicatur autem verbis qvæ seqvuntur: "celebrato divino mysterio."

12. *Benedictio,* qvæ proprie consecratio est, etiam omne id est, qvod inter benedicendum percipitur; h. l. *victus,* epulæ.

13. Legitur hoc in privilegio Chilperici regis, monasterio S. Stephani a 717 datum. Cfr. qvæ de his regum privilegiis copiose disseruit Planck l. c. p. 511—26.

14. Vid. hujus libri Part. I, p. 37.

15. Hanc proprio libro exposuit, vid. pag. 23.

16. Conc. Tolet. IV, c. 49: "Proinde his ad mundum reverti intercludimus aditum et omnem ad seculum interdicimus regressum;" cfr. VI, c. 6; X. c. 6.

17. Isidorus habet: "strenua," quod rectius esse videtur.

18. *Districtio:* poena.

19. Hine prohibere conabantur, ne ejus convincerentur; qvod prævidentes patres hæc addiderunt: "qvisqvis autem vel *abolitione tonsuræ vel secularis vestis assumptione* detectus fuerit attegisse transgressionem, et excommunicationes censuram accipiat, et religioni semper inhæreat."

20. Postestative ɔ: violenter.

21. Planckius l. c. p. 491—94.

22. Cfr. Bed. III, 26: "in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus; ita ut ubicunqve clericus aliqvis aut monachus adveniret, gaudenter ab omnibus *tanqvam Dei famulus* exciperetur etc."

23. Holstenius hoc decretum Bonifacii IV primus edidit in coll. Rom. Tom. I, p. 242, et Labbè alteram ejus recensionem, ex veteri Codice S. Symphoriani Metensis descriptam, postea publici juris fecit. Utrunque legitur in Hard. conc. Tom. III, p. 543—44. C. W. F. Walch (Entwurf einer vollständigen Historie der römischen Päbste, S. 143, Anm. 1) et Fabricius (biblioth. Latin. med. et infim. ætat. vol. I, pag. 705, seqq.) decreti hujus authentiam in dubium vocarunt. Neqve tamen mihi videntur satis ante oculos habuisse vel singularem rationem, qua Anglo-Saxones ad sacra Christi adducebantur, vel testimonium Bedæ (l. c. II, 4) afferentis, synodum Romæ tunc temporis habitam, ejusque mandata per Mellitum in Britanniam delata fuisse.

Notæ ad pag. 22—23.

1. Bed. l. c. I, 17: "ante paucos sane adventus eorum (ɔ: Anglo-Saxonum) annos."

2. Cfr. *Warnerii* ecclesiastical history of England, Tom. I, p. 30, et *Cavei* histor. litter. scriptor. eccles. Vol. I, p. 310.

3. Vid. Hard. l. c. Tom. III, 1051, in actis concilii oecumenici VI.

4. v. c. conc. Tolet. III ("ex Patre et Filio procedens)," IV, VI ("de Patre et Filio procedens") VIII, conc. Emerit., conc. Tolet. XI ("ab utrisque"), conc. Bracar. III; conc. Tolet. XII, quo postremo loco additur: "cum Patre et Filio adorandus."

5. Exstat integer codex legum Visigothorum XII libros complectens, in P. Georgisch Corp. jur. Germanici antiqvi pag. 1198—1848.

6. Ina rex plurimas leges tulit.

Notæ ad pag. 24—25.

*. Nobis haud propositum est historiam conciliorum scribere, sed hæc tantum recensere, ut historian hujus ævi, supra enarratam, legentes seriem conciliorum, qvorum acta sæpissime laudavimus, ante oculos habeant. Hac tamen occasione simul usus sum, ut, si qva memoratu digna in conciliis gesta sed a nobis silentio prætermissa essent, hæc breviter in his ipsis notis perstringeremus.

1. In qvo Theodorus, Romanus, Monotheletismum damnavit; vide p. 2. sub. a. 648 (Anastat. in vita Theodori).

2. In qvo Paulus, episc. Thessalonicensis, Monotheletismi laudes pronuntiavit, ob qvas a Martino I catholicæ ecclesiæ communione indignus declaratus est; sed nobis non constat, qvid postea factum sit (Mansi supplem. concil. Tom. I, p. 483).

3. Congregatum a Mansveto, episcopo Mediolan., et celebratum sub regibus Pertario et Kuniperto, qvorum in actis concilii mentio fit. Exstat præter epistolam Mansveti ad Constantinum imperatorem, — qvem adhortatur, ut neqve "antiqvorum patrum statuta" ulla ratione "convelli permittat," neqve "eorum inflationibus acqviescat, qvi audacia dialecticæ artis inflati, cothurnata cervice, buccis tumescentibus, sinosis circumitionibus et flexuosis ambagibus, phaleris verborum pompisqve sermonum.... simplicem fidei rationem convellere vel temerare velint" — expositio fidei patrum Mediolanensis synodi" ap. Hard. l. c. Tom. III, p. 1051—54.

4. In qvo episcopi qvidam schismatici qvintum synodum oecumenicum ob damnata tria capitula damnarunt. Qvod haud commemorarem, nisi ex eo appareret, qvam esset sedis Romanæ, qvintum synodum oecum. valde reverentis, auctoritas in partibus Longobardorum plane nulla. Hoc igitur confirmatur, qvod nos pag. 7. nr. 2 diximus.

5. In hoc Wilfridus ille coram Johanne VII comparuit, causam suam contra accusatores Brithwaldi dicens (vide p. 11 sub fin. Imæ columnæ hujusqve not. 14).

6. In hoc Philippicus Bardanes Monotheletismum sanciri jussit (vid. pag. 2 sub fin.).

7. In hac synodo, a Gregorio II celebrata, multa de illicitis matrimonii gradibus sancita sunt, qvorum in proximi ævi historia mentio erit.

8. In hac synodo, cui præsidebat Aridius, ep. Lugdun., Desiderius, ep. Viennensis, Brunnechilda regina instigante, depositus est. Videlicet Desiderius Brunnechildæ invidiam sibi contraxerat, qvod mores hujus mulieris acerbe vituperaverat. Hoc igitur concilium novo id exemplo confirmat, qvod p. 12—13, nr. 3 de summa vi principum, in conciliorum rationibus conspicua disputavimus.

9. De qvo vide pag. 20, II.

10. In hoc Dagobertus rex "immunitatem loci (ɔ. monasterii) sancti Dionysii et omnium, qvi se sanctæ basilicæ tradere voluerunt," rogatu Aigulfi abbatis iterum confirmavit. Antea enim "in generali placito suo" idem constituerat; vide Harduin. l. c. III, p. 2086. Igitur actis hujus synodi ea confirmantur, qvæ nos pag. 21, III sub finem tradidimus.

11. In hoc concilio, qvod nonnulli (v. c. Cave), referunt ad a. 851, alii (v. c. le Cointe) ad a. 854, plurima ad disciplinam ecclesiæ conservandam sancita sunt. Sed, qvod hisce gravius esse censeo, præsentes episcopi epistolam ad absentem Theodosium, episcopum Arelatensem, qvi in hac synodo comparere noluerat, scripserunt, in qva illi, multorum criminum reo, munere suo "usqve ad aliam synodum interdixerunt" (Hard. l. c. p. 952). Itaqve hoc exemplo ea confirmantur, qvæ pag. 16, c, nr. 2 disputavimus.

12. In hac "episcopi aliqvot gradu dejecti, sanctus Leodegarius Augustodunensis capitali sententia ...... *a rege Theodorico* damnatus est" (Hard. l. c. p. 1757—58). Haud enim ab ipsa synodo episcoporum damnatus est, sed "seorsim a rege" qvæsitus, Chrodoberto, qvi tunc comes erat palatii, traditus est, a qvo jussu "tyranni" gladio percussus est (ibid). Hæc autem afferenda esse duximus, ut appareat, qvam omnia, ad sacrum ordinem pertinentia, turbulenter et contra canonicum ecclesiæ ordinem per hoc ævum in Gallia agerentur.

13. Convocabatur hoc jussu Ethelberti regis, qvi in eodem monasterium, ante breve tempus ab Augustino, archiep., conditum, "per ipsum b. Augustinum Deo et monachis..... cum donatione ejusdem *tradidit, atqve perpetua libertate donavit,*...... et monachis *Petrum* monachum *ad abbatiam præposuit*" (Wilkins conc. Magnæ Britanniæ Tom. I, p. 23). Habes igitur exemplum eorum, qvæ nos pag. 13, nr. 7, attulimus. Ceterum hæc synodus celebrata est ex voluntate ipsius Augustini, et ejus qvidem suis monachis nullas injurias inferentis. Itaqve qvæ pag. 20, nr. 2 sub fin. disputavimus, de primæva ecclesia Britanniæ non valent. Enimvero "libertas," isti monasterio ab Ethelberto rege concessa, ad gentilium furorem respicit.

14. Hæc synodus, "a discipulis S. Gregorii [I] constituta et ordinata," egregium præbet obseqvii, qvo Anglo-Saxones a primis inde religionis traditæ temporibus Romanis scitis parebant, exemplum. Vetabatur enim, ne qvis "in tertia generatione propinqvam" uxorem duceret (Wikins l. c. p. 29).

15. Gravissimum certe hoc concilium dicendum, in qvo studiis Theodori archiepiscopi multa sancita sunt ad justam ecclesiæ disciplinam aut instituendam aut confirmandam; v. c. cap. 2: "ut nullus episcoporum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis," cap. 3: "ut nulli episcoporum liceat monasteria in aliqvo inqvietare," cap. 4 adversus monachos vagos, cap. 5 de stabilitate sic dicta clericorum, cap. 7: "ut Kalendis Augustis in loco, qvi appellatur Clofeshoo, semel in anno congregremur" sc. ad synodum celebrandam. In hoc tamen ultimo capitulo discesserunt a canonica synodorum, bis qvotannis habendarum, ratione. Sed fatentur ipsi, synodum bis qvotannis congre-

gari debere, sed, "qvia diversæ causæ impedirent," semel tantum celebrandum esse. Itaqve nostra verba p. 16, c, nr. 3, hisce non tam refelluntur, qvam confirmantur (vide Wilkins l. c. p. 41—43).

16. De qvo vide, pag. 22, II.

17. Hæc synodus etiam Twifordensis dicitur, qvia "juxta fluvium ""Alne,"" in loco, qvi dicitur ""Twiford,"" habita est. Præsidebat ei Theodorus, qvi Cuthbertum, episcopale munus respuentem sed ab Egfrido rege "invitum ad synodum pertractum, episcopatus officium suscipere compulit" (Wilkins l. c. p. 55—56).

18. Gravissimum sane concilium, in qvo pius rex Withredus ecclesiam ab omni laicorum injuria immunem reddere conatus est, neqve non archiepiscopis liberam episcopos eligendi potestatem concessit (Wilkins l. c. p. 56—57).

19. Celebrabatur hæc synodus sub Withredo rege et Brithwaldo archiepiscopo. Tractabantur autem res tam civiles qvam sacræ, qvas inter commemorare satis habeo cap. 1: "ecclesia fruatur immunitate et tributis," cap. 10: "de opere servili non præstando" a vespera diei solis post occasum ejus usqve ad occasum vesperæ diei lunæ, cap. 14: "si servus diabolis offerat, sex solidos compenset vel cutem suam;" his enim illustrantur, qvæ nos pag. 13, nr. 5 et pag. 14, nr. 3 disseruimus.

20. In causa Wilfridi, vid. not. 14 ad pag. 11.

21. "In qvo Aldhelmo, abbati,..... præceptum est, ut librum scriberet adversus errorem Britonum in paschate celebrando" (Bed. V, 18; cfr. Wilkins l. c. pag. 66).

22. In causa Wilfridi, vide not. 14 ad pag. 11.

Reges

23. in regni *Northankymbrorum:*

Ceolwulfus (ab. a. 729) post duos annos captus, in monasterium detrusus est. Sed brevi post elapsus, regnum recepit. Qvo se octavo post anno abdicans, a. 737 in monasterium secessit.

Eadbertus a. 758 hoc Ceolwulfi exemplum secutus est.

Oswulfus post unum annum a rebellibus civibus occisus est.

Edilwoldus, a proceribus rex constitutus, post multas calamitates a. 765 sceptrum tradidit

Alchredo, qvi ipse, hostibus undiqve cinctus, ad Pictorum regem confugit.

in regno Merciorum:

Ethelbaldus, sub Ceolredo († 716) patria profugus, diu apud Guthlake, eremitam, degit. Rex factus multa sapienter instituit, multa scelera commisit. Tandem in bello intestino occasus est a. 757.

Beonredus, qvi arma contra Ethelbaldum ceperat, post paucos menses pulsus est. Qvo facto *Offa* thronum ascendit.

In regno Occidentalium Saxonum.

Ina † 728.

Athelardus cum *Oswaldo* († 730) regnabat ad a. 730.

Athelardus contra Mercios infeliciter dimicabat († 741).

Cuthredus, frater ejus, contra cives rebelles et Mercios infeliciter certabat. † 754.

Siqeberchtus, a proceribus, Cynewulfum regem creantibus, solum vertere coactus, in fuga occisus est.

Cynewulfus.

Notæ ad pag. 26—27.

1. Germanus, patr., in ep. ad Thomam Caudiopolit. hæc dicit: "Domini autem secundum carnem visionis imaginibus formari characterem in redargutionem qvidem est hæreticorum, qvi phantasia et non veritate hominem eum factum maledice perhibent."

2. Operæ pretium est Germanum de hac re dicentem audire. Hic enim melius non habet argumentum, quod isti crimini opponat, qvam hoc, "patres Judæorum ad idola prolapsos fuisse," Muhamedanos autem etiamnum lapidem qvendam inanimatum, qvi Chobar dicitur, colere. Qvo haud scio, an qvicqvam cultus imaginum impietatem melius arguere possit.

3. Vid. J. G. Chr. Schmidt, Handbuch der chr. Kirchengesch., Th. 5, S. 256.

4. Thomas ille imagines ædibus sacris amovebat.

5. Scripserat Leo "Ozias, rex Judæorum...... serpentem æneum e templo ejecit," Oziam cum Hiskia confundens; sed Gregorius II. hunc errorem, qvem non intellexit, novo auxit, dicens: "Vere et Ozias frater erat tuus, et eadem erat, qva tu, pertinacia præditus, illiusqve temporis sacerdotibus vim afferebat, ut tu facis. Illum siqvidem senpentem sanctificatus David (!?) una cum arca sancta in templo evexit" (vid. Harduin. T. IV, p. 7).

6. Vid. Anastatii vit. Gregor III, in Murator. rerum italicar. scriptor. T. III. p. 158, unde verba ista, in textu signo citationis inclusa, descripta sunt.

7. Oecumenicum hoc concilium fuisse, Pontificii scriptores negant, siqvidem neqve Romanus pontifex, neqve reliqvi tres Orientis patriarchæ ei interessent. Sed observandum est, hos, ne venirent, a Saracenis impeditos fuisse, illum autem, qvod secus ac imperator de imaginibus judicabat eiqve parere nolebat, præsentem non fuisse.

8. Proprie hæc synodus Hieræ e regione Constantinopolis celebrata est; qvod vero ultima ejus sessio Constantinopoli agebatur, Constantinopolitana synodus dici solet.

9. Acta hujus synodi de industria abolita sunt; sed eorum nonnulla actis concilii a. 787 inserta sunt, ex qvibus hæc novimus.

10. Verba Cavei, histor. litter. p. 410.

11. Vid. Assemanni bibliotheca orient. Tom. II, pag. 111.

12. Vid. de hac re J. M. Schröckh, Christl. Kirchengesch., Th. 19, pag. 317 seqq.

Notæ ad pag. 28—29.

1. "Qvem viri Romani, seu omnes populi a magno usqve ad parvum, divina inspiratione permoti, *subito* eum, dum ejus decessor de hoc sæculo migrasset, dum ante feretrum in obseqvio sui antecessoris esset intentus, *vi abstollentes* in Pontificatus ordinem abstulerunt" (Anast. p. 158).

2. Hic a multis *tertius Stephanus* appellatur, siqvidem presbyter qvidam ejusdem nominis a populo electus esset; qvi vero tertio post die ante obiit, qvam consecratus erat (Anastat. p. 165).

3. "*Primicerius*" inter multas significationes etiam dignitatem

in ecclesiis Cathredalibus denotat. (vid. Du Change Glossar. Tom. V, p. 834—36).

4. "Sacellarius" est fisci custos, ex sacco: fisco, thesauro.

5. "Simulaverunt se monachos fieri, seseque absolvi ab eodem Constantino petierunt, in monasterio Salvatoris Domini nostri J. Christi proficisci asserentes, illic monachicum fore suscepturos habitum. Susceptoqve ab eodem Christophoro Primicerio sacramento, ita illis credens eos absolvit" (Anast. in vita Steph. IV. (ɔ: III) p. 174).

6. Hunc alii Stephanum IV. nominant; cf. not. 2.

7. "Constantinus, dum deductus ad medium esset, et magna pondera in ejus adhibentes pedibus in sella muliebri sedere super eqvum fecerunt." Postbac in coetu qvodam clericorum, "Maurianus subdiaconus orarium de ejus collo abstulit, et ante pedes ejus projecit, et compages ipsius abscidit." His injuriis affectus "in monasterium Cellanovas retrusus est." Sed paucis post diebus milites qvidam "eum ex ipso ejicientes monaterio, ejus eruerunt oculos, et cæcum in platea jacentem reliqverunt". (Anast. p. 175—76).

8. "Passivum, oculis privatum, in monasterium S. Silvestri direxerunt." (ibid.)

9. "Theodorum comprehendentes, eruerunt oculos et lingvam illi crudiliter amputaverunt." Qvibus factis "eum in monasterio Clivi Scauri retrudi fecerunt, ubi fame et siti cremans, clamansqve aqvam, ita exhalavit spiritum" (ibid.)

10. "Debeat nobilitas tua ei (ɔ: exarchæ Ravennat.) adhærere, et cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctæ Reipublicæ in *imperiali servitio* dominorum, *filiorum nostrorum* Leonis et Constantini, magnorum imperatorum, ipsa revocetur Ravennatum civitas, ut zelo et amore sanctæ fidei nostræ in statu reipublicæ et *imperiali servitio firmi persistere*, domino cooperante, valeamus" (Baronii annal. ad. a. 726, nr. 27).

11. Chronogr. pag. 342 sq. ed Paris.

12. Annal. P. IV., pag. 217 ed. Ven.

13. Annal. lib. XV, c. 4, pag. 104 seq. Tom. II. ed. Paris.

14. Compend. historiar. p. 457, ed. Paris.

15. "Cum tu nos defendere minime possis" (Harduin. IV, p. 11).

16. Verba græca hoc sunt: ὃι κατὰ καιρὸν ἐν Ρώμῃ δια την ἐιρήνην καθεζονται; igitur legendum est: *Romæ*.

17. Hæc intelligi debet de iconodulis, qvos Leo durius tractabat. Ipsa epist. legitur Harduin. l. c. Tom, IV, p. 1 seqq.

18. Hisce addi debet, qvod Anastat. l. c. p. 160 narrat: "Item Imaginem Sanctæ Dei Genetricis antiqvam deargentavit, ac investivit argento mundissimo, pens. lib. qvinqvaginta."

19. Theophan. l. c. p. 343; Cedren. l. et l. c.

20. Hoc seqvi videtur ex verbis Anastat. l. c. p. 164: "post hæc [Constantinus V.] *reqvirens* missum apostolicæ sedis, qvi ibidem *in tempore perturbationis* contigerat advenisse." Qvod si enim hic missus Zachariæ, ut testis est Anastatius l. c. (— "simulqve et aliam suggestionem dirigens Serenissimo Principi Constantino —") Constantinum Imp. adire voluisset, cur Constantinopolim, qvam urbem Artabasdus obsessam tenebat, venit, neqve potius Constantinum extra urbem degentem adiit?

21. Adde Anast. l. c. p. 164: "Hic fecit vestem super altari B. Petri ex auro textam, habentem Nativitatem Domini Dei et Salvatoris nostri J. Christi, ornavitqve eam gemmis pretiosis."

22. Anast. l. c. p. 166: "et dum hæc agerentur, conjunxit (ɔ: venit) Romam Johannes, Imperialis Silentiarius (ɔ: qvi ad cubiculum Principis excubias agit, cavetqve, ne qvodpiam murmur excitetur), deferens eidem sanctissimo pontifici regiam jussionem cetqve."

23. Addendum est, eum "sæpius suos Missos cum apostolicis litteris Constantino et Leoni Augustis direxisse pro restituendis confirmandisque in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus" tam Christi qvam Mariæ, apostolorum "omniumque Sanctorum Prophetarum, Martyrum et Confessorum." (Anast. l. c. p. 173).

24. Forum Julii (Friuli) sedes erat metropolitæ Aqvilesensis.

25. "Atqve sic ad tantam compunctionem piis monitis [Luitprandus] flexus est, ut qvæ fuerat indutus, exueret, et ante corpus Apostoli poneret, *mantum, armilausiam, balteum, spatam* atqve *ensem* deauratum, nec non *coronam* auream et *crucem* argenteam."

26. Anast. l. c. pag. 161: "qvi in hac Romana sede, eodem Rege (ɔ: Luitprando) perseqvente, refugium feeerat;" neqve Luitprando reddebatur; sed cum magno Romani ducatus exercitu plures tractus occupabat.

27. Ipse Trasimundus, postqvam ducatum suum recepisset, "noluit implere, qvæ Pontifici et Patricio simul et Romanis promiserat pro recolligendis IV civitatibus, qvæ pro eo perierant, et aliis, qvæ spoponderat capitula;" unde majus Romanæ sedi periculum imminebat.

28. "Nam et Sabinense patrimonium, qvod per annos fere triginta fuerat ablatum, atqve Narniense etiam et Auximanum atqve Anchonitanum nec non et Numatriatense et vallem, qvæ vocatur magna, sitam in territorio Sutrino, per donationis titulum ipsi B. Petro, apostolorum principi, *reconcessit*" (Anast. l. c. p. 162).

29. ibid.

30. Anastat. in vita Steph. III (ɔ: II) p. 167.

31. Haud dubie, qvod Carolus in bello suo contra Mauros foedus cum Liutprando inierat.

32. Cod. Carol. ep. 1 et 2.

33. Addit: "ad regnum;" qvod si explicandum sit ex annal. Metens.: "epistolam qvoqve [ex] decreto Romanorum principum sibi (ɔ: Carolo Martello) prædictus præsul Gregorius miserat. qvod sese populus Romanus, *relicta Imperatoris dominatione*, ad suam (ɔ: ejus) defensionem et invictam clementiam convertere voluisset," diserto testimonio possimus contendere, Gregorium cum toto populo Romano ditioni Caroli Martelli se commisisse; sed fieri potest, ut legendum sit "ad rogam s. rogum" ɔ: rogandi causa vide Cenni, monumenta dominationis Pontificiæ, Tom. II, in not. 9 ad epist. 1mam libri Carolini p. 22.

34. "*Burchardus*, Wirzeburgensis episcopus, et *Folradus*, Capellanus, missi fuerunt ad Zachariam Papam interrogando de regibus in Francia" (annal. Loiselian. ad, a. 749).

35. Omnes fontes hunc annum non habent. Sic annales Metenses hanc legationem ad a. 750 referunt (scriptor. Francorum edit. Du Chesne Tom. III, p. 275). Cl. Bredon in not. 13 ad prim. cap. Eginhard. vitæ Carol. M. suspicatur, annos duos propter rerum gestarum defectum ab auctore annalium (Loisel. vid not. 34) omissos esse, librarium vero, diligentem ordinem numerorum haud secutum, post a. 748 scripsisse a. 749, itaqve legendum esse 751 pro 749. Omnino talis numerorum discrepantia levior est, quam ut qvid inde contra axiopistiam scriptorum effici possit; qvod tamen Eckhardus (comment. de rebus Franciæ Orient. et episc. Virceb. Tom. I, p. 511 seq.) facere non dubitavit.

36. Annal. Loiselian. l. c.

37. Anastat. p. 168 "Unde [Aistulphus] ut leo dentibus fremebat, pro qvo et diversis vicibus suos satellites ad eum clam misit, ut eum qvoqvo modo a tali intentu declinarent."

38. Anast. p. 169 "Pipinus nimis festinanter in ejus advenit occursum unacum conjuge, filiis etiam et Primatibus ..... Ipseqve in palatio suo in loco, qvi vocatur Ponticone, ad fere trium millium spatium descendens de eqvo suo cum magna humilitate *terræ prostratus* unacum sua conjuge, filiis et optimatibus eundem Sanctissimum Papam suscepit."

39. Annal. Metens. ad a 753: "sqventi vero die una cum clero suo *aspersus cinere* et *indutus cilicio*, *in terram prostratus*,

per misericordiam Dei omnipotentis, et merita B B. A A. Petri et Pauli Pipinum Regem obsecrat, ut se et populum Romanum de manu Longobardorum et superbi regis Haistulphi servicio liberaret cetqve."

40. In his omnibus afferendis Anastatium secuti sumus.

41. Cod. Carol. ep. 4. 6. 7., qvæ, ut legantur dignissimæ, sed fusiores sunt, qvam ut hic exscribantur.

42. Missus Constantini Imp. "plura spondebat tribui Imperialia munera" (Anast. p. 171).

43. Neqve tamen Aistulphus omnia, qvæ redditurum se esse promiserat, reddidit.

44. Aistulpho a. 756 mortuo, Rachisus e monosterio suo elapsus, regnum recipere conabatur, sed per Stephanum claustro redditus est. Neqve tamen Stephanus "exhortatorias litteras" prius Rachiso misit, qvam Desiderius coram Fulrado, misso Pipini, qvi eo tempore in Italia degebat, Paulo, germano Stephani, et Christophoro Consiliario "per scriptam paginam terribili juramento cunctam superius annexam sponsionem adimplere professus esset" (Anast. p. 172). Hac autem sponsione civitates Petri ecclesiæ nondum traditas redditurum esse promisit. Qvo facto Fulradus cum Francis suis Desiderio succurrit. — Qvod vero Anastatius de Fulrado addit: "sed et (ɔ: præter Francos suos) plures exercitus Romanorum, si necessitas exigeret, in ejus disposuit occurri adjutorium" (Anast. l. c.), id Pipini regimen, qvod per Missus suos Romæ exercebat, manifeste indicat. Id vero ipsum inde qvoqve patet, qvod Fulradus "cum aliqvantis Francis in auxilium Desiderii properabat." Hi enim pauci non fuerunt, siqvidem vires Desiderii confirmarent, et in proximo commate cum "exercitibus Romanorum" comparentur. Itaqve Pipinus *milites in Romano ducatu reliqverat.*

45. Cod. Carol. ep. 8.

46. Ita foedus cum Græco Imperatore inierat, ex qvo uterqve junctis copiis suis Italiam aggrederentur (cod. Carol. ep. 15); sic etiam urbes Pentapolis diripuit (ibid. p. 122).

47. Cod. Carol. ep. 21.

48. Ibid. ep. 34.

Notæ ad pag. 30—31.

1. "Tredecim annorum natus juvenis in monasterium Exoniense secessit, ex qvo postea in monasterium Nuiscellense migravit" (Cave. hist. litt. Tom. I, p. 409) Circa a. 800 presbyter ordinatus est.

2. Et qvidem commendatitiis Danielis episcopi Wintoniensis litteris instructus.

3. Othlon. vit. Bonif. c. 9; cfr. Bonif. ep. 118.

4. Ibid.

5. In civitatibus, qvæ hodie Amöneburg et Fritzlar nominantur. Posterioris urbis monasterio Wigbertum comitem suum præfecit.

6. Resistebant ei doctores, qvos vitæ ejus scriptores hæreticos esse affirmant. Inter eos *Erenvulfus* qvidam eminuit.

7. „Vielleicht that er für die Bekehrung der Teutschen eben so viel wie dieser (ɔ: Bonifaz); und verstand es nur nicht seine Thaten eben so wie derselbe ins glänzende Licht zu setzen." (J. E. Ch. Schmidt, Handbuch d. chr. Kirchengesch. Th. 5, S. 54).

8. Maturius qvidem a Gregorio III archiepiscopi *titulo* ornatus erat, sed nulli provinciæ præfectus.

9. Vid. epp. Bonif. p. 241.

10. Ep. Bonif. ad Zachar.; ap. Hardium. l. c. Tom. III, p. 1878—79.

11. Vide "ep. Zachariæ ad Pipinum, Majorem Domus, itemqve ad episcopos, abbates et proceres regni Francorum" (ap. Hard. l. c. Tom. III, p. 1899—1906), maxime respons. XXII.

12. "Qvippe cum *usqve hodie* moris sit Britonum," ait Beda, qvi obiit a. 736.

13. Planckius, qvi contendit „daß die englische Kirche niemals aus der abhängigen Verbindung heraustrat" hoc argumentum levius esse existimans, dicit: Konnten sie den Canon nicht auch deßwegen weglassen, weil sie es für unnöthig, oder ihrer Ehre für nachtheilig hielten, sich jetzt erst dazu zu verpflichten? qvod attulisse satis habeo, ut appareat, ipsum Planckium interdum dormitavisse. Nobiscum facit Henry, history of Great-Britain, Vol. III, p. 226: It is, however, very worthy of our attention, that the council of Cloveshoos made a *very important alteration* in the canon concerning the unity of the church.... the canon of the council of Cloveshoos was couched in general terms, without so much as mentioning the church or bishop of Rome..... This remarkable caution in the language of this canon is *a sufficient proof*, that the clergy of England were not as yet disposed to bend their necks to the intolerable and ignominious yoke of Rome. So careful were they in this council to guard against the inchroachments of the pope and the independency of the church of England, that applications to Rome for advice in difficult cases were discouraged by the twenthy-fith canon and bishops directed to apply only their metropolitan in a provincial synod."

14. Verba Bedæ (l. c. V, 7, p. 398): "qvod his temporibus plures de gente Anglorum nobiles ignobilesqve, laici, clerici, viri ac foeminæ certatim facere consueverunt," mores non illius temporis († 736), sed Ceadwallæ († 688) et Inæ († 798) regum describunt.

Notæ ad pag. 32—33.

1. Memineris, qvæ p. 8—11 allata sunt.

2. Hoc Clemens proprie de se, qvi duos filios genuerat, prædicasse dicitur. Sed eandem cum legem reliqvis episcopis scriptam esse putavisse, dubitari neqvit.

3. In hac synodo septem modo episcopi præsentes erant.

4. Explicationis ergo subjungitur: "dum prædicat fratris defuncti uxorem posse in matrimonio jungi" (Act. III. Hard. l. c. p. 1940—41).

5. Moshemius hoc suspicatur (institution. p. 279); sed mera conjectura est.

6. "Benedictionem, qvam nobis direxistis, suscepimus, id est, poculum argenteum et sindonem unam."

7. "Et vos ea pertractantes omnia scripta, qvæ vobis ab eo (ɔ: Zacharia) directa sunt, *a nobis esse dictata juxta vestram voluntatem*. Sed et qvod vos non sperabatis fieri *suggessimus*: et facta est synodus sacerdotum . . . . . . et sic gestis peractis sententia anathematis in eos promulgata est" (Harduin. l. c. p. 1942).

8. Fata Adalberti ignota sunt. Qvod enim J. E. Ch. Schmidt, Kgsch. Th. 4, S. 67. tradit: Adelbert fiel späterhin in Bonifacius's Hände, der ihn lange in Fulda eingekerkert hielt. Er entkam zwar endlich, aber indem er den ungeheuren buchonischen Wald durchirrte, wurde er von Hirten erschlagen, id ex fonte, qvem laudat Presbyt. S. Martin. supplem. 3 hausit; sed hic fons parvæ fidei est.

9. Maturius Bonifacius in conc. Suession. c. 7 constituerat: "ut illas erucicolas, qvas Adalbertus per parochiam plantaverat, omnes igne consumantur."

10. Kctzerhist. Th. 10. 1 ff.

11. l. c. "Adalbertus non omnis expers videtur *flagitii* et erroris fuisse."

12. Dignum est, qvod hic tradatur, ipsum Bonifacium angeles, Romanorum auribus inauditos, — ut Acaddai, Alleluja, Allevatia — invocare solitum fuisse (ep. Bonif. 63).

13. In MS. qvodam additur: "seu sol et luna."

14. Othilo erat propinqvus et gener Caroli Martelli; unde suspicari licet, eum Bonifacium magni non fecisse; maxime si meminerimus, Bonifacium in Bavaria incassum diu laboravisse.

15. Vid. infra pag. 37.

16 Bonif. ep. 140.

17, Ep. Zachariæ ad Bonif. (Hard. l. c. 1912).

18. Dr. F. Münter Kirchengeschichte von Dänemark und Norwegen Th. I. B. 2, Cap. 1, § 6, S. 224.

19. Zachariæ Papæ ep. ad Bonif. I; ap. Hard. l. c. p. 1883: "De Kalendis vero Januariis vel ceteris auguriis vel phylacteriis et incantationibus, qvæ gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum, vel in urbe Roma: hoc et nobis et omnibus Christianis detestabile et perniciosum esse judicamus......... Et qvia per instigationem diaboli *iterum pululabant*, a die, qva nos jussit divina clementia . . . . . Apostoli vicem gerere, illicò omnia hæc amputavimus."

Notæ ad pag. 34—35.

1. Horum enim consensus nullus petebatur.

2. In conventu Suessionensi a. 752 ordines Francorum regem eum agnoscebant, et Bonifacius eum unxit (vid. annal. Bertinian. et Meterses ad a. 750; coll. annal. Pithoean. et Fuldens. ad a. 752).

3. Cfr. conc. Germanic. III: "quum ita Carlomanno *jubente* et Bonifacio consulente synodus haberetur;" conc. Vern. canonis 21 de episcoporum jure "presbyteratus, sibi competentes, obtinendi," hæc ultima verba sunt: "sicut in alia synodo *perdonavit domnus* (ɔ: rex);" conc. Liptin. c. 4: "decrevimus qvoqve, qvod et pater meus ante præcipiebát;" conc. Suession. præfat: "apud. Suessionis civitatem synodum vel concilium facere *decrevimus*; qvod ita in Dei nomine et fecimus."

4. Hisce si qvis forsitan objiciat, Bonifacium in epistola ad Zachariam (Hard. conc. Tom. III, pag. 1878) veniam sibi ab antistite Romano expetiisse synodum ex voluntate Carlomanni habendi, observet velim, *primum* ipsum Bonifacium dicere: "Carlomannus me arcessitum ad se rogavit, in parte regni Francorum, qvæ in sua est potestate, synodum incipere congregare," qvibus itaqve aperte fatetur, Carlomannum nulla pontificis Romani *licentia* s. venia sed sola Bonifacii *fide* ad concilium cogendum uti voluisse, *deinde* verba, qvæ seqvuntur: "nam si per verbum vestrum hoc negotium, duce rogante supradicto, movere et incipere debeo, præceptum et judicium Apostolicæ sedis cum canonibus ecclesiasticis præsto habere cupio", haud obscure indicare, Bonifacium eo tantum consilio Zachariam his precibus adiisse, ut apostolicæ sedis auctoritate, idoneisqve ad disciplinam ecclesiasticam reformandam subsidiis — canones dico — instructus, facilius et episcopos ad synodum celebrandam cogere et collapsam eorundem disciplinam emendare posset. Neqve est, cur mireris, vel Carlomannum Bonifacio munus illud *primam* synodum cogendi commisisse, vel Bonifacium Zachariam consuluisse; namqve ut in hac ipsa epistola traditur, "Franci plus qvam per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt;" neqve igitur exspectanda erat in Carlomanno idonea synodum habendi dexteritas, aut in Bonifacio, homine novo, justa eam cogendi auctoritas.

5. Conc. Rom. I, c. 12: "de presbyteris, diaconibus seu clericis, qvi *inter se* causam habuerint, nullo modo præsumant publicis auctoribus interpellationem facere, *nisi* (ɔ: sed) *suo episcopo*."

6. Conc. Liptin. c. 3: "similiter præcipimus, ut juxta canonum decreta adulteria et incesta matrimonia, qvæ non sunt legitima, prohibeantur et emendentur *episcoporum judicio*;" cfr. conc. Germ. I, c. 6.

7. "Vid. responsa Stephani Papæ II, qvæ quum in Francia esset, dedit ad varia consulta, de qvibus fuerat interrogatus," respons. XV: "si qvis episcopus, de certis criminibus accusatus, condemnetur ab *omnibus episcopis ejusdem provinciæ*, ... hunc apud *alios* nullo modo judicari [debet];" heic enim "*alios*" non de judicibus secularibus, sed de *alius provinciæ episcopis* sumi debet; seqvuntur enim verba: "sed firmam concordantium episcoporum *provinciæ* manere sententiam."

8. Vide privilegium Aetelbaldi regis ecclesiis concessum; ap. Wilkins concilia magn. Britanniæ p. 100—101: ". . . . . . Hujus rei gratia hanc donationem, deo teste, me vivente concedo, ut omnia monasteria et ecclesiæ regni mei *a publicis vectigalibus*, et ab omnibus *operibus oneribusqve* absolvantur, nisi sola qvæ communiter fruenda sint omniqve populo edicto regis facienda jubentur, id est *instructionibus pontium vel necessariis defensionibus arcium* contra hostes, non sunt renuenda."

9. Conc. Suess., c. 3: "et abbates legitimi hostem (ɔ: servitium militare s. expeditionem, qvæ pro patria tuenda intra dominii fines peragitur, Du Changii Glossar. Tom. III, p. 1215—17) non faciant, nisi tantum homines eorum (ɔ: suos) transmittant."

10. Conc. Clovesh. I. Confitetur autem Ethelbaldus, se hæc tanta ecclesiæ largiri "pro stabilitate regni mei, pro salute animæ meæ, proqve reverentia venerabilis archiepiscopi Cuthberti."

11. Conc. Germ. I. c. 2: "venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus, et ut accipitres et falcones non habeant;" conc. Suess. c. 3: "nec apud (?!) canes venationes faciant;" conc. Vermeriens. c. 16: "ut arma clerici non portent."

12. Geroldus, episc. Mogunt., contra Saxones expeditionem

fecit, in qvo cecidit; jam Gervilio, filius idemqve Moguntinæ sedis episcopus, in nova expeditione virum, qvi patrem necaverat, "clam ferens gladium, confodit, nemine tum id, qvod Gervilio fecerat, pro homicidio imputante" (Serar. lib. III, cap. 44 historiæ Mogunt.).

13. Sic Gervilio ille, "qvi tum adhuc *laicus* in palatio versabatur, in clerum adsciscebatur leniendi doloris causa, qvem ex patris morte conceperat, eidemqve in Moguntino pontificatu subrogabatur" (l. c.).

14. Hoc qvidem vetitur in conc. Vernens. c. 24.

15 Zachar. epist. ad Bonifac. (Hard. l. c. p. 1907 seqv.) tradit, clericos qvosdam, qvos Bonifacius muneribus suis ob adulterium et homicidium exuerat, poenitentiam nullo pacto subire velle, sed "ad regis Francorum palatium pergentes rogare, ut sibi loca tribuat ecclesiarum vel monasteriorum."

16. Ipse Bonifacius fatetur, omnia a regis arbitrio pendere. Hic enim in ep. ad Zachariam (Hard. l. c. pag. 1877) de successore sibi eligendo, qvod Gregorius III ipsi præceperat, dicit: "hoc non videtur posse fieri, si contrarius princeps fuerit." Objiciat fortasse aliqvis, Gregorii III verba (ep. ad Bonif.): "præcepimus, ut . . . . ubi multitudo excrevit fidelium, ex *vigore apostolicæ sedis*, debeas ordinare episcopos", contrarium docere. Sed aliud est episcopum aliqvem *constituere*, aliud episcopum "*ordinare*." Neqve facile princeps in illis regionibus episcopum nominare voluerit. Omnino hæc verba, si etiam prodant Gregorii Papæ studium, archiepiscopis sibiqve electionem episcoporum vindicandi, non possunt probare, qvalis ista episcoporum electio re esset.

17. Conc. Germ. I, c. 4: "statuimus (ɔ: Carlomannus) etiam, ut secundum canonum tutelam omnes undecunqve venientes *ignotos* episcopos vel presbyteros non *ante probationem synodalem* in ecclesiasticum ministerium non admitteremus;" cfr. conc. Sues. c. 5: "statuimus, ut supervenientes episcopi vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerium ecclesiæ, nisi prius fuerint probati ab episcopo, *cujus parochia est*."
* Vid. ep. Bonif. ad Zach.; ap. Hard. p. 1879: "Modo autem maxima ex parte per civitates episcopales sedes traditæ sunt laicis cupidis ad possidendum."

18. Conc. Rom. a. 743, c. 5.: "ut presbyteram*), diaconam, nonnam aut monacham**) vel etiam spiritualem commatrem nullus sibi præsumat nefario conjugio copulare;" c. 6: "ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem vel etiam de propria cognatione nullus præsumat in conjugio copulare."

19. v. c. de homine chno Judæo filiam suam "in conjugio copulante" (conc. Rom. c. 10); de uxore, qvæ queritur, maritum sibi "commercium maritale haud reddidisse" (conc. Compend. c. 17); de homine mulierem non virginem in matrimonium ducente (ibid. c. 7); de marito leproso (ibid. c. 16); de uxore leprosa (respons. Stephani II. nr. 9); de muliere, qvæ, maritum suum in bello cecidisse rata, alii viro nupserit (ibid. resp. 19); de muliere maritum, peregre profecturum, comitari detrectante (conc. Vermeriens. c. 9); et aliæ multæ leges, qvæ ne copiosius exponamus, operis nostri leges vetant.

*) Presbytera est uxor presbyteri, qvi "abdicato ex consensu mutuo matrimonii usu, divini cultui se mancipabat" (Du Chang).

**) Monacha est mulier sanctimonialis, monialis. Conf. conc. Compend. c. 1. "Si in qvarta progenie reperti fuerint, separentur. Et eos, qvi unus in qvarta, alius in tertia sibi pertinent et conjuncti inveniuntur, separamus;" c. 2: "Si duo in tertio loco sibi pertinent, sive vir sive foemina, aut unus in tertio et alter in qvarto, uno mortuo non licet accipere uxorem ejus, et si inventi fuerint, separentur. Una lex est de viris et de foeminis."

Harum autem et similium legum severitas Germanicis populis adeo displicuit, ut Bonifacius ipse, licet maximus Romanarum legum laudator, mitigandas eas censeret; sed aliter curiæ Romanæ videbatur (vid. ep. Bonif. ep. 21. 28. coll. Zachariæ ep. I).

20. "Similiter de ecclesiasticis, si ad palatium venerint de eorum (ɔ: sua) causa se reclamare (ɔ: reclamandi causa) super eorum seniore, *vapulentur*, nisi senior pro sua causa transmiserit" i. e. ne qvis fidem regis in episcopi crudelitatem imploret, nemini licebit palatium regis adire, nisi ab ipso episcopo certa de causa illuc missus fuerit.

21. Vid. epist. Zachariæ ad Bonif. ap. Hard. l. c. p. 1908: "de censu vero expetendo eo qvod impetrare a Francis ad reddendum ecclesiis vel monasteriis *non potuisti* aliud, qvam ut vertente anno ab unoqvoqve conjugio servorum XII. denarii reddantur: et hoc gratias Deo qvia potuisti impetrare, et dum Deus donaverit qvietem, augeantur et luminaria sanctorum, pro eo qvod nunc tribulatio accidit Saracenorum."

22. "Dedit [Deus] tribulationem pro delictis nostris, post tribulationem autem magnam atque mirabilem consolationem sive abundantiam fructus terræ, qvem modo habemus. Et *ob hoc*..... *faciat unusqvisqve homo sua eleemosyna, et pauperes pascat.* Et sic prævidere faciatis et ordinare *de verbo nostro*, ut unusquisqve homo, aut vellet aut nollet, *suam decimam* donet. (Baluz. Capitul. Tom. I, p. 185—86).

23. Vid. Lingard Geschichte v. England, übersetzt von Salis Th. 1. S. 143—44.

24. Baronii annal. a. 745.

25. Vid. "epist. episcoporum provinciarum Remensis et Rotomagensis a Carisiaco palatio...... Hludouvico Regi [Germaniæ] miss. cap. VII:" ..... "Qvia vero Carolus Princeps, Pipini regis pater, qvi primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res ecclesiarum ab eis separavit atqve divisit (ɔ: per testamenta aliis dono dedit), *pro hoc solo maxime est æternaliter perditus.* Nam sanctus Eucherius, Aurelianensium episcopus,..... in oratione positus, ad alterum est seculum raptus, et inter cætera, qvæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum (ɔ: Carolum Martellum) *in inferno inferiori torqveri.* Cui interroganti ab angelo, ejus ductore, responsum est, qvia sanctorum judicatione, qvi in futuro judicio cum Domino judicabunt, qvorumqve res abstulit et divisit, ante illud judicium anima et corpore sempiternis poenis est deputatus, et recepit simul cum suis peccatis poenas propter peccata omnium, qui res suas et facultates..... ad sanctorum loca..... tradiderunt. Qvi (sc. Eucherius) in se reversus S. Bonifacium et Fulradum..... ad se vocavit, eisqve talia dicens in signum dedit, ut ad sepulchrum illius irent, et si corpus ejus ibidem non reperissent, ea, qvæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ipsius Karoli humatum fuerat, sepulchrumque illius aperientes, visus est subito exiise draco, et totum illud sepulchrum interius inventum est denigratum, ac si fuisset exustum &c." (Baluz. Capitular. reg. Francor. Tom. II, p. 109).

26. Ep. ad Ethelwaldum regem a. 745, qvam Planckius l. c. p. 226 not. 24 laudat.

27. Conc. Liptinens. c. 2: "Statuimus qvoqve cum consilio servorum Dei, et populi christiani, propter imminentia bella....., ut sub precario et censu aliqvam partem ecclesialis pecuniæ in adjutorium exercitus nostri, cum indulgentia Dei, aliqvanto tempore *retineamus*." Igitur illam pecuniam abstulerant, neqve integra reddere volebant. Reliqva pars canonis leges constituit admodum faciles, sub qvibus ista pecunia sensim reddereter.

28. Capitular. c. a. 744: "Qvi reiculam ecclesiæ petierit a Regibus, et horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapuerit, irrita habeantur, *quæ obtinent* cetque;" unde seqvitur, eos tale qvid a regibus haud raro obtinuisse.

29. Nota præter alia hæc verba: "et neqve a nobis neqve ab archidiacono nostro, neqve a ceteris ordinatoribus S. Stephani, a qvolibet homine inqvietati nec condemnati, vel *de rebus eorum exspoliati contra rationis ordinem* esse non debeant, sed..... qvieto

ordine *ipsas res teneant atque possideant*, et de hoc, qvod nos ad ipsum monasterium dedimus atque firmavimus vel a deum timentibus hominibus donatum est atqve firmatum, aut aliqvid munere transmissum vel in altario offertum, aut..... ad præsens collata aut collatura fuerunt, *non auferamus*."

30. Vid. p. 28.

Notæ ad pag. 36—37.

1. Uebrigens war es Grundsatz, den Christen ihren eigenen Gerichtsstand (Is. Pac. 61), und nicht nur untergeordnete Behörden, sondern selbst einen obersten Beamten mit den Grafentittel zu lassen. Wenn dieser gleich nicht mehr den ihm nach der Westgothischen Verfassung zustehenden Wirkungskreis hatte, da ihm die Kriegsgewalt mangelte, so verwaltete er doch die Gerichtsbarkeit über seine Glaubensgenossen (Geschichte von Spanien, von F. W. Lembke, erst. B., zweit. Th. p. 314).

2. Conc. Germ. I, c. 1.

3. Harduin. l. c. tom. III, p. 1925; cfr. epist. Bonif. ad Cudbertum: "statuimus, qvod proprium sit metropolitano juxta canonum statuta subjectorum sibi episcoporum investigare mores, qvales sint."

4. Ibid. "confessi sumus.... metropolitanos.... per omnia præcepta sancti Petri canonice seqvi desiderare." Hinc Cuthbertus, archiep. Cantuar., in synodo Clovesh. II, canonem fecit: "ut [monachi] nihil, qvod communis usus non admittit, præsumant cantare aut legere, sed tantum qvod.... Romanæ ecclesiæ consvetudo permittit, cantent vel legant" (c. 15).

5. Gregor. III epist. ad Bonif. I (Hard. conc. Tom. III, p. 1867): "Hinc jure tibi sacri pallii direximus munus, qvod beati Petri apostoli auctoritate suscipiens induaris, atqve inter archiepiscopos unus, Deo autore præcipimus, ut censearis." Observes autem, Gregorium solum *titulum* archiepiscopi Bonifacio conferre potuisse, Carlomannum vero a. 742 in concilio Germ. I edixisse: "*statuimus* super eos (ɔ: episcopos regni sui) archiepiscopum Bonifacium" (c. 1).

6. Zachariæ papæ ep. ad diversos episcopos Galliæ et Germaniæ.

7. Idem postea repetitum est; vid. conc. Vernens. c. 1. "ut episcopi debeant per singulas civitates esse."

8. Ep. Zachariæ ad Pipinum (Hard. l. c. pag. 1900).

9. Ibid.

10. Conc. Germanici I, c. 3.

11. Conc. Vernens. c. 3. "ut unusqvisqve episcoporum potestatem habeat in una parochia tam de clero qvam de regularibus (ɔ: monachis) ad *corrigendum* et *emendandum* secundum ordinem canonicum spiritalem, ut sic vivant, qvaliter Deo placere possint."

12. Conc. Clovesh. II, c. 3 jubet episcopum "parochiam suam pertranseundo et circumeundo speculandoqve visitare."

13. Conc. Vernens. c. 8.

14. Ep. Bonif. ad Cuthbert. l. c.

15. Ibid. "ut episcopi a synodo venientes, in propria parochia cum presbyteris et abbatibus conventus habentes, præcepta synodi servare insinuando præcipiant."

16. Ibid.

17. Excerpt. Egberti. (l. c.) 28: "unusqvisqve episcopus in sua parochia diligenter provideat, ut ecclesiæ Dei bene constructæ et restauratæ et ornatæ fiant, tam in officio qvam in luminaribus, qvamqve in reliqva restauratione."

18. In hoc canone etiam "*episcopi* ignoti, undecunqve venientes" taxantur.

19. Statuta Bonif. I; cfr. Zachariæ papæ epist. ad Pipinum (l. c.): "qvi semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus neqve ad militiam neqve ad dignitatem aliqvam venire mundanam," cfr. excerptiones Egberti (Harduin. l. c. pag. 1961 seqq.): "ut nullus presbyter a sede propria ad alienam pergat ecclesiam, sed ibidem devotus usqve ad vitæ permaneat finem;" cfr. Baluz. Capitul. I, p. 151.

20. Conc. Metens. c. 3.

21. Capit. Metens. ann. 757, capit. V: "ut hi (in titulo: presbyteri), qvi illos (— hoc pronomen per totum hoc capitulum articulo Germanico der, die, das respondet —) vicos vel illas ecclesias tenent, illos census vel illam ceram, qvæ longo tempore ad illud episcopium (— in titulo: ad matrem civitatis ecclesiam —) reddiderunt, modo sic ordinamus, ut sic faciant (— in titulo: sicut consvetudo fuit —), *et qvi hoc non fecerit, sexaginta solidos persolvat.*

22. "Et si hoc qvod superius comprehensum est, [presbyteri] facere contempserint, secundum canonicam institutionem judicandi sunt, tam ipsi qvam defensores eorum.

23. *Mansiuncula* est diminutiv. verbi *mansio*, qvod inter alia significat diversoria legatorum, missorum et aliorum magistratuum, qvi Principis mandato in provincias ad justitias faciendas et reformandas, uti loqvebantur, aut in exteras regiones reipublicæ causa proficiscebantur (Cu Change Glossar. Tom. IV, p. 427). Hinc igitur probabile fit, presbyteros tantæ potestatis viros sibi patronos conciliavisse, et apud hos præter voluntatem episcoporum sacra ministeria egisse.

24. Leguntur hæc verba Zachariæ in Capitular. Lib. VII, capit. 144.

25. Vid. Gregor. III ep. ad Bonif. I; ep. Bonif. ad Zachar. et ep. Zachariæ I, Harduin. l. c.

26. *Matrina* est "qvæ aliqvem de sacro fonte levat vel in ecclesiam introducit, Gallis: Maraine" (Du Chang.).

27. *Persona* est dignitas; et quidem de laicis non minus qvam de clericis prædicatur v. c. ep. Bonif. ad Zach. 31. "laicus qvidam magnæ Personæ ad nos veniens dicebat &c.;" hinc persona is dicitur qvi dignitatem habet; neqve tamen id significat, qvod nos gradus sacerdotum superiores dicere solemus. Unde "*bona persona*" h. l. de episcopis intelligi non potest sed de majori qvodam clerico. Conjecturam Jani a Costa vide Du Chang. Glossar. Tom. V, p. 404.

28. De qvo vide pag. 32—33.

29. Vid. Stephani II respons. 14.

30. Ibid. resp. 13.

31. Causam hujus edicti hanc subjungunt: "ne.... inveniantur qvasi muti aut ignari, si non intelligant verborum suorum sensum, nec sacramenta."

32. *Casula*, proprie minor casa ɔ: fanum, deinde tunica sacerdotalis qvæ totum hominem casæ instar tegit. Hæc suprema omnium indumentorum erat, et super dextrum brachium levata in sinistrum replicabatur. Dicebatur hæc etiam *planeta*, sic dicta, qvod oris errantibus evagatur." —

Notæ ad pag. 38—39.

1. v. c. Fuldense monasterium, vide J. E. Ch. Schmidt l. c. tom. 4, p. 69. sqq.

2. Cancor, comes pagi Rhenensis, cum matre Wiliswinda hoc coenobium a. 764 condiderat, et largis donis instruxerat. Postqvam vero Paulus Papa corpus S. Nazarii eo misisset, "in ejus occursum tota simul provincia, plebsqve utriusqve sexus, juvenes et virgines, senes cum junioribus, usqve ad saltum, qvi Vosogus dicitur, catervatim ruebant", ac brevi post "sinus ecclesiæ illius..... tantæ multitudinis receptui et cotidianæ freqventiæ non sufficiebat". Vide chronic. Laureshami monasterii ap. Du Chesne historiæ Francorum scriptor. Tom. III, p. 490 seqq.

3. J. E. Ch. Schmidt l. c. p. 83—84.

4. Ibid. p. 81: „wie viel, auf Pipins Antrieb, Bonifacius selbst beygetragen hatte, um bey Karlmann diesen Entschluß zu bewirken, liegt freylich im Dunkeln; aber daß er nicht ohne Antheil an der Sache war, ist gewiß.

5. Lingard, Gesch. v. England, übersetzt von C. A. Salis, B. 1, S. 134: „Einige Schriftsteller schreiben diesen Schritt erlittenem Zwange, andere dem Eindrucke zu, den der Vergleich der gewaltsamen Todes zweier gleichzeitiges Fürsten mit Ceolwulf's friedlichen Hinscheiden auf ihn gemacht habe". Verum sic prudentia neqve pietate commotus vota monastica suscepit.

6. ibid.

7. Planckius l. c. p. 484, not. eximium hoc exemplum affert: ..... zu der villa [Binningen in Schwaben, welche Pipin der Kloster Fulda schenkte] gehörten 25 Familien, 50 Huben Herren-Land, 400 Morgen anderes Land und eben so viele Wiesen, 52 Pferde mit 54 Fohlen, 80 wilde Pferde, 58 Kühe mit 55 Kälbern, 200 Schafe, 90 Schweine, 28 Leute (lidi) mit ihren Huben, 3 Kirchen mit ihren Huben und 9 Mühlen.

8. So behielt der um das Jahr 760 gewählte Bischoff Johann von Constants, der vorher Abt von St. Gallen gewesen war, nicht nur als Bischoff diese Abts-Stelle bey, sondern er machte sich auch sogleich zum Abt von Reichenau; welches auch sein Vorgänger, der Bischoff Sidonius gewesen war. Planck. l. c. p. 521 & not. 13, ex Neugart. episcopat. Constantiens. Tom. I. p. 83).

9. Exemplum hujus rei Planckius l. c. p. 522, not. 15 attulit.

10. Schannat. dioeces. at hierar &c. Fuldens. p. 233.

11. Planck. l. c. p. 508—9, not. 21.

12. Epistol. Bonifacii, edit. Würdtwein p. 201.

Nota ad pag. 41.

*) J. E. Ch. Schmidt in opusculo suo: Beyträge zur Kirchengeschichte des Mittelalters Th. 1, S. 139 seqq. hanc profert qvæstionem: „Aber war auch Karl wirklich jener allumfassende große Geist?;" eamqve ita pertractat, ut affirmare non dubitet: „Karl beschäftigte sich blos — um Beschäftigung zu haben. Dies zeigt sich besonders, wenn man ihn als Gesetzgeber betrachtet," et infra: „und man lese nur seine Capitularien selbst. Hier kann ich blos von den kirchlichen Gesetzen reden. Was hat er in allen diesen geleistet? Allgemeine Vorschriften; Wiederholungen der Kanonen alter Synoden, deren er eine Samlung aus Rom erhalten hatte; Gesetze, auf die er durch andere war geleitet worden: aber nirgends etwas, das von eignem Nachdenken, eigner Betrachtmung, zeugte! ...... Aber wo ist unter allen ein kirchliches Gesetz, auf das er durch sich selbst wäre geleitet worden?" Non possum satis mirari, virum in historia ævi medii bene versatum talia scribere potuisse. Neqve tamen h. l. cum eo contendam. Tota, qvæ seqvitur, legum Caroli historia, satis, opinor, arguet, istud "πολυπραγμοσυνης," cujus Schmidtius (l. c. p. 137) Carolum postulat, crimen in hunc neutiqvam cadere. Tantum hoc iniqvum viri celeberrimi testimonium afferendum esse putavi, ne qvis, iis, qvæ seqvuntur, perlectis, existimet, me coeca aliqva nominis Magni Caroli reverentia imbutum, ad leges ejus ponderandas accessisse.

Notæ ad pag. 42—43.

1. "Constitutio de scholis per singula episcopia et monasteria instituendis;" ap. Baluz. Tom. I, p. 201—4, ex qva inprimis notanda sunt hæc verba: "Nos unacum fidelibus nostris consideravimus utile esse, ut *episcopia* et *monasteria*.... etiam in litterarum meditationibus eis, qvi donante Domino discere possunt, sesundum uniuscujusqve capacitatem, docendi studium debeant .... Tales vero ad hoc opus viri eligantur, qvi et *voluntatem* et *possibilitatem* discendi et *desiderium* habeant alios instruendi. Et hoc tantum ea intentione agatur, qva devotione a nobis præcipitur. Optamus enim vos, sicut decet Ecclesiæ milites, et interius devotos et exterius doctos castosqve bene vivendo, et scholasticos bene loqvendo ..... Qvamvis enim melius sit bene facere qvam bene nosse, prius tamen est nosse qvam facere. Debet ergo qvisqve discere, qvod optat implere.

Cfr. Capitular. Aqvisgr. a. 789, c. 70: "..... Et non solum *servilis conditionis* infantes sed etiam *ingenuorum* filios agregent sibiqve socient. Et ut scholæ legentium *puerorum* (ↄ: clericorum minorum, vid. Du Chang. Glos. sub. v. puer) fiant. Psalmos, notas (sc. musices, qvæ in libris ecclesiasticis singulis vocum syllabis superaddebantur) cantus, computum (ↄ: numeration., vel numeri assignation.), grammaticam *per singula monasteria vel episcopia* discant. Sed et libros catholicos bene emendatos habeant....... Et pueros (ↄ: clericos minores) vestros non sinite eos vel legendo vel scribendo corrumpere." Cfr. Capitular. V incerti anni (ap. Baluz. I, p. 532) "Ut ipsi presbyteri tales *scholarios* habeant (ↄ: qvi in scholis docentur), id est, ita nutritos et insinuatos, ut..... et signum in tempore suo pulsent et officium honeste Deo persolvant." Præter hæc duo genera scholarum Carolus etiam *Palatinam*, qvæ dicitur, scholam instititnit, in qva procerum regni et ipsius qvidem Caroli liberi et propinqvi liberalioribus artibus instituebantur. Hæc schola non in certa urbe condita erat, sed pro multitudine urbium, in qvibus Carolus variis annis et variis anni temporibus degere solebat, in his ipsis habebatur. Qvam solam rationem afferre sufficiat ad eorum sententiam reffellendam, qvi, polemicis rationibus adducti, con-

tenderint, Parisiensis universitatis incunabula hanc scholam fuisse. (Litteraturam et historiam hujus litis vide J. M. Schröckh., christliche Kirchengeschichte, Th. 10, S. 51 seqq.).

2. Operæ pretium est ad hæc verba Caroli attendere: "qvaliter, sicut regularis norma (ɔ: leges monasticæ) honestatem morum, ita qvoqve docendi et discendi instantia *ordinet et ornet seriem verborum*, ut qvi Deo placere appetunt recte vivendo, ei etiam placere non negligant *recte loqvendo* . . . . . Nam quum nobis in his annis a nonnullis monasteriis scripta dirigerentur . . . . . ., cognovimus in plerisqve eorundem et sensus rectos et *sermones incultos*; qvia qvod pia devotio interius fideliter dictabat, hoc exterius, propter negligentiam discendi, *lingva inerudita exprimere sine inprehensione non valebat*" (ex constitutione illa, in not. 1, laudata). Hæc enim testantur, Carolum magis de formæ elegantia qvam de cogitatorum vi et pondere sollicitum fuisse.

3. Annal. Eginhardi ap. Du Chesne hist., Francor. script. Tom. II, p. 237.

4. Ado Viennensis; vid. C. W. F. Walchs Entwurf ein. vollständigen Historie der Ketzereien etc., Th. 11, S. 11 und 20.

5. Ibid. p. 21.

6. v. c. Baronius (Walch. l. c. p. 23), Bellarmin (ibid. p. 24), Natalis Alexander (ibid. p. 20), Maimburg (ibid. p. 27) et al.

7. Hard. l. c. Tom. III, p. 2013.

8. v. c. Fr. Spanhemius (Walch. l. c. p. 27—28) Claud Daille (ibid. p. 24), et al.

9. Vid. not. 7.

10. Acta conc. Nicæni. a. 787, Actio II; ap. Hard. IV, p. 79.

11. Paulus, patr. Const., qvi imaginum cultui infestissimum se gesserat, subito a. 784 munere se abdicavit, affirmans, se poenitentiam subiturum esse, qvod contra imagmes certasset. Nunc Irene populi coetum de novo patriarcha eligendo coegit, qvi qvidem illico poscebat, ut Tarasius Paulo succederet. Hic vero orationem, *qvam scriptam secum tulerat*, statim habuit, in qva negat, se alia lege oblatum munus suscipere velle, qvam ut oecumenica ad fidei unitatem restituendam synodus haberetur. Qvis igitur non videt de omnibus his antea inter Paulum, Tarasium, Irenem et cives aliqvot Constant. convenisse?

12. Oecumenicum esse hoc concilium perhibetur, qvod ei interessent patriarcha Const., duo legati Hadriani I, patr. Rom., et legati patriarchorum Hierosol. et Antioch. Sed aliter se res habet. "Missi sunt ab Irene et Tarasio in Orientem legati, qvi Tarasii, recens patriarchæ facti, synodicam pro more deferrent, et patriarchas ad synodum invitarent. In Palæstinam venientes, Theodorum Hieros. patriarcham in exilio haud ita pridem fato functum esse intellexerunt. Edocti vero, qvanto cum capitis discrimine sedes patriarchales adeundæ essent, (totum pæne Orientem occupantibus Saracenis), neqve sine summo Christianorum pæne omnium in his partibus periculo sibi de hoc negotio agere fas esse, mutata sententia et inito sum monachis qvibusdam Palæstinis consilio, electi sunt a monachis Johannes et Thomas, vitæ Eremiticæ cultores, idiotæ et imperiti, et ad tantam causam infirmi et indocti, uti de se ingenue fatentur, qvi Patriarcharum vices in synodo gererent. Qvos proinde litteris a se scriptis muniverunt, quum tamen ipsos Patriarchos Legati neqve viderunt unqvam, neqve Monachi ab iis vel verbulum receperunt. Qvo non obstante boni monachi se pro trium patriachorum Orientalium locum tenentibus ubivis venditarunt, ... et litteræ, qvas secum detulerunt, tanqvam a Patriarchis ad synodum destinatæ, unanimi consensu sigillatim receptæ et approbatæ sunt. Qvin et in illarum fronte vilissimi hi monachi Palæstini "*summi Orientis sacerdotes*" diserte dicuntur" (vide Cavei hist. litterar. p. 428, ex qva hæc exscripsi).

Ceterum huic synodo intererant episcopi 350, monachorum ingens multitudo et duumviri "magnificentissimi principes, Petrona, patricius et comes imperialis officii (ɔ. militiæ palatinæ), et Johannes, imperialis ostiarius (ɔ: primus inter *ministeriales* Palatinus) et logotheta (ɔ: proprie: qvi rationes accepti et depensi expendit ac discutit, deinde: qvi edicta Imperatoris subscribit, *cancellarius*.

13. Inchoante synodo, statim delicti se accusabant (vid. Act. syn. ap. Hard. IV, p. 39).

14. Intererant ei episcopi ex Francia, Aqvitania, Germania, marca Hispanica et Italia.

Notæ ad pag. 44—45.

1. In Opp. Alcuini ed. Froben. p. 568 seqq.

2. v. c. de festo paschatis celebrando.

3. v. c. eum abbatem animalibus consecravisse.

4. Fabius Marius Victorinus (c. a. 360) adv. Arium lib. I, Isidorus Hispalens. Origin. lib. VII, c. 2, hoc verbum de Jesu prædicaverunt, et in Missa Hispanica prædecessores Elipandi (ep. ad Alcuin. in huj. Opp. ed. Froben. Tom. I. 863), Eugenius, Ildephonsus et Julianus, ita dicere soliti fuerant.

5. Harduin. l. c. IV, p. 864.

6. Ibid. p. 865—872.

7. v. c. "audivimus, in eo (sc. libro ɔ: epistola episc. Hisp.) *novas qvasdam* assertiones exaratas; non tam antiqvis sanctorum doctorum traditionibus convenientes, qvam vestris nuper inventionibus utcunqve confirmatas" (Hard. l. c. p. 882).

8. v. "viros *fratres*" episcopos Hispaniæ appellat, et "*bonam devotionem*" eorum laudat.

9. Incipit his verbis: "Reverentissimo fratri Albino, Diacono non Christi ministro, ..., si se converterit ab errore viæ suæ, a Domino æternam salutem, et si noluerit, æternam damnationem."

*) In hujus litis historia raro fontes excitavi, siqvidem "Walchii historia Adoptian." ex iis plenam singulis eventis lucem affudit.

10. Conc. Forojulens. ap. Hard. l. c. IV, p. 847 sqq.

11. Ado in chronico: "concilium Aqvisgranense habitum de processione Spiritus Sancti, qvam qvæstionem Johannes, monachus Hierosolymitanus, moverat" (ap. Hard. l. c. IV, p. 969).

12. Bernarium et Jesse episcopos, et Adalardum, abbatem; qvi qvod colloqvium cum Leone III habuerint, Baron. ad a. 809, nr. 54 exhibuit, et Harduin l. c. IV, 809 seqq.

13. Alcuin. ep. 28 edit. Froben.

14. Capitulatio de partibus Saxomæ, c. 8.

15. Ibid. c. 7.

16. Ibid. c. 4.

17. Vid. Schröckh. chr. Kirchengesch. Th. 19, S. 268 fg.

18. Eginh. vita Carol. M., cap. 13.

Notæ ad pag. 46—47.

1. Annal. Metens. ad a. 769: "His ita peractis, prædicti Reges Karolus et Karolomannus cum Proceribus suis et Optimatibus ad sedes regni sui venientes, mense Septembrio die Dominico XIV Kal. Octbr. Karolus Rex in Noviomo urbe, Karolomannus in Suessione *per consecrationem Sacerdotum et electionem omnium Optimatum* in regni solium elevati sunt."

2. Ann. Metens. a. 771: "Venit autem Rex Carolus ad villam Corbiniacum, et ibi venerunt ad eum Folcarius et Folradus, Capellani, cum aliis episcopis et sacerdotibus, Wirinus et Adelaidus, comites, cum aliis Primatibus, qvi fuerant Karlomanni, et *unxerunt* Domnum *Carolum super se in regem*, et *obtinuit feliciter monarchiam regni Francorum*."

3. Planck. l. c. p. 251, not. 7; cfr. Baron. ad ann. 813, nr. 13.

4. Conc. Calchuthens. a. 785, c. 12 . . . . "legitimi reges a sacerdotibus et senioribus populi *eligantur*."

5. Plura hujus rei documenta afferre jure nostro supersedimus. Qvoties enim synodus habita fuisse perhibetur, toties ejus mentio facta est.

6. Planckius l. c. p. 139—40 minus recte dicit: Die Aenderung bestand nehmlich eben darinn, daß er die National-Versamlung in zwei Kammern oder Bänke abtheilte.

7. Vid. ep. Alcuini 86 (ed. Froben) ad Carolum R: "..... tertia [persona] est Regalis Dignitas, in qva vos Domini nostri J. C. dispensatio *Rectorem populi christiani* disposuit....... Ecce in te solo tota salus Ecclesiarum Christi inclinata recumbit,"

8. "De clericis *ad invicem* altercantibus aut contra episcopum suum agentibus, ut, sicut canones docent, ita omnimodis peragant."

9. Capit. 13: "ut clerici, *inter se* negotium habentes, a *suo episcopo* dijudicentur, non a secularibus.

10. Planckius l. c. p. 170, not. 14: Carolus hatte zuerst bloß die Verordnung widerholt. "ut nullus Judex neqve presbyterum neqve diaconum aut clericum *extra conscientiam* Pontifiсis per se distringat aut condemnare præsumat, Capitul L. VII, c. 139;" sed hoc loco nulla legitur lex Caroli sed lex Chlotarii, a. 615 in conc. Paris. VI data, de qva suo loco egimus.

11. "Ut clerici ecclesiastici ordinis, si culpam incurrerint, apud ecclesiasticos judicentur, non apud seculares."

12. Verba "per advocatum" magna ambiguitate laborant. Eqvidem, quum advocati non solum ecclesiarum causas agerent, sed ipsimet judicia exercebant jusqve dicebant ecclesiarum suarum vasallis (Du Change Glossar. Tom. I, p. 182), qvales ii fuisse videntur, qvi ad judicem qverendi causa adibant, potius crediderim, sensum verborum hunc esse: debere Missum judicis advocatum admonere, ut sua auctoritate episcopum adduceret, ut hominibus oppressis, qvos clerici possessionibus exuere conarentur, jura sua restitueret.

13. Bunnarium s. bonnarium (a *bonna*: terminus, limes) modus agri certis limitibus s. bonnis definitus.

14. l. c. p. 217.

15. Hoc posteriori loco horum officium accuratius ita describitur: "volumus, ut nullus sacerdos in hostem pergat, nisi duo vel tres tantum episcopi, electione ceterorum, propter *benedictionem* et *prædicationem* populiqve *reconciliationem*, et cum illis electi sacerdotes, qvi bene sciant populis poenitentiam dare, Missas celebrare, de infirmis curam habere, sacratiqve olei cum sacris precibus unctionem impendere, et hoc maxime prævidere, ne sine viatico qvis de seculo recedat."

16. Invaluit hic abusus, qvod liberi homines res suas ecclesiis tradebant, earumqve usum sub censu retinebant, qvo ipsi a militia facienda liberi essent. Qvod Pipinus, rex Italiæ, graviter vetuit, jubens, ut liberi homines ejusmodi "qvousqve ipsas res possident, hostem et reliqvas functiones publicas faciant" (Capitular. a. 793).

17. "Assensum ordini ecclesiastico præbuimus."

Notæ ad pag. 48—49.

1. Hinc ædes sacræ earumqve ambitus neqve non monasteria "*immunitatis*" nomine nuncupatæ sunt, Leg. Longob. lib. 1, tit. 9, § 30. 36.; lib. 2, tit. 39, § 3. 4.; Capitul. Caroli M. II. a. 803, capit. 2.

2. "Concedatur ei vita et omnia membra."

3. Capitulat. de partib. Saxoniæ a. 789, c. 2; Capitular. II, a. 803, capit. 3. Hæc lex optime cum iis conspirat, qvæ Carolus de homicidis fieri præcepit. Neqve enim homicidas morte plecti voluit, sed poenitentiam statim subire et justam interfecti hominis propinqvis compositionem persolvere; vid. capitular. I, a. 802, capit. 33: "statim reus ad suam emendationem recurrat, totaqve celeritate perpetratum malum ad propinqvos exstincti digna compositione emendet. Et hoc firmiter bannimus (ɔ: jubemus), ut parentes interfecti neqvaqvam inimicitiam super (ɔ: propter) commissum malum adaugere audeant, neqve pacem fieri petenti denegare, sed data fide paratam compositionem recipere et pacem perpetuam reddere."

4. l. c. additur: "si autem statim in prima inqvisitione Comiti responsum fuerit, qvod reus infra immunitatem (ɔ: ædem, vid. not. 1) qvidem fuisset, sed fuga lapsus sit, statim juret, qvi locum episcopi vel abbatis tenuerit, qvod ipse eum ad justitiam disfaciendam fugere non fecisset."

5. Capitular. a. 789, capit. 11: "de vindicta et judicio justo in latrones facto testimonio episcoporum absqve peccato (ɔ: culpa injustitiæ) comites esse dicuntur" (c. pronuntiantur).

5.b) Baluz. l. c., addit. tert. cap. 54, p. 1072—73; cfr. conc. Turon. III, a. 813, c. 33.

6. Vid. pag. 54—55.

7. Ita in Capitular. I a. 802, capit. ult. ipse orthodoxiæ servandæ provinciam sustinet: "ammonemus vos in primis, ut *credatis*, unum Deum patrem omnipotentem cetqve."

8. Capitular. I, a. 802, capit. 35: "conjunctiones facere non præsumant, anteqvam episcopi, presbyteri cum senioribus populi *consangvinitatem* conjungentium diligenter exqvirant. Et tunc cum benedictione jungantur."

9. Ibid. capit. 37: "Missi nostri et Comites custodia [tales homicidas] coartent . . . . . usque dum in nostra præsentia perducantur, et de res proprias suas interim nil habebunt;" cap. 38: "similiter et his fiat, qvi inlicitis et incestis conjunctionibus re-

prehensi sunt correpti, et nec se emendare volunt, neqve episcopis, neqve presbyteris suis obtemperare."

*) Vide Eginhardi vita Carol. M., cap. XVIII, qvod inscribitur "Caroli M. *matrimonia, concubinæ*, liberi, mater et soror," ed. Bredow. p. 74 seqq.

10. Capitular. VIII a. 803; cfr. Capit. lib. VII, capit. 141; Capitular. a. 769, c. 13; ep. ad Fastradem reginam. Ceterum letanias conc. Mogunt. a. 813, c. 32 ita definit, ut "rogationes sint, qvæ indicantur propter rogandum Deum et impetrandum in aliqvo misericordiam ejus;" cfr. Addit. III. ad Capitular. cap. 120.

**) Inter has "paganias" recensentur "profana sacrificia mortuorum, phylacteria et auguria, incantationes, hostiæ immolatitiæ, qvas stulti homines juxta ecclesias *ritu pagano* faciebant *sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini;*" qvæ verba ultima nostram de his paganiis sententiam, p. 33, nr. 8 prolatam, admodum commendant.

11. *Cauculatores* s. cauclearii s. cacularii sunt homines, qvi "amatoria pocula porrigunt" (Constit. Sicul. tit. 41, § 1.).

12. *Incantare* est præstigiis magicis illudere.

13. *Tempestarii* s. tempestuarii sunt "emissores tempestatum;" cfr. Capitular. I incerti anni, cap. 40 et Capit. lib. I, cap. 62.

14. *Obligatores*, qvi ligamentis magicis ad morborum sanationem utuntur; cfr. Capit. lib. I, cap. 64; Capitul. Caroli M I incerti anni cap. 40.

15. *Sortire* pro sortiri, i. e. per sortes rei eventum inqvirere.

16. *Divinatio* est epilepsia, caducus seu sacer morbus; vid. Du Changii Glossar. Tom. II, pag. 1564.

17. Divini: arioli, augures, "qvi divinitate se plenos assimulant, et astutia qvadam fraudulenta hominibus futura conjectant" (Isidor. lib. 7, cap. 9).

18. Capitul. lib. V, capit. 116. Publicam autem poenitentiam agere debebant presbyteri degradati (Capitul. lib. VI, capit. 76) et publici criminis convicti (Capitul. II. a. 813, cap. 25).

19. Capitular. Aqvisgr. a. 789, cap. 48: "episcopi et presbyteri, a qvibus judicium poenitentiæ injungitur."

20. Concil. Turon. III, a. 813, c. 41.

21. Vestigia hujusmodi *inqvisitionis* inveniuntur in capitular. ann. 769, c. 7; II a 813, c. 1. Ipsa res accurate exposita est ap. Regino de disciplina eccles. lib. II, c. 1, ex qvo gravissima qvæqve excerpsit Schröckh. a. a. O., Th. 22, S. 505 seqq.

22. Vocantur homines ejusmodi "*mangones*" et "cottiones."

24. *Nona* ɔ: pars fructuum nona, qvæ ex agrorum cultu persolvitur (Capitul. lib. V, cap. 147), et ab eo qvidem præstatur, qvi agrum in beneficium datum colit. *Nonæ* ita differebant a *decimis*, ut *illæ* jure coloniario, *hæ* jure ecclesiastico solverentur. Itaqve decimam unusqvisqve homo dare debuit (Capitular. lib. V, c. 8, 9), nonam vero cum decimis is tantum, qvi de rebus ecclesiæ beneficia habebant, aut eas in precariam tenebant (conc. Francof., cap. 25; Turonens. III, c. 46. Moguntinum c. 42, ali).

25. *Census* est tributum, pensitatio ex agris et prædiis.

26. Cfr. Capitular. a. 789, capit. 23; capitular. VII, a. 803, capit. 2.

27. ɔ: animalium nutricatus.

28. Fridum s. fredum. s. freda, s. frida est "mulcta, compositio, qva fisco exsoluta, reus pacem a Principe conseqvitur, vel ob violatam pacem publicam indicta" (Du Chang. Glossar. Tom. III, p. 704).

29. Bannum est edictum publicum, deinde poena et mulcta pecuniaria, qva qvis banni seu edicti publici violator punitur. In Præfatione ad capit. Saxonum a 797 *condemnatio s. justitia* dicitur esse poena a Judicibus inflicta; *bannum* vero mulcta pecunniaria statutis et consvetudinibus locorum fixa et determinata.

30. ɔ: tributum, vectigal.

31. "Et omnis homo ex sua proprietate legitimam decimam ad ecclesiam conferat. Experimento enim dedicimus, in anno, qvo illa valida fames inrepsit, ebullire vacuas annonas a dæmonibus devoratas, et voces exprobrationis auditæ."

32. Capitulat. de partib. Saxoniæ. capit. 3: "Si quis ecclesiam per violentiam intraverit, et in ea per vim vel furtum aliqvid abstulerit, vel ipsam ecclesiam igne cremaverit, *morte moriatur;*" leg. Longobard. lib. I, tit. 4, c. 2: "si qvis Præpositus aut ministerialis aliqvas res ecclesiæ, qvas providere debet, aliqvo scriptionis titulo cuicunqve concesserit, qvod ad damnum ipsius ecclesiæ pertineat, pro sacrilegio computetur; capitular. VIII, a. 803: . . . . . sacrilegus ut homicida aut fur a judicibus legaliter puniatur, et ab episcopis nostris anathematizetur, ita ut mortuus etiam sepultura et cunctis Dei ecclesiæ precibus et oblationibus careat, nec eleemosynam suam (ɔ: ejus) qvisqvam recipiat."

33. Capitular. I incerti anni, capit. 56: "ut hi, qvi per beneficium Domni Imperatoris ecclesiasticas res habent."

34. *Ministeriales* sunt "*minores officiales regum*, ducum, comitum et dominorum feudalium, qvi dominorum subditis jus dicunt, eorum jura procurant, census et reditus exigunt: villici s. villarum præfecti" (vid. D. Chang.) — Ministeriales etiam dicti sunt *majores aulæ s. palatii regii officiales*, ut Senescalci (ɔ: oeconomi) et butticularii (ɔ: pincernæ, a buticula: bouteille, qvod est diminit. a buta s. bota, s. buttis, qvod est dolium, vas vinarium, lagena major, dan. Bøtte).

35. *Mansionaticus* proprie est locus, qvi parabatur, ubi Princeps diverteret; inde plur.: *jus hospitii, viaticum*, pvod provinciales Missis ceterisqve ministris regiis parare debebant.

36. *Paraveredi* s. paravereda sunt eqvi, qvos coloni in viis transversariis et militaribus præstare tenebantur: *veredi* sunt eqvi, qvibus in viis publicis utebantur.

37. Capitular. II a. 813, capit. 14.

38. Leg. Longob. lib. II, tit. 47, §. 22.

39. Ibid. §. 55; cfr. Capitular. II a. 809, capit. 11.

40. Capitula Pipini regis in leg. Longobard. lib. III, tit. 32: "et hoc statuimus, ut, ubicunque substantiam Pontifex habuerit, advocatum habeat in suo comitatu, ut absqve tarditate justitiam faciat et suscipiat."

41. Concil. Moguntin. a. 813, c. 12: "neqvaqvam tamen contentiones aut lites aliqvas ibi movere [abbas] præsumat; sed qvicqvid qværendum vel etiam respondendum sit, *per advocatos* suos hoc faciat;" cfr. leg. Longobard. lib. III, tit. 1, §. 11; Pipini Italiæ reg. leg. cap. VII: "et talis sit ipse advocatus: liber homo, bonæ opinionis laicus aut clericus [— al. MS: laicus autem non clericus —] qvi *sacramentum* pro caussa ecclesiæ, qvam peregerit, deducere possit" (leg. Longob. lib. III, tit. 32, §. 1); cfr. Capitul. II, a. 809, capit. 2: "et advocati tam episcoporum, abbatum et abbatissarum ut veniant (supple ex antecedentibus:) ad placitum.

42. *Aldiones* ex genere servorum erant, sed, a servis proprie appellatis diversi, aliqva libertatis specie donati erant, et dominis suis, qvi patroni dici solebant, tributum aliqvod præstabant.

43. *Libellarii* sunt servi per libellum (ɔ: chartam precariæ) manumissi.

44. Vid. Georgisch corp. juris Germ. antiqvi, p. 1139.

45. Capitular. II a. 811, capit. 6.

46. Leg. Longob. lib. II, tit. 47, §. 1.

Notæ ad pag. 50—51.

1. Cfr. Capitular. VI a. 806, capit. 1.

2. Huc pertinet. Capitulat. de partibus Saxoniæ, capit. 26: "ut nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro justitia reclamandi aliqvis præsumat. Et si aliqvis hoc facere conaverit, bannum nostrum persolvat." Observes "bannum dominicum s. regis," esse mulctam 60 solidorum, qvæ domino s. principi pro infracto banno (ɔ: edicto) dominico exsolvabatur.

3. Vid. Capitul. I a. 810, capit. 1: "de clamatoribus, qvi magnum impedimentum faciunt in palatio ad aures Domni Imperatoris, ut Missi sive Comites illorum (ɔ: suos) Missos transmittant contra illos, qvi mentiendo vadunt (ɔ: regem adierunt), ut eos convincant."

4. Capitular. Francoford. a. 794, capit. 4: "Et si aliqvod est, qvod episcopus metropolitanus non possit corrigere vel pacificare, *tunc tandem* veniant accusatores cum accusato cum litteris Metropolitani, ut sciamus veritatem rei." Ejus re exemplum supra pag. 48, nr. 1 attulimus.

5. Vid. not. 4.

6. Baluz. Capitul. Tom. I, pag. 483.

7. Capitular. VI a. 806, capit. 3.

8. Ibid., capit. 10; Capitular. I a. 789, capit. 23; Capitular. Francoford. a. 794, cap. 8.

9. Capitular. II. a. 813: "et ut monachi per verbum episcopi regulariter vivant."

10. Capitular. Francof. cap. 18: "ut abbas in congregatione non eligatur, ubi jussio regis fuerit, nisi per consensum episcopi loci illius."

11. Capitular III a. 789, capit. 3: "de monasteriis minutis, ubi nonnanes sine regula sedent, volumus ut in uno loco congregatio fiat regularis, et episcopi prævideant, ubi fieri possit."

12. Capitalar. I incerti anni, capit. 28: "ut episcopi diligenter excutiant per suas parochias presbyteros, eorum fidem, baptisma et missarum celebrationes."

13. Capitular. I a. 789, capit. 39: "ut virgines Deo sacratæ a gravioribus personis diligenti custodia episcoporum serventur;" cfr. capit. 48: "ut virgines non velentur ante viginti qvinqve annos (ɔ: annum ætatis suæ XXVmum), nisi rationabili necessitate cogente."

14. Capitular. a. 779, capit. 5; "seu et de viduis infra suam parochiam licentiam habeant [episcopi] ad corrigendum.

15. Capitular. a. 769, capit. 7; sed capitular. I a. 813, capit. 16: "ut unusqvisqve episcopus *interim* circumeat parochiam suam."

16. "Ut non oporteat episcopum aut qvemqvam ex clero *per pecunias* ordinari.

17. Additur: "ut in eis presbyteri vivere possint," qvod ita epplicuerim: ne presbyteri, in iis ministrantes, coeli temperie male afficiantur."

18. Cfr. Capitular. ad Salz a. 804, capit. 1; Capitulare II a. 813, capit. 1.

19. Capitular. a. 769, capit. 18.

20. Capitular. a. 789, capit. 11.

21. Capitular. a. 769, capit. 4.

22. Qvod factum esse in causa Gaerbodi, vid. Capitular. Francoford. a. 794, capit. 8.

23. Capitular. Aqvisgran. a. 789, capit. 24.

24. Capitular. a. 799, capit. 3.

25. Capitular. Aqvisgr. a 789, capit. 36.

26. Leg. Longobard. lib. III, tit. 2, §. 1. 2.

27. Capitular. I a. 813, capit. 23: "ut unusqvisqve episcopus fugitivos presbyteros vel alios clericos ad sua loca redire faciat et ad proprium episcopum."

28. Capitular. Aqvisgr. a. 789, capit. 10.

29. Ibid. c. 10.

30. Baluz. Capit. Tom. I, pag. 327—30.

31. Capitul. Aqvisgr. capit. 19.

32. Capitular. VI a. 806, capit. 4.

33. Capitular. Francof. capit. 34.

34. Baluz. Capit. Tom. I, p. 458.

35. Verba hujus capituli hæc sunt: "ut presbyteri non ordinentur, priusqvam examinentur. Et ut excommunicationes passim et sine causa non fiant." Conjicio igitur, ut in priori ita qvoqve in posteriori hemistichio inculcari episcoporum in presbyteros officium. Etiam numerus pluralis "excommunicationes" indicare videtur, sermonem non esse de universa episcoporum potestate excommunicandi.

Notæ ad pag. 52—53.

1. v. c. Legitur hæc epistola in cod. Carol. ep. 46, qvæ vero adeo discrepat a narratione Anastatii (Muratori. rer. italicar. script. Tom. III, P. I, pag. 165 seqq.), qvæ nec ipsa vera esse potest, ut difficile sit vera a falsis discernere. Longum est nostram, qvam in textu paucis attulimus, sententiam diligenter probare; qvod igitur singulari libello facere conabimur.

2. Eginh. vita. Car. M. cap. 18.

3. Paschasius Radbertus in vita S. Adelardi (consobrini Caroli), cap. I eam Desideratam vocat.

4. Eginhard. l. c. "incertum qva de causa." Bredow in accuratissima sua Eginhardi editione (Helmstadii a. 1806) not. 123 pag. 75 suspicatur, Carolum, qvod "cupidus regnandi regniqve amplíandi" esset, "ansam qværentem belli contra Desiderium, Desideratam repudiasse." Qvam tamen hypothesin hostilis animus Desiderii, cujus exempla in textu attulimus, haud commendare videtur.

5. Eginh. vita Car. cap. 6.

6. Ob eandem causam locis epistolarum Hadriani ceterorumqve fontium afferendis hic supersedimus.

7. Eginhard. annal. ad. a. 796, p. 248.

8. *Indictio* est numerus qvindecim annorum, annis Christi addi solitus, sed ita, ut tertius ante Christum natum annus primus esset primæ indictionis annus. Vide Karl der Große von Bredow, Altona, 1814, pag. 90—91, not. 1, et Du Change, qvi prolixius de variis indictionibus disputat in Gloss. Tom. III, pag. 1393—98.

9. Vid. Capitula addita ad Leg. Longobard. a. 801, apud Baluz. p. 345—46: "anno ab incarnationis Domini nostri Jesu Christi 801, *indictione IX*." Prprie dicere debuisset, nono anno indictionis qvinqvagesimo qvarto, nam $801 + 3 = 15 \times 53 + 9$.

10. Eginh. vita Car. cap. 33.

11. Annal. Loiseliani ad a. 801, ap. Du Chesne hist. Franc. script., Tom. II, p. 41.

12. Apertis hisce testimoniis Eginhardi addenda sunt, qvæ idem scriptor tradit: "Fecit idem (ɔ: ""stationes et excubias disposuit"") *in toto etiam Italiæ littore usqve* ad Romam contra Mauros, nuper piraturam exercere aggressos" (l. c. c. 17). Carolus igitur haud secus Romam et Romanum agrum qvam reliqvos imperii sui tractus contra hostium vim tuebatur; qvod certe regis est. Ac ne qvis dubitet, an hoc esset mens Eginhardi scribentis, afferamus verba, qvibus hanc totam qvæstionem absolvit: "talem eum in tuendo et ampliando simulqve ornando *regno suo* fuisse constat" (cap. 18, init.).

13. Baronii annal. tom. IX, ad a. 811, nr. XVIII, p. 617, ex Theophane: "Nicephorus qvoqve, sanctissimus patriarcha, transmisit synodicas litteras ad Leonem, sanctum Papam Romanum, antea *qvippe hoc faciendi prohibebatur a Nicephoro Imperatore.*"

14. Michael non communi omnium Græcorum consensu solium imperiale conscenderat. Itaqve hic nil intactum relinqvebat, qvo imperium suum confirmaret; vide Baron. l. c.: "misit ad Carolum, regem Francorum, pro pace atqve contractu nuptiarum in Theophylactum, filium suum," et ad eund. a. nr. XIV: "nam et illum seqvestrem pacis et conciliatorem ad devincendum Patrum animas, pius Imperator adhibuerat."

15. Vid. not. 13.

16. Ob istud studium Michaelis, de qvo in not. 14 diximus, Leo nonnihil auctoritatis sibi vindicavit, "per litteras et nuntios suos sententiam [qvandam Michaelis] confirmans" (Baron. l. c. nr. XIV). At Nicephorus in synodicis litteris suis eum non alio qvam "*fratris*" (— Baronius ex vitio typographico habet: "friatris" —) et "*consacrificantis*" titulo ornat, neqve aliud sibi expetit, qvam ut "orationibus et ad Deum intercessionibus ipsi auxilium ferat ac juvamen" (ibid. nr. XXV, p. 620). De se autem suæqve sedis dignitate hoc dicit: "nos vero, qvi novum Romanorum nomen sortiti sumus . . . . . . *nulla in re, qvod ad fidem attinet, antiqvioribus sumus inferiores.* In ecclesia enim Dei non est prænumeratio et subnumeratio, sicut non Judæus non Græcus . . . . . sed omnes in Christo unum sumus."

17. "Qvin et a Leone Papa ob effrænem animi impotentiam objurgatus, literas superbiæ et irarum plenas rescripsit. De Papa, qvid ad nos, inqvit, hoc an illud agat? ubi Leonem gravissimis dicteriis insectari pergit" (Cave hist. litt. p. 436.).

Notæ ad pag. 54—55.

1. Exemplis, qvæ in proxime præcedentibus paginis attulimus longe plurima, unum addere juvat, ex Caroli epist. ad Offam, regem Merciorum, desumtum. Presbyter qvidam Merciæ Coloniis carnem diebus qvadragesimalibus comederat. Hoc Carolus Offæ annuntians, hunc simul deprecatur, ut jubeat istum hominem in patriam "ad sui episcopi judicium" reverti, "ut ibi judicetur, unde exivit." "Nam, inqvit, *ibi qvoqve* (ɔ: non minus qvam in nostro regno) sanctæ Dei ecclesiæ puritas in moribus et firmitas in fide et honestas in conversatione *secundum canonicam sanctionem* diligenter observari debebit" (Baluz. Capitul. Tom. I, p. 275—76).

2. Hadrianus I Carolo, Romæ a. 774 degenti, "codicem canonum ecclesiæ Romanæ Dionysii Exigui" aliqvantisper auctum dono dedit, qvi postea "codex Hadriani" vocatus est. Qvos vero hic canones habuerit, multum a doctissimis viris disputatum est, vid. Joh. Chr. Rudolph, nova commentatio de Codice canonum, qvem Hadrianus I Carolo M dono dedit. Erlangæ 1777, et [Spittler]: Geschichte des kanonischen Rechts bis auf die Zeiten des falschen Isidors S. 160.

3. Baluz. l. c. p. 385.

4. Sic qvoqve orta altercatione inter metropolitam Arelatensem et Viennensem "lectæ sunt epistolæ beati Gregorii, Zosimi, Leonis et Symmachi, qvæ difinierunt cetqve" (Capitular Francof. a. 794, capit. 6.).

5. Capitular. Aqvisqv. a. 789, cap. 78; capitular. III a. 789 cap. 7; Capitular. I a. 805, capit. 2. In primo horum hoc fieri debere dicit, qvod "Pipinus Rex decretaverat, ut fieret, qvando Gallicanum cantum tulit *ob unanimitatem apostolicæ sedis* et Sanctæ Dei ecclesiæ pacificam concordiam."

6. Epist. ad Leon. III, missa cum Angilberto (Baluz. l. c. p. 271).

7. Cfr. fragment. epist. imperator. ap. Baluz, Tom. I, p. 227—28: "et hoc *vobiscum pertractandum* est, qvid de illis presbyteris, unde approbatio non est, et semper negant, faciendum sit. Nam hoc sæpissime a nobis et progenitoribus atqve antecessoribus nostris ventilatum est, sed non ad liqvidum hactenus definitum. Unde ad *consulendum* patrem nostrum Leonem Papam sacerdotes nostros mittimus. Et qvicqvid ab eo vel a suis perceperimus, *vobis* una cum illis, qvos mittimus, *renuntiare non tardabimus.* Vos interdum vicissim tractate adtentius, qvid ex his vobiscum constituamus una cum prædicti sancti patris institutionibus." Ex his igitur ipsius Caroli verbis seqvitur, ut hic, si proprio Marte rem juste definere potuisset, Leonem haud consuluisset, hunc vero consuluerit, non ut hic sibi legem scriberet, sed ut, consilio pontificis in conventu ordinum regni diligenter examinato, ipse, qvid fieri deberet, sanciret.

8. Cod. Carol. ep. 80. Hadrianus svasit, ut poenitentia iis ab episcopis indiceretur; et post eam si, "indiculo orthodoxæ fidei exarato," jurejurando interposito promitterent, se "omnem Episcopalem prædicationem adimplere velle, et sedem christianitatis servaturos esse", in consortium ecclesiæ reciperentur. Carolus autem mortis supplicio eos affecit (vid. pag. 45, 5).

9. Vid. pag. 46—51; 56—60.

10. Cod. Carol. ep. 48.

11. Vid. pag. 42.

12. "et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem qvoqve principatus. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definivit, et ut, nisi a rege laudetur et investiatur episcopus, a nemine consecretur; omnesqve huic decreto rebelles anathematizavit" (Gratian. Decret. P. I, Dist. 63, c. 22).

13. Vid. Baron. ad. h. a. nr. 10; de Marca: de concord. sacerd. et imp. lib. VIII, c. 12; Pagi: crit. Tom. III, p. 345.

14. Chartula decretalis idem est ac *chartula decreti. Chartula*, s. charta ecclesiastica de epistolis formatis. Per decretum fieri dicitur episcopus, qvi a clero et plebe legitime electus est, et postea a Metropolitano et Episcoporum consessu publice *decernitur* episcopus, viso electionis decreto, ob omnibus rite subscripto (verba Du Chang. Glossar. Tom. II, p. 1380). *Decretum* qvoqve

dicitur epistola cleri et populi ecclesiæ episcopalis, missa ad Metropolitanum et episcopos dioeceseos metropolis, qva cum, qvem in episcopum elegerunt, ab iis ordinari et consecrari postulant. (ibid.)

15. Ep. Caroli ad. Leon. III: "perlectis Excellentiæ vestræ litteris, et audita *decretali chartula*, valde, ut fateor, gavisi sumus seu in *electionis* unanimitate, seu in *humilitatis vestræ obedientia* et in promissionis ad nos fidelitate." Hinc igitur apparet, Leonem III antea qvidem electum fuisse, qvam ad Carolum scripsit, eundem vero electionis suæ decretum statim Carolo misisse. Itaqve Leo Caroli regis arbitrio electionem suam humiliter subjecit.

16. Qvis qvæso imbecillitati Ludovici tale qvid tribuet!

17. Vid. pag. 42.

18. Vid. pag. 46, 3.

19. Hadrianus non nisi Tilpino Rhemensi et Ermenberto Bituricensi (Bourges) pallia misit. De priori vide Flodoard. Hist. Rhem. II, 17; de posteriori cod. Carol. ep. 87.

20. Cum his comparare juvat verba qvædam ipsius Hadriani, Cod. Carol. ep. 78: "qvantum caput totius mundi, eandem sanctam ecclesiam, *ejusqve Rectorem*, simulqve Pontificem amplectendo seu fovendo honorabiliterqve glorificando eiligitis, tantum cetqve," coll. ep. 85: "qvantum caput totius mundi, sanctam Romanam ecclesiam, ejusqve Rectorem, simulqve Antistitem vestra Excellentia deligit, tantum cetqve;" heic enim "Rector Romanæ ecclesiæ," qvi discernitur ab antistite ejus, sine dubio est Petrus apostolus. Hadrianus igitur, licet noluerit Carolum ecclesiæ rectorem nuncupare, non tamen se hoc nomine appellare ausus est.

21. Eginhard. vita Caroli M. cap. 27: "Colebat præ ceteris sacris et venerabilibus locis apud Roman ecclesiam B. Petri Apostoti, in cujus donaria (ɔ: donorum repositorio) magna vis pecuniæ tam in auro qvam in argento, nec non et gemmis ab illo congesta est: multa et innumera pontificibus munera missa. Nec ille toto regni sui tempore qvidqvam duxit antiqvius, qvam ut urbs Roma sua opera, suoqve labore veteri polleret auctoritate, et ecclesia S. Petri non solum per illum tuta ac defensa, sed etiam suis opibus præ omnibus ecclesiis esset ornata atqve ditata."

22. Carolo non semper eadem urbs sedes erat.

23. Carolus qvater Romæ fuit: a. 774, a. 781, a. 787, a. 799. (Eginh. vita Car. cap. 27 coll. Henric. de Hervordia ad hos annos.

24. Capitular. Aqvisgran. a. 789, capit. 75: "et hoc nobis competens et venerabile videtur, ut hospites, *peregrini* et pauperes *susceptiones** *regulares et canonicas* per loca diversa habeant."

Capitular. I a. 802, capit. 25: "præcipimus, ut in omni regno nostro neqve dives neqve pauper *peregrinis* hospitia denegare audeant id est sive peregrinis *propter Deum* ambulantibus per terram, sive cuilibet iteranti propter amorem Dei et propter salutem animæ suæ *tectum* et *focum* [et] *aqvam* nemo illi deneget;" Lib. I leg. Longobard. tit. 9, §. 28, in capitular. Pipini, regis Italiæ: "de advenis et peregrinis, qvi in Dei servitio vel ad alia loca ad sanctorum corpora ire festinant, ut salvi vadant et revertantur sub nostra defensione. Et qvi aliqvem ex ipsis peregrinis occidere præsumpserit, sexaginta solidos in palatio nostro sacro componat;" cfr. III. leg. Longob. Tit. I, cap. 28 de xenodochiis.

* *Susceptus:* cliens, cui adest advocatus in judicio. *Susceptores* inter alia: qvi principem iter agentem aut ejus comitatum in ædibus suis suscipiunt vel *excipiunt* (ap. Hincmar. de ordine Palatii c. 23). Itaqve sensus hujus capitular. alius vix esse potest: vestrum erit providere, ut in coenobiis, ubi aut *regula* Benedicti aut *canon* Chrodegangi valeat, peregrini et hospites benigne excipiantur.

25. Eginh. vita Caroli M. cap. 21: "Amabat peregrinos et in iis suscipiendis magnam habebat curam, adeo ut eorum multitudo non solum palatio, verum etiam regno non immerito videretur onerosa.

26. Licebat qvidem episcopis judicatis ad Romanæ sedis tribunal provocare ex capitular. lib. VI, c. 54, lib. VII, c. 103; sed primum observandum est, postremos tres libros capitulariorum, a Benedicto Levita consarcinatos, minoris fidei esse; deinde in his ipsis capitulis talis recursus non jubetur, sed *permittitur*, "si necesse fuerit;" deniqve alia res est, utrum hoc fieri liceret, an fieri soleret.

27. Adam. Brem. hist. eccles. lib. I, c. 10: "adhuc etiam summi et universalis Papæ Hadriani præcepto nec non Moguntiacensis episcopi Lullonis omniumqve, qvi adfuerunt, Pontificum consilio eandem Bremensem ecclesiam Villehado, probabilis vitæ viro, commisimus." Est vero bene tenendum: 1. hujus Caroli diplomatis authentiam admodum dubiam esse; 2. "*præceptum*" in sermone ævi medii haud esse de *jussu* qvodam intelligendum;*) 3. ipsum tamen Carolum Villehado episcopatum Bremensem commisisse.

*) J. M. Schroeckh, christlich. Kirchengesch. Th. 19. S. 552: „Es verdient auch noch die Bemerkung des Hrn H. R. Schmidt beygefügt zu werden (Geschichte der Deutschen, Th. 1. S. 279 der Ulm. Ausg.), daß die Worte auctoritas, jussio und ähnliche mehr in den Jahrbüchern dieser Zeiten nichts mehr als Gutheißen oder Genehmhaltung bedeuten; so wie beym Marculf das Wort præceptum auch von solchen Formeln gebraucht werde, welche nur ein Erlaubniß oder Gnadenbezeigung enthalten."

28. (cod. Carol. ep. 85.) Verba Hadriani hæc sunt: [episcopi Longobardorum] alterius arripere anhelantes parochias (ɔ: dioeceses) in perjurii reatum incurrunt, *Longobardorum regum terminos atqve censuram servantes* procul ab observatione canonum, in eorum transgressionem labentes, et jurgia et discordias gignentes in molem incidunt errorum." His igitur Longobardorum episcopos criminis, et *perjurii* et *canonum neglectorum* accusat, et prioris qvidem criminis, qvod alter alterius dioecesin vi arripiebat, posterioris autem, qvod inter se de terminis suarum dioecesium litigabant. Qvod sit illud perjurium, difficile dictu est. Neqve tamen, si qvid video, de sacerdotali sacramento, qvo episcopi promittere debebant, velle se munere suo juxta canonum leges fungi, siqvidem istud perjurium aliud esse crimen dicitur, qvam qvo canonum neglectorum rei erant. Qvamobrem id potius explicuerim de *sacramento fidei*, qvod Carolo præstiterant. Ista enim vi illisqve armis, qvibus ad opes suas augendas utebantur, civilem regni ordinem turbarent necesse erat. Deinde per se satis probabile est, Hadrianum summam dare operam voluisse, ut Carolum iis infestum redderet, qvo illos suæ hierarchiæ facilius subjiceret. Qvod ad illud attinet, qvod de terminis dioecesium suarum litigabant, "Longobardorum regum terminos atqve censuram servantes," hoc aliter vix potest explicari, qvam ut statuamus, reges Longobardorum, de priscis dioecesium terminis minus solliciti, nunc huic nunc illi sedi episcopali aliqvas civitates tribuisse aut adjudicasse (— nam *censura* sæpissime in hujus ævi scriptoribus est judicium, judicis sententia; vid. Du Chang. Gloss. Tom. II, p. 484 —) sed tempore Caroli, omnia ad pristinum statum canonicum revocantis, alteros episcopos alteris litem intendisse de iis recuperandis dioecesium suarum *terminis*, qvi *censura* ɔ: judicio regum Longobardorum turbati erant. Vero simile igitur est, Hadrianum viliores contra potentiores tueri voluisse, sperantem, fore ut illi suo judicio parerent. Sed ex ipsis verbis laudatis parum aut potius nihil videtur effecisse.

29. "Perlatum siqvidem ad nos, qvod Longobardorum episcopi alter alterutrum invadentes opponunt periculum, simulqve ecclesiastica statuta enormiter deposcentes conantur invadere, et aliorum partes illiciter detinentes, *in pristino errore perseverare moliuntur*. . . . . Qvamobrem poscentes vestram . . . . regalem Excellentiam, *qvæsumus*, ut eorum errores contemnentes, canonice unusqvisqve suam dioecesin sacerdotali moderamine tenere atqve officio ecclesiastico valeat." (Muratori. rer. italic. script. Tom. III, P. II, p. 267—68).

30. Forum Julii (Friuli) Aqvilejensi metropolitæ sedes erat.

31. Uberiorem horum locorum commentationem, qvæ ad doni Caroli historiam illustrandam multum faceret, pro instituti nostri ratione in alio libro exarabimus.

32. Hadrianus eum vocat "*Galliarum* archiepiscopum," (cod. Carol. ep. 97, ap. Murator. l. c. p. 278) "et archiepiscopum provinciæ Galliarum" (cod. Carol. ep. 96. ibid. p. 271). Jam igitur, quum tota marca Hispanica Narbonnensi metropolitæ "ob principalitatem tantæ sedis præcipuæ" commissa esset (vid. acta. conc. Narbonnensis a. 788, ap. Harduin IV, p. 821—22), probabile fit, tractus ultra citraqve Pyrenæos Galliarum provinciam appellatos fuisse, Narbonensem autem metropolitam "Galliarum provinciæ archiepiscopum" dici solitum. Sed a. 788 Danihel Narbonnensi provinciæ præsul erat. Wulcharius igitur ei sine dubio successit.

33. Ex actis conc. Narbonn., nuper laudatis, videmus, Danihelis antecessorem magna industria hæresin "in Ausonensi parochia" exstinxisse, Danihelem autem "nullo modo episcopum ponere illuc potuisse ob paganorum infestationem." Wulcharius igitur sine dubio Egilam in partes Hispaniæ misit, ut paganis (ɔ: Mihamedanis) conversis, et christianis, in marca Hispanica degentibus, vitæ securitatem pararet, et metropolitanatus sui fines simul extenderet. Qvod vero Romani antistitis "licentiam" expetiit, id sine dubio factum est, ut Egila majori et dignitate et auctoritate instructus doceret; fortasse etiam ab eam causam, ne Elipandus Toletanus aut reliqvi Hispaniæ metropolitæ, ad qvorum errores refellendos mittebatur, hanc legationem ægrius ferrent.

34. Nonnulla horum afferri debent. Cod. Carol. ep. 95: "si *a regia* non vis discedere *via*, prædictorum Sanctorum Patrum (— recensuerat Sylvestrem, Innocentium I, Hieronymum et, satis callide, etiam Isidorum —) censuram (vid not. 28) non deseras, et Beati Augustini opuscula legere non prætermittas, ubi . . . . . Ambrosium meminit pro jejunio Sabbathi Sanctam Catholicam et Apostolicam nostram Romanam *nimis laudasse* Ecclesiam." Ep. 96: "et qvoniam pro *Sedis Apostolicæ principatu*, cujus sollicitudo delegata divinitus cunctis debetur Ecclesiis, qvam laudabiliter fidei veritatem noveritis etc." Ibid.: "pro qvo non silemus impensius commonere, ut a falsis fratribus caveatis, et in eo modo, qvo Sancta nostra Romana Ecclesia *caput omnium Ecclesiarum Dei*, Paschalem celebrat solemnitatem, et vos proculdubio celebrare studeatis." Ep. 97: "hanc (ɔ: ecclesiam Romanam) ergo Ecclesiis toto Orbe diffusis velut caput suorum certum est esse membrorum, a qva si qvis se abscidit; *fit Chsistianæ religionis extorris*, quum in eadem non coeperit esse compage." Ibid.: "sed in his omnibus (sc. patrum scriptis) vestra fidelissima credulitas ad Fidem Catholicam et Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ eos, qvi in errore positi sunt, redigentes, fructum annimarum Deo offerre studete."

35. Cod. Carolin. ep, 97.

36. ibid.

Notæ ad pag. 56—57.

1. Capitular. II a. 811, cap. 10.

2. Capitular. Francof. a. 794, cap. 10; cfr. Capitular. Aqvisgr. a. 789, cap. 71: "et ut ad monasteria venientes, secundum regularem ordinem *primo* in pulsatorio *probentur*, et sic recipiantur."

3. Capitular. Aqvisgr. cap. 22.

4. Cfr. Capitular. a. 794, c. 22; cap. I incerti anni, c. 22.

5. Vid. Du Change l. c. tom. II, p. 474—75.

6. Capitular. I incerti anni, cap. 14.

7. Cfr. capit. 20 ejusd. capitular., in qvo abbatissis interdicitur, ne "aliqvas de sanctimonialibus dirigant (ɔ: dimittant, ut extra coenobium qvicqvam suscipiant) *absqve licentia et consilio episcopi*." Qvæ autem seqvuntur verba: "similiter et cum ordinationem aliqvam in monasteriis agere debeant, vel aliqvas in monasteriis receptiones facere, et hoc cum episcopis suis pleniter antea retractent; et qvod salubrius vel utilius fieri disponat, episcopi archiepiscopo annuntient, et cum ejus consilio qvæ agenda sunt perficiantur," hæc præter obseqvium, episcopis ab abbatissis præstandum, hisce licentiam ab episcopo, si ipsis minus recte imperavisse visus fuerit, ad archiepiscopum provinciæ provocandi vindicare videntur. Vix enim illa verba sensum aliqvem idoneum præbent, nisi ante "*disponat*" subintelligas "episcopus dioeceseos, in qva abbatissi degat," et qvod seqvitur verbum "episcopi" referas ad "archiepiscopi" ut genitivum possessivum.

8. "Monasteria virorum ac puellarum, tam qvæ in mundio palatii esse noscuntur, vel etiam in mundio episcopi, vel ceterorum hominum, *distringat unusqvisqve, in cujus mundio sunt, ut regulariter vivant*;" cfr. cap. III a. 789, capit. 14; III incerti anni, cap. 9.

9. Interdum qvidem monachis, ut ipsi eligerent abbates suos, permisit, ea tamen lege, ut talis electio "per consensum episcopi illius loci fieret" (capit. a. 794, cap. 15).

10. Cfr. capit. I a. 810, cap. 2.

11. Du Change sub h. voc.

12. *Joculatores*: mimi, scurræ.

13. Capitul. a. 794, cap. 45.

14. Planck. l. c. tom. 2. p. 522, not 15.

15. Ibid. pag. 523.

16. Ibid. pag. 520—21.

17. Cfr. Baluz. l. c. tom. II, p. 1055 in notis ad capitulum primum capitular. Aqvisgr. a. 802 de rebus ecclesiæ non dividendis: "vetus nota adjecta codici Remensi, qvæ hinc a Joanne Tilio translata est in lib. I Capit., hæc habet in margine: tempore . . . . . Caroli M . . . . . fuit factum istud capitulum propter hoc, qvia *laici homines volebant* (Tilius edidit: solebant) *dividere episcopia et monasteria ad illorum* (ɔ: *suum*) *opus, et non remansisset ulli episcopo nec abbati nec abbatissæ nisi tantum, ut v lut canonici et monachi viverent*."

18. "Nonnulli laici monasteria virorum etiam ac puellarum habent." Scripta est hæc epistola a 816. Itaqve nostri ævi rationes descripsit.

Notæ ad pag. 58—59.

1. Hoc dicitur "in iisdem corporibus" fieri.
2. Capitular. Aqvisgr. capit. 70.
3. Capitular. I a 813, capit. 14.
4. Sic eqvidem intelligo verba hujus canonis: "de officio prædicationis, ut juxta qvod bene vulgaris populus intelligere possit, assidue fiat;" sed fieri potest, ut "juxta qvod" sensum habeat τοῦ *ut*, consilium exprimentis, solum igitur hoc præceptum, assidue precandum esse, in hoc canone contineatur.
5. Capitular. a. 801, capit. 25.
6. Capitular. I a. 813, capit. 27.
7. Ibid. cap. 17; cfr. capitular. I a. 809, capit. 21: "a judice manum perdat, si propter judicium subvertendum hoc fecerit."
8. Ibid. capit. 22.
9. Capitular. episcoporum a. 801, cap. 21.
10. Capitular. I a. 813, capit. 1.
11. Baluz. Capitular. Tom. I, p. 418; cfr. Capitulare episcoporum a. 801, capit. 10: "ut a cunctis sacerdotibus jus et tempus baptismatis temporibus congruis secundum canonicam institutionem cautissime observetur.
12. Ibid. capit. 10: "ut omnes sacerdotes qvibuscunqve horis omnibus indigentibus baptismum infirmitatis causa diligentissime tribuant."
13. Ibid. capit. 2.
14. Capitular. a. 769, capit. 13.
15. Ibid. cap. 14.
16. Hoc in Capitular. Aqvisgr. capit. 79 accuratius ita exponitur: "ut Psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur."
17. Baluz. Capitul. Tom. I, pag. 417.
18. Ibid. pag. 418.
19. Capitular. I a. 802, capit. 24.
20. Capitular. episcopor. a. 801, cap. 12.
21. Baluz. l. c. p. 418.
22. Capitular. a. 769, capit. 9.
23. Capitular. Aqvisgran. capit. 2; cfr. Capitular III; a. 808, capit. 2: "ut presbyteri non ordinentur, priusqvam examinentur."
24. Ibid. capit. 49 hæc causa addita est: „qvia Dominus noster Jesus Christus non prædicavit ante triccsimum annum."
25. Capitular. II a. 805, capit. XV.
26. Capitular. I a. 803. capit, 7.
27. Capitular. VI a. 807, capit. ultim.
28. Capitular. Saxonum, capit, 6.
29. Epistola imperatoris ad Pippinum, filium, regem Italiæ, Baluz. capitular. Tom. I, pag. 462.
30. Vid. pag. 51, nr. 4.
31. Capitulare I a. 813, capit. 2.
32. Du Changii Gloss. Tom. II, p. 218—22.
33. Ibid.
34. *Capitulum* dicebatur locus, in qvem conveniebant canonici, sic dictus, qvod *capitula* ibi legerentur.
35. Haud tamen reticenda est regul. Chrod. cap. 34, de *matricLulariis*. *Matricularii* sunt pauperes in matriculum relati; *matricula* proprie: catalogus, descriptio, index, apud scriptores ecclesiasticos duplex est, altera *clericorum*, (si qvi stipendiorum ecclesiasticorum erant participes), altera *pauperum*, in qva pauperum, qvi ecclesiasticis stipendiis alebantur, nomina descripta erant; unde matricula sæpe usurpatur pro *domo*, in qva pauperes alebantur, ad ostia ecclesiarum ut plurimum exstructa, interdum etiam pro *ipsamet ecclesia*, cui matricula adjuncta est. Ille vero canon primum affirmat, "matricularios absqve prædicatione et confessione in qvodam securitate positos esse, deinde vero præcipit: "*ut bis in mense* per totum annum ..... in sabbato omnes matricularii ..... ad conventum statutum in ecclesia in domo veniant; ..... tunc veniens episcopus, ... jubeat legere lectionem de tractatibus, vel homilias sanctorum patrum congruas, qvæ ædificent audientes, et doceant eos viam salutis." Sed hoc episcopo absolutum officium haud injungebatur. Qvippe additum est: "si in aliis utilitatibus occupatus non fuerit." Neqve igitur probabile est, hoc præceptum diu servatum esse.

Notæ ad pag. 60—61.

1. Idem episcopi in suo capitulari a. 801, c. 7 sanxierunt. Sed qvadriennio post Carolus reprehendit episcopos, "qvi decimas qvidem adsumunt, et de ecclesiis non curant" (capitular. I a. 805, cap. 6).
2. Qvippe incipit hoc capitulum his verbis: "de ecclesiis emendandis."
3. Capitular. Aqvisgr. a. 803 cap. 1.
4. *Dividere* est testamento disponere.
5. loc. in not. 3. citat.
6. Pact. leg. Salic. LVIII, 1.: octo mille denariis, qvi faciunt solidos ducentos culpabilis judicetur."
7. capitular. Aqvisgr. a. 803, capit. 3: "homicida ante conspectum judicis culpabilis judicetur."
8. capitular. II a. 806, cap. 2: "ut ecclesia, viduæ, orphani vel minus potentes pacem rectam habeant. Et ubicunqve fuerit infracta, sexaginta solidis componatur."
9. Capitular. I a. 810, cap. 4.
10. Capitular. Francof. a. 794, capit. 39.
11. Capitular. II a. 803, capit. 6.
12. vid. Baluz. l. c. p. 411; cfr. capitular. III incerti anni ap. Baluz. p. 525.
13. ap. Baluz. l. c. p. 347.
14. Pipinus, rex Italiæ mortuus est anno 811.
15. Vid. Agobardi flebilis epistola de divisione imperii Francorum inter filios Ludovici Pii, ap. Du Chesne historiæ Francor. scriptor. Tom. II, p. 329—32.
16. Thegani opus de gestis Ludovici P. Imp., ibid. p. 280: "illud judicium mortale qvod ceteris (sc. qvi cum Bernhardo fecerant) Imperator exercere noluit, sed Consiliarii Bernhardum luminibus privarunt. ...... Tertio die post amissionem luminum Bernhardus obiit. Qvod audiens Imperator, magno cum dolore flevit multo tempore et confessionem dedit coram omnibus episcopis suis, et judicio eorum poenitentiam suscepit propter hoc tantum, qvod non prohibuit Consiliarios hanc crudelitatem agere. Ob hanc causam multa dedit pauperibus propter purgationem animæ suæ."

17. „Drogo ist nachgehends Ertz-Bischoff zu Metz, und so wohl bey Hofe als in Verschickungen und sonst sehr gebrauchet worden" (Bünau Teutsche Kayser- und Reichs-Historie Th. 3, S. 48); contra qvod id solum observandum habeo, clarissimum hunc scriptorem hoc loco et alibi passim Drogonem *archiepiscopum* nominavisse, quum tamen solus episcopus esset, et anno demum 844 titulo archiepiscopi ornatus sit; de qva re in seqventis ævi historia disputabitur.

Notæ ad pag. 62—63.

1. Ludovicus P. latinæ et græcæ lingvæ peritus erat.

2. Capitular. a. 823, capit. 5: "Scholæ sane ad filios et ministros ecclesiæ instruendos vel edocendos, sicut nobis præterito tempore ad Attiniacum promisistis, et vobis injunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum est, ad multorum utilitatem et profectum a nobis ordinari non negligantur;" cfr. capitular. Aqvisgran. a. 817, cap. 45: "ut schola in monasterio non habeatur, nisi eorum, qvi oblati sunt;" "oblati" autem sunt pueri, qvi a parentibus monasteriis tradebantur. Volebat igitur imperator, qvanqvam laicis interdicebat, ne scholas monasteriales adirent, ut isti pueri litteris humanioribus instituerentur; cfr. conc. Paris. VI a. 829, lib. I, c. 30: "Jamdudum a pio et orthodoxo principe, domno Hludowico Deo amabili Imperatore, *jussum* et *admonitum est*, ut rectores ecclesiarum in ecclesiis sibi commissis strenne milites Christi, qvibus Deus placari posset, *præpararent* et *educarent*."

3. Ut Petavii, Ivreæ, Taurini, Cremonæ, Veronæ, Florentiæ.

4. Hic a. 826 constituit. scholas in singulis mediæ Italiæ urbibus condendas esse (vide Holstenii Collect. Rom. P. II. p. 7); qvæ tamen non conditæ sunt (vide synod. Roman. a. 853), c. 34, de qvo in seqventi ævo agamus.

5. Conc. Paris., sub not. 2 laudat., diserte dicit: "Sed super hac ejusdem principis admonitione, immo jussione, a nonnullis rectoribus *tepide* et *desidiose* hactenus actum est." Cfr. tamen qvæ mox dicuntur: "unde omnibus nobis visum est, ut abhinc, postposita totius torporis negligentia, ab omnibus diligentior in educandis et erudiendis militibus Christi et vigilantior adhibeatur diligentia; et qvando ad provinciale concilium ventum fuerit, unusqvisqve rectorum .... scholasticos suos eidem concilio adesse faciat, ut suum solers studium circa divinum cultum omnibus manifestum fiat;" cfr. etiam verba hujus concilii ad Ludov. Imp.: "similiter obnixe ac suppliciter vestræ celsitudini suggerimus, ut morem paternum seqventes, saltem in tribus congruentissimis imperii vestri locis, *scholæ publicæ* ex vestra auctoritate fiant: ut labor patris vestri et vester per incuriam, qvod absit, labefactando non pereat."

6. Verba Moshemii: Institution. p. 300.

7. A. 814 habita est synodus Constantp., præsidente Nicephoro patriarcha, contra Antonium, Silæi metropolitam, qvi imagines fregisse putabatur. Incipit autem hæc synodus ita: "Leo itaqve, imperii sceptris potitus, impiorum illo superiorum Imperatorum, Leonis ac Constantini, ex Isauris genus ducentium, abundantius æmulator ac imitator efficitur; qvi scilicet annos longe plures rerum domini fuerant, rebusque bello strenue gestis hostium barbarorum audaciam fregerant, atqve bonorum affluentia faustos beatosqve dies duxerant."

8. Acta hujus concilii haud supersunt.

9. Michael tanta æqvitate usus est, ut non solum exules omnes in patriam revocaret, sed etiam, quum Theodorus Studites et Nicephorus magnis clamoribus ipsi, ut imagines restitueret, persvadere non desinerent, edixit, se iconolatras æqvo animo laturum esse, modo intra muros Constantinopolis nullæ colerentur imagines. Sed homines fanatici, hisce non contenti, novas res moliebantur.

10. Vid. Theophan. presbyt. in Actis sanctorum apud P. Papebrochium, et Pagi annal. eccles. Tom. XIV, p. 261.

11. *Syncellus*, "dignitas ecclesiastica e præcipuis et honoratioribus, qva qvi cohonestatus erat, in eadem, qva Summus Pontifex vel Patriarcha cella habitabat, unde nominis etymon" (Du Chang. Gloss. Tom IV, p. 924): De ipso munere viri docti ambigunt. Nonnulli sic appellatum fuisse existimant, qvi morituro patriarchæ successor designabatur; alii syncellum putant fuisse patrem spiritualem et *a confessionibus* patriarchæ; alii, qvod verius esse videtur, syncellos arbitrantur patriarchos datos fuisse, qvi essent vitæ eorum testes (vid. Du Chang. l. c.).

12. Hæc desumta sunt ex G. Caveo: scriptor. ecclesiastic. hist. litteraria p. 481.

13. v. c. encomium S. Dionysii Areopagitæ, qvod historiam Dionysii ex Hilduini Areopagiticis desumsisse videtur (vide Cave l. c.).

14. Comment. in Pentateuchum, in Genesin libr. III, in Exodum libr. IV.

15. Commentar. in ep. ad Galatas, in evang. Mathæi libri III, commentariorum in Paulum apostolum volum. II (MS).

16. Liceat nobis pauca qvædam verba Claudii apponere, qvæ potius Lutherum qvam medii ævi scriptorem referunt. "Nullam ammonitionem meliorem potui invenire, qvam epistolæ primæ Pauli apostoli, qvam misi, qvia toto inde agitur, ut merita hominum tollat, unde maxime nunc monachi gloriantur, et gratiam Dei commendet."

17. Agobardus opus qvoddam posthumum Felicis detectum publici juris fecit, eiqve singularém disputationem opposuit a. 828.

18. De divisione imperii Francorum inter filios Ludovici Imp. flebilis epistola: liber apologeticus pro filiis Ludovici P.: chartula porrecta Lothario Aug. in synodo Compendiensi.

19. De comparatione utriusqve regni, ecclesiastici et politici, et in qvibus ecclesiæ dignitas præfulgeat imperiorum majestati.

Notæ ad pag. 64—65.

1. Ap. Du Chesne l. c. p. 289; cfr. Astronomi vita et actus Ludovici Pii, ibid. p. 296: "qvos detractos atqve convictos idem Apostolicus supplicio addixerit capitali, lege Romanorum in id conspirante."

2. Cfr. Astronom. l. c. p. 297: "summa cum festinatione ei (ɔ: Ludovico) occurere festinavit."

3. Astron. l. c.: "Cui etiam obviam Hildeboldum, archicapellanum sacri palatii, Theodulphum episcopum Aurelianensem, Johannem Arelatensem aliorumqve ministrorum ecclesiæ copiam procedere jussit, infulis indutos sacerdotalibus. Ad ultimum Imperator milliario processit a monasterio S. confessoris Remigii, et tanqvam beati Petri Vicarium honestissime suscepit, descendentem ex eqvo excepit, et ecclesiam intrantem manu propria sustentavit: præcinentibus pro tanta exultatione variis ecclesiæ ordinibus: Te Deum laudamus et reliqva;" cfr. Thegan. l. c. p. 278: "Qvod (sc. Leonem ad se venturum esse) audiens [Ludovicus], magno tripudio repletus, coepit gaudere . . . . Descendit uterqve de eqvo suo, et Princeps se prosternens omni corpore in terram, tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, et tertia vice erectus salutavit Pontificem istis verbis dicens: Benedictus, qvi venit in monine Domini cetqve."

4. Ita tamen differunt, ut *Eginhardus* dupplicem afferat Pontificis legationem, alteram de confirmatione electionis suæ, alteram, ut "pactum, qvod cum præcessoribus suis factum erat, etiam secum fieret et firmaretur," Astronomus unam modo legationem commemoret.

5. Hujus dignitatis ecclesiasticæ munus ita describit liber Romani Ordinis ap. Gregor. IX, lib. 1, tit. 23: "ut Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut archipresbyter, et ad ejus curam specialiter pertinere, ut præsit in docendo diaconis, vel reliqvis gradibus ecclesiasticis in ordine positis: ut ipse disciplinæ et custodiæ insistat, ... et ut ipse diaconibus donet lectiones, qvæ ad nocturna officia clericorum pertinent, et de singulis studium habeat, ut in qvacumqve re capacem sensum habuerit, absqve ulla vacet negligentia, aut a qvo ipse jusserit instruantur."

6. "Nomenclator s. nomenculator, cujus officium erat convivas ad convivia vocare. Nomenclatoris pontificis Romani erat, homines, qvi ad mensam pontificis invitandi erant, vocare." — "Is enim invaluerat, qvi etiamnum in nostratibus ecclesiis cathedralibus perdurat, mos, ut qvoties Pontifex aut Episcopus publicam Missam celebraret, Primates ex clero, qvi ei inserviebant ad altare, convivio exciperet. Hunc etiam spectabat causarum discussio eorum, qvi ad ipsius Pontificis justitiam recurrebant" (Du Change ad h. v.; qvem vide).

7. Astronom. l. c.: "enucleatissime."

8. Astron. l. c. p. 303.

9. Eginhard. l. c. p. 267: "legati Romam venientes, rei certitudinem asseqvi non potuere: qvia Paschalis Pontifex se ab hujus facti communione . . . . jurejurando purgavit."

10. Thegan. l. c. XXX: "cum episcopis XXXIII et presbyteris et diaconibus qvinqve."

11. Anastat. in vita Eugenii II.

12. Cfr. Astron. l. c. p. 305: "Gregorius . . . electus est, dilata consecratione ejus usqve ad consultum Imperatoris. Qvo annuente et electionem cleri et populi probante, ordinatus est in loco prioris."

13. De hoc jure imperatorio a Græcis ad Francos translato vide Schröckh. l. c. Tom. XX, p. 40—48 contra Franc. Pag. breviar., pontif. Rom. gesta complect, Tom. I, p. 345; cfr. Platina: de vitis pontificum, in vita Paschasii.

14. Vide excerpta chronici Farfensis monasterii, ap. Du Chesne l. c. Tom. III, p. 660 seqq.

Notæ ad pag. 66—67.

1. Halitgarum ab Ebbone designatum, qvi ipsum comitaretur, Paschalis "collegam et ministrum" Ebbonis constituerat (vid. bull. confirmat. Ebbonis). Quum autem nulla unqvam illius, in Dania degentis, mentio injecta sit, ipse vero a. 824, in aula imperatoria degens, librum poenitentialem, cohortante Ebbone, scripserit, multi putaverunt, hunc Daniæ fines nunqvam attigisse. Suspicatur tamen Münterus, eum cum Ebbone et in Dania prædicavisse et ad Imperatorem a. 823 reversum esse (Kirchengesch. v. Dänemark u. Norwegen, Th. 1, S. 257); sed vid. not. 7.

2. Thegan. de gestis Ludov. P. XXXIII.

3. Münter l. c. p. 279, not. *: „Daß in Schweden, wahrscheinlich auch in Dänemark, die Ausbreitung des Christenthums durch deutsche Kaufleute befördert ward, davon gibt die vita Anscharii cap. XXVII und XXIX deutliche Winke."

4. Ibid. p. 281: „Gautbert, der bey seyner von Ebbo und Anschar gemeinschaftlich verreichteten Weihe den Namen Simon erhielt."

5. Ibid. p. 287.

6. Vid. bullam Paschalis: . . . . . "idcirco præsentem . . . Ebbonem . . . . necessarium, cum consensu fidelium Dei, *duximus* illis in partibus pro illuminatione veritatis dirigendum. Qvatenus *auctoritate* beatorum *principum Apostolorum* Petri et Pauli, nostra fraterna vice, informato, ante corpus et confessionem ipsius Principis Apostolorum, evangelisandi publica *tradidimus in omnibus facultatem*." Münterus (l. c. p. 247) scite observat, verba "cum consensu fidelium" callide (absichtlich) apposita esse, ne Ludovicus P. ægre ferret, qvod Paschalis ejus ipsius decretum ad suum consilium referret.

7. Digna est, qvæ observetur, summa ars Pachalis, qva hoc non officii instar molesti Ebboni imponit, sed ut gratissimum donum ipsi collatum commemorat. "Et si fortasse, ait, ad hoc divinum officium pertinens aliqvod dubium emerserit, ad Sanctam Dei catholicam atqve Apostolicam Romanam ecclesiam recurrendo, *semper ex ejus hauriat purissimo fonte laticos, unde* et a cordibus mortalium, divina interveniente gratia, *noxios emendare possit errores*." Fortasse etiam hunc "recursum" ad solos "errores" restrinxit, qvod inde a temporibus Caroli M. moris esset Francorum Romanum antistitem de rebus, ad fidem et liturgiam pertinentibus, *consulere*; qvo igitur fieri potuit, ut *talis* recursus Ludovico imperatori minus molestus videretur. Sed quum "recurrere" de *iis* dicitur, "qvi, primorum æstimatorum relatione parum contenti, alios postulant, qvi maturius judicent" (Du Change), Ebbo, hac bulla instructus, si sententiæ ipsius imperatoris parere nollet, ha-

beret qvo se defenderet. Omnino Britannicæ ecclesiæ historia docuerat, recursum Augustini Cantuariensis, Romanam sedem de solis rebus dogmaticis, liturgicis et ethicis consulentis, fastu et dominandi libidine sacerdotum in judiciariam de ipsis regibus potestatem converti posse" (vid. p. 10—11).

Neqve hoc loco prætereunda sunt verba Paschalis: "collegam namqve huic administrationi legationis providentes, Halitgarum Religiosum adjicientes, ministrum constituimus, *qvatenus* (ɔ: ut) *ad Sedem apostolicam* opportuno valeat tempore *de cerdito negotio*, præstante Domino *intimare*, et nunqvam se in qvalibet parte huic nostræ auctoritatis ministerio commisso negligere." Qvis enim hæc verba legere possit, cui non in mentem veniat mandatum, Hadriano olim a Vitaliano commissum (vid. pag. 11)?

Fieri igitur potest, ut Halitgarus ob hanc ipsam causam, qvod aut tale munus speculatoris sibi indignum haberet, aut hoc ipso Ebbonem aut Ludovicum Imp. offenderet, Ebbonem haud comitaretur. Ita saltem explicatur, qvi factum sit, ut ab Ebbone comes designatus, huic tamen post id tempus, non esset invisus; neqve opus est cum Müntero statuamus, Halitgarum, in Dania versatum, a 823 reversum esse, qvod utrumqve omni fide historica caret.

8. Vide bullam Gregorii IV.

9. "Danorum, Nortwehorum, Farriæ, Gronlandan, Haelsingalandan, Islandon, Scridevindum, Slavorum nec non omnium Septemtrionalium et Orientalium nationum, qvocunqve modo nominatarum;" qvæ verba recentiori tempore apposita esse, qvis non videt? „Von den in dieser Bulle aufgerechneten Ländern waren in neunten Jahrhundert Grönland noch nicht entdeckt, Island noch nicht bewohnt." (Münter l. c. p. 282).

10. Alia est sententia Münteri, l. c. p. 286 dicentis: „Aber auch politische Betrachtungen mochten ihn bald davon überzeugt haben, wie sehr seine Unabhängigkeit von den mächtigen deutschen Bischöfen, besonders von Erzbischofe von Mainz, durch den Schutz des Pabstes gesichert werde." Qvod mihi persvadere non possum ut credam. Primum ipse Münterus verissime affirmat: er (Ansg.) ehrte aus redlicher Ueberzeugung den Bischof von Rom als den Nachfolger Petri, und unterwarf sich seiner Oberaufsicht mit willigem Gehorsam" (ibid.), *deinde* Ansgarius nullum ad hoc usqve tempus expertus erat invidiam aut insolentiam Germaniæ episcoporum, *tum* Moguntinus archiepiscopus per hoc ævum nullam in reliqvos præsules Germaniæ potestatem exercebat, *deniqve* ipsi Gregorio episcopi Francici imperii satis infesti erant (vid. pag. 67), unde mihi verosimilius visum est statuere, Gregorium, hanc tantam episcoporum Germaniæ immunitatem Hamburgensi sedi conferentem, prohibere voluisse, ne hic contra se partes reliqvorum Germaniæ episcoporum seqveretur.

11. Vid. p. 66, nr. 3.

12. "Strenui vero prædicatoris persona, tantoqve officio apta, in successione semper eligatur, omnia vero a venerabili Principe ad hoc Deo dignum officium deputata nostra etiam auctoritate pia ejus vota firmamus." In his qvoqve admiranda est summa Gregorii prudentia. Qvi, quum episcopi ex restituta per Carolum M. ipsumqve Ludovicum P. (vid. p. 70, nr. 7) canonum auctoritatem eligi deberent, haud dubitavit præcipere, ut antistites Hamburgenses *eligerentur*, idem vero, probe expertus, Ludovicum sæpe, qvos vellet, episcopos constituere (vid. p. 74, nr. 1), addidit, per se rata fore qvæcunqve Principi de novo archiepiscopo Hamburgensi constituendo placuissent.

13. Qvippe affirmant, "ecclesiam per b. *Petrum*, apostolorum principem, in Occidentis, per b. vero *Johannem*, apostolum et evangelistam, in Orientis, id est, in Asiæ partibus, per b. etiam *Paulum in tota generaliter mundi latitudine fundatam esse*" (conc. Aqvisgr. a. 836, ep. ad Pipinum regem Aqvitaniæ lib. I, cap. 12); qvæ igitur verba plus meriti Paulo qvam binis reliqvis apostolis vindicant. Præterea ejusd. conc. capit. I, can. 2: "ut episcopus juxta regulam, a beato *Paulo* apostolo decretam, ministerium peragat episcopale," summam huic apostolo vindicat auctoritatem munus episcoporum, qva peragi debeat ratione, præcipiendi; qvod eo magis urgendum esse existimo, quum Petrus in priori epistola sua (cap. 5, 1—4) episcopis, qvid agerent, mandarit. Ceterum dignum est, qvod observemus, Petrum toties dictum fuisse apostolorum principem, ut vel in illo loco, qvod prius laudavimus, hoc titulo ornetur.

14. Conf. conc. Aqvisgr. ad Pipin. ep. lib. III, cap. 23. "deniqve ecclesia Christi per *successores apostolorum*, pastores videlicet ejusdem ecclesiæ etc."

15. Cfr. ejusd. conc. cap. III, can. 5: "Petimus . . . . . , ut per vos (ɔ: Lud. Imp.) filii et proceres vestri nomen, potestatem, vigorem et dignitatem sacerdotalem cognoscant, qvod ex verbis Domini facile intelligere possunt, qvibus b. Petro, *cujus vicem indigne gerimus*, ait: qvæcunqve ligaveris super tarram, erunt ligata in coelo. Et alibi *discipulis generaliter dicit*: accipite Spiritum sanctum: qvorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et qvorum retinueritis, retenta sunt."

16. Hæc qvidem epistola interiit, sed quum Gregorius in sua, qvam illi opposuit, epistola singula, qvæ episcopi ipsi objecerant, refellere conatus sit, hæc inde facili negotio colligi possunt.

17. Hoc de nulla alia re commode intelligi potest, qvam de Lothario, filio Lud. P., in partem imperii adscito. Sic etiam judicavit clariss. Bünau, Teutsche Kaiser- und Reichs-Historie Th. 3, S. 142: „worunter er ohne Zweifel Lotharii Erhebung auf dem Kaiser-Thron verstanden, worüber er sich desfalls an einen andern Orte deutlicher erkläret vid. Agobard. epist. flebil. p. 44."

18. "Præceptum de paginis ad Christianitatem invitandis et de institutione episcopatus Hammaburgensis," ap. Baluz. l. c. p. 681—84.

Notæ ad pag. 68—71.

1. Spittlerus (Geschichte des kanonischen Rechts bis auf die Zeiten des falschen Isidorus, S. 242) haud dubitavit hanc totam epistolam spuriam dicere; mihi tamen felicior videtur fuisse in vanis argumentis viri cujusdam (Herr von Horix: concord. nat. germ. illustr. tom. II, pag. 186—87) refutandis qvam in sua sententia probanda. Primum argumentum ex eo petit, qvod hæc epistola scripta est "dilectissimis fratribus universis coepisiopis per Galliam, Germaniam, Europam et per universas provincias constitutis", siqvidem „nicht einmahl an die episcopos per Germaniam war es nothwendig, sondern bloß an seinen (ɔ: Aldrici) Metripolitan." Qvis autem non videt, huic syllogismo nullam vim probandi inesse, nisi pro certo affirmare liceret, antistites Romanos nunqvam oblata sibi dominii sui augendi opportunitate magis, qvam logica rei ratio ferret, usos fuisse? At qvis, qvæso, hoc facile affirmarit! Defuncto Romæ Wighardo (vid. pag. 10), Vitaliano nihil aliud necessarium erat, qvod agerat, qvam ut ad Britannicos antistites de illius viri morte scriberet. Nihilo tamen secius toti ecclesiæ Britannicæ præsulem, qvem Britanni haud elegerant, petierant, noverant, proprio Marte præfecit. Qvid? qvod

justa cogitari potest ratio, ob qvam Gregorio, ut Aldricum tueri posset, necessarium erat, ut ad omnes imperii Francici episcopos scriberet. Qvod si enim ad solum metropolitam, cui Aldricus subjectus erat, scripsisset, hic autem auctoritate ipsius parere noluisset, haud dubie Aldrico necessarium foret, ad alius provinciæ metropolitas confugere. Gravissimum autem, qvo utitur Spittlerus, argumentum: „das Schreiben... ist freilich... voll der deutlichsten Spuren pseudisidorischer Grundsätze....; denn es wird in demselben nicht nur überhaupt alles definitiv Urtheil über einen Bischof dem Pabste zugeschrieben, sondern es heißt auch: nihil prius de eo, qvi ad sinum sanctæ ecclesio Romanæ confugit, ejusque implorat auxilium, decernatur, qvam ab ejusdem ecclesiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ sic vices suas aliis impertivit ecclesiis, ut in partem sint vocatæ sollicitudinis non in plenitudinem potestatis. Und dies ist der vorhin ganz unerhörte Grundsatz, in welchem gleichsam die Vollendung des ganzen pseudisidorischen Systems enthalten ist!" a vero procul distare videtur.

1) Primum non dicuntur, singulæ singulorum episcoporum causæ Romæ tandem („alles definitiv Urtheil über einen Bischof") judicandæ esse; sed tantum *licere episcopis* ad antistitim Romanum provocare. Qvis enim alius esse potest sensus verborum, "et qvia cunctarum divina dispensatione ecclesiarum *curam* gerimus, *omnibus nostra poscentibus suffragia* Apostolica auctoritate subvenire *optamus?*" Sane qvidem verba "*cura, poscentibus, optamus*" nihil aliud probare possunt, qvam in deliciis esse Gregorio, si qvis ad ipsum provocarit, huic subvenire. Hæc igitur non sunt *absolute* („alles definitiv Urtheil") sed *relative* disputata.*) Neqve gravius aliqvid exprimunt verba: "divinis præceptis et Apostolicis saluberrimis *incitamur* monitis, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus *affectu*;" qvæ singula subjectivum Gregorii IV animum describunt.

2) Qvæ deinde verba Spittlerus excitavit: "nihil prius de eo etc.," hæc non *absolute* dicta sunt de omnibus qvibusvis episcopis, sed arcte cohærent cum iis, qvæ præcedunt:" Sed *si qvid*, qvod absit, *grave intolerandumqve* ei (ɔ: Aldrico) objectum fuerit, nostra erit exspectanda censura: *ut* nihil prius de eo etc;" qvid autem potestatis his ipsis Romanæ sedi vindicatur, majus non est, qvam cui Bonifacius olim sacramento interposito obstringebatur (vid pag. 31 sub 6.)

3) Qvod præterea attinet ad verba: "divina dispensatione," "divinis præceptis et apostolicis monitis," "ecclesiæ Romanæ privilegium" et al., his simillima seriorum temporum pontifices sæpissime attulerunt. Exempla habes in epp. longe plurimis, ad Britannos et Bonifacium datis. Neqve graviora jura hæc epistola sedi Romanæ tribuit, qvam qvæ synodus Sardicensis dudum sanxierat.

4) Ad hoc ipsum concilium auctor illius epistolæ, de qva agimus, respexisse videtur. Leguntur hæc in synod. Sardic. can. 3 (ap Harduin. l. c. tom. I, pag. 639): "qvod si aliqvis episcopus judicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur; si vobis placet, *sancti Petri apostoli memoriam honoremus*, ut scribantur ab his, qvi causam examinarunt, Julio Romano episcopo et si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur et det judices. Si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur ea qvæ acta sunt; qvæ decreverit, confirmatæ erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet." In illa vero epistola hæc legimus:" *ut honoretur b. Petri*, apostolorum principis, *memoria*,.... *liceat* illi post auditionem primatum dioeceseos (== "si judicatus fuerit") si necesse fuerit (== "si bonam etc") nos apellare, et nostra auctoritate (== "si judicaverit, renovandum esse judicium") aut ante nos aut ante legatos nostros ex latere missos (== "et det judices") juxta patrum decreta (== "Synodus respondit: Placet") suas exercere atqve finire actiones."

5) Deniqve hæc epistola rationes ævi Gregorii IV præ se ferre videtur, ut ad aliud tempus commode referri neqveat. Qvæ enim jam afferam verba: "nec qvisqvam frivolus aut contentiosus sive contumax hæc nos irrationabiliter præcipere contendat," et infra: "nec alicui fratri hæc gravia (ɔ: molesta) aut inutilia videri debent;" hæc certe referunt auctorem timentem, ne epistolam legentes dubitarent de summa ipsius auctoritate. Qvicunqve autem legerit, qvæ nos p. 67 attulimus, verba episcoporum Francicorum, contra Romani pontificis auctoritatem prolata, is certe confitebitur, illa verba ad hæc tempora optime qvadrare. Qvid? qvod ipsum verbum "irrationabiliter" tum in hac epistola tum in epist. Agobardi, p. 67 laudata, occurit?

Ob has rationes nobis æqve persvasum est, hanc epistolam Gregorium auctorem habere, ac nulla in eadem Pseudo-Isidori vestigia deprehendisse nobis visi sumus.

*) Cfr. infra: "cum & auctoritate canonum & prædecessorum nostrorum decretis sancitum sit, ut episcopus accusatus, *si voluerit*, appellet Romanum pontificem, et ad eum, *si libuerit*, confugiat."

**) Cfr. in hac epistola verba sqq.: "ut ab eo ejus audiatur causa, aut ipse a latere suo legatos, qvi eam audiant, mittat."

2. v. c. "cum enim beatissimis Augustinus, dominicæ sententiæ memor, qvæ fundamentum ecclesiæ in Apostolicis sedibus collocavit" (— respexisse videtur ad notissimam Gelasii interpretationem Math. 16, 18—), *in schismate esse dicat, qvicunqve se a præsule earundem sedium auctoritate vel communione suspenderit*, nec aliam manifestat esse ecclesiam, nisi qvæ in pontificalibus apostolicarum sedium est solidita radicibus &." . . . . . "Sed et alii multi hujusmodi docentes, ut illius stabilis Petræ sempiterna soliditas, super qvam Dominus Salvator noster propriam fundavit Ecclesiam, a Solis ortu usqve ad occasum *Primatus sui apicem* successorum suorum auctoritate tam per se, qvam per vicarios suos firmiter obtineret." (Opp. Agobardi, ed. Paris. a. 1605, p. 384—88) .

3. Vid. ep. Gregor. ad episcopos regni Francor. ap. Hard. l. c. IV, pag. 1276: "vos autem fidelem et cultorem pietatatis Pontificem dehonestandum prædicatis *absqve injuria sedis*" — "tantum illud flagito ut dicatis, qvomodo potest fieri, ut, *manente Apostolicæ sedis honore*, mea tantum persona in causa reprehensionis et vituperationis remaneat."

4. Simile qvid in "præcepto secundo pro Hispanis" dicit, vid. Baluz. l. c. pag. 569—72.

5. Ludov. epist. ad monachos Anianens. ap Baluz. l. c. pag. 623—26. "Nam si aliqvis vestrum sine ratione adversus eum (ɔ: abbatem ipsorum) inflammabitur, et *nostras aures sine causa pulsaverit*, nos adversus se noverit districta animadversione esse commotos, ut ille, qvi ejusmodi est, ceteris fiat documentum, ne in posterum aliqvis audeat adversus magistrum suum injuste consurgere."

6. "Qvi vero epistolam nostram qvocunqve modo despexerit, jussu nostro ad palatium veniat, et juxta voluntatem nostram congruam stultitiæ suæ castigationem accipiat etc."

7. "Volumus ut comes potestatem habeat in placito suo facere, qvæ debet nemine contradicente. Et si aliter fecerit qvam juste, ad qvem factum illud pertinet (ɔ. qvi injuriam passus est), veniat in præsentiam nostram, et nos illi de eodem comite faciamus justitiam."

8. Cfr. capitul. a. 823, Præfat.... "Nos etiam juxta modum nostrum eorum (ɔ: "*genitoris nostri* et *progenitorum*") *seqventes exemplum*, sæpe vestram devotionem de his (ɔ. "honore ecclesiæ et statu regni decenti") admonere curavimus, et Deo miserante multa jam *emendata* et *correcta* videmus;" cfr. diploma Ludovic. P. de ord. monast. in monaster. S. Dionys. restituto: "Mox ut divina dignatio nos paterna sede suscepta imperialibus sceptris initi voluit, piæ intentionis nostræ solicitudo exseqvi procuravit, ut religio, decor et omnis honestas a *Domno et genitore* divæ memoriæ Carolo *coepta at instituta*, liqvido et veraciter, remota omni simulatione, in propriis qvibusqve *maneret* et *vigeret* ordinibus;" cfr. capitular. III a. 819, cujus capitula duodecim qvædam legis Salicæ capitula accuratius definiunt.

9. Vid. Du Change sub h. v.

10. Octo sub imperio Ludovici P. recensentur cancellarii: *Helizacar*, abbas Centulensis, *Milcardus*, *Ludovicus*, *Fridegisus*, *Regemeridus*, archiep. Vienn.. *Theodo*, *Hugo*. abbas (vid. Du Change l. c. Tom. II, p. 133).

11. Exemplum instar omnium afferamus ex "epistola generali, qvam Ludovicus ex placito Aqvisgranensi misit" (apud Baluz. l. c. p. 687 seqq.) "Qvapropter *statuimus atqve decrevimus* cum consultu sacerdotum ceterorumqve fidelium nostrorum, hujus rei gratia ob placandum scilicet contra nos nobisqve subjectos Domini furorem, *conventis* eorundem *episcoporum* in qvatuor imperii nostri locis congruentissime *fieri*, cetqve."

12. Vid. acta concilior.; non tamen semper ipse conciliis interérat, v. c. quum in qvatuor imperii locis conventus episcoporum habebantur.

13. Vid. inprimis capitulare Aqvisgranense de vita canonica, coll. cum actis conc. Aqvisgran.

14. Vide petition. XXXII episcoporum, in Theodonis villa congregatorum a. 821, qvi decreverunt, "ut communi consensu et humili devotione supplicaretur auribus Principis, *si suæ pietati complaceret*, ut calumnia, in Christi sacerdotes peracta, juxta synodica determinaretur pleniter statuta.". Allatis deinde IV capitulis, Aistulphus, archiep., qvi huic conventui præsidebat, dixit: "si Principibus placuerit aliisqve suis (ɔ: ejus) fidelibus, *rogemus conlaudetur et subscribatur*." Posthac a. 822 additum est decretum imperatorium, in qvo ista qvatuor capitula, aliqvantulum *mutata*, confirmabantur (Baluz. l. c. p. 625—30).

15. "His omnibus prælibatis, innotescimus nobis, qvod ea, qvæ in capitulis vestris *nobis tractanda commisistis &c.*"

16. *Mallus* s. *mallum*: "publicus conventus, in qvo majores causæ disceptabantur, judiciaqve majoris momenti exercebantur a comitibus, missis regiis aliisqve judicibus" (Du Change).

17. Prudentissime hoc sancitum erat; namqve ipsa copia rerum, Missis conferendarum, plurimos sane avocare potuit ab istiusmodi injuriis faciendis; vid. capitular. V a 819, cap. 29: de dispensa Missorum nostrorum, qvaliter unicuiqve juxta suam qvalitatem dandum vel accipiendum sit, videlicet episcopo panes XL, friscingæ (Frischling) tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova qvindecim, annona ad caballos modii qvatuor. Abbati, Comiti, atqve ministeriali nostro unicuiqve dentur *cotidie* panes XXX, friscingæ duo, de potu modii duo, porcellus unus, pulli tres, ova XV, annona ad caballos modii tres. Vasallo nostro panes XVII, friscinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova X, annona ad caballos modii duo."

18. Firmitas: 1) securitas data alicui, 2) pactum, 3) h. l. privilegium, immunitas, præceptum, qvod scilicet perpetuam obtinet firmitatem, ut est ap. Marculf. lib. I, form. I. (Cfr. Du Change).

19. Capitular. V a. 819, cap. 27: "ut vassi*) nostri et vassi episcoporum, abbatum, abbatissarum et comitum, qvi anno præsente in hoste non fuerunt, heribannum**) reuvadient;" cfr. capitular. a. 828, cap. VII, coll. epist. subnex.

*) *Vassus* proprie: familiaris, domesticus, deinde: famulus. Vassi e familia imperatoris aut regis, *vassi regales*, s. *dominici*, fide et sacramento Principi obstricti erant, et ab eo extra ordinem interdum mittebantur in provincias, ut comitibus adessent (leg. Longob. lib. 2, tit. 2, §. 2).

**) *Herebannum* s. heribannum s. arribannum: 1) submonitio ad exercitum (ex *Heer*: exercitus, et *bannum*: citatio, submonitio, indictio); 2) mulcta, qvæ in exercitum pergere post bannum et submonitionem contemnenti indicebatur. Hæc mulcta plena erat LX solidorum, qvod bannum *regium* s. dominicum dicebatur. Qvi, herebanni mulctæ obnoxii, non habebant, unde solverent, *vadia* ɔ: vadimonium, pignus, fidejussionem dare s. heribannum rewadiare jubebantur.

20. Baluz. l. c. p. 686.

21. Capitular. Ingilenheim. a. 826, cap. 5.

22. Ibid. cap. 2.

23. *Alodis* s. alodus, alodium, alaudum, alaudis: qvivis fundus, Gallorum aleu, aleu-franc, franc-aleu, franc-aloud. *Alodis*, nude positum, sæpe pro prædio immuni, qvod nulli præstationi aut oneri obnoxium est, usurpatur.

24. Ad hanc legem intelligendum conferendum est capitulum qvoddam, capitular. Wormat. (a. 829) annexum, qvod de *rebus fisci regii* agit: "volumus ut omnis inqvisitio, qvæ de rebus, ad jus fisci nostri pertinentibus facienda est, non per testes, qvi producti fuerint, sed per illos, qvi in eo comitatu meliores et veraciores esse cognoscuntur, per illorum testimonium inqvisitio fiat; et juxta qvod illi testificati fuerint, vel contineantur vel reddantur." Ludovicus igitur non ex testimoniis qvibuscunqve sed fide dignissimis judicari voluit, utrum ecclesiæ ejusmodi res retinerent an redderent.

25. *Commutatio*, Gallorum *change*, etiam dicitur *commutativa*, ut pro commutare commutuare, qvod explicatur verbo: *vendere*.

26. Vide additamentum.

Notæ ad pag. 72—78.

1. Hinc patres conc. Par. VI, (a. 829), lib. III, c. 11: "Quum sacri canones *bis* in anno concilia celebrari jubeant, illud obnixe a vestra pietate deposcimus, ut *saltem vel semel in anno* libertas opportuni temporis concedatur, qvod hæc ad honorem Dei et utilitatem sanctæ Dei ecclesiæ multorumqve correctionem congruenter decenterqve fieri possint."

2. Epistol. ad Magnum, archiep. Senon.: "Nos qvoqve præfatos Missos nostros ad tuam sanctitatem direximus, ut *tuum ceterorumqve ecclesiasticorum*, in tua dioecesi consistentium, diligenter atqve subtiliter in hoc negotio intuerentur studium &c" (ap. Baluz. l. c. p. 555—56).

3. *Missalis*, s. missale: 1) missa, officium missæ; 2. liber ecclesiasticus, in qvo continentur missarum officium. In eodem exscribi solitum erat reditus et possessiones ecclesiæ, nomina qvoqve benefactorum.

4. *Lectionarius* s. lectionarium: liber continens lectiones ecclesiasticas.

5. Cfr. Capitular. I a. 819, cap. 21: si qvis puerum invitis parentibus totonderit, aut puellam velaverit, legem*) suam in triplo componat aut ipsi puero vel puellæ, si jam suæ potestatis sunt, aut illi in cujus potestate fuerint (ɔ: sunt). Illi (ɔ: tonsi aut velatæ) vero potestatem habeant capitis sui, ut in tali habitu permaneant, qvalis eis complacuerit.

*) *Lex*: 1) jus scriptum, 2) judicis sententia, 3) mulcta judi-

claria h. l. Jgitur "*legem suam componere*" est: secundum qvod ea lege, qva vivunt, statuitur componere.

6. Præcept. de paganis etc., ap. Baluz. l. c. pag. 681 seqq.: "Si *specialibus cujusqve* fidelium nostrorum *necessitatibus* perspectis subveniendum esse imperialis auctoritas monstrat, qvanto magis ad debitam generalitatis providentiam æqvum dignumqve pertinet, ut ecclesiæ catholicæ atqve apostolicæ . . . . piam ac sollicitam *in cunctis* oportet gerere curam."

7) Conc. Paris. lib. III, c. 23: "similiter deposcimus, ut in abbatissis *constituendis* specialiter caveatis (ↄ: Ludov. P.) periculum." Cfr. conc. Aqvisgr. II, cap. III, c. 10: "similiter poscimus, ut in abbatissis constituendis et rectoribus monasteriorum specialiter caveatis periculum etc."

8) De qvibus vide Du Change l. c. tom. I, pag. 20 seqq.

9) Cfr. conc. Par. (a. 829) lib. III, c. 13.

10 Planck l. c. p. 846: „Wie man aber auf diese Procedur kam? dieß erklährt sich vielleicht am wahrscheinlichsten aus der Voraussetzung, daß sie zuerst meistens nur bey sogenannten monasteriis regalibus oder bey solchen Klöstern in Anwendung gebracht wurde, über welche den Königen ein specielles Patronat- oder ein besonderes Schutz-Recht zustand.

11. Thegan. l. c.: "et voluerunt dominum Jmperatorem de regno expellere, qvod prohibuit dilectus æqvivocus filius ejus"; cfr. acta exauctorationis Ludov. P. Jmp., ap. Du Chesne tom. II, pag. 332.

12. Acta exauctorat. l. c. ita incipiunt. "Omnibus in christiana religione constitutis scire convenit, *qvale sit ministerium episcoporum*, qvalisqve vigilantia atqve sollicitudo eis *circa salutem cunctorum* adhibenda sit, qvos constat esse *vicarios Christi et clavigeros regni coelorum:* qvibus a Christo tanta collata est potestas, ut qvodcunqve ligaverint super terram, sit ligatum in coelo etc. . . ., et in qvanto sint ipsi periculo constituti, si . . . errantes ad viam veritatis arguendo obsecrando reducere pro viribus non studuerint . . . . apud Compendium palatium generaliter convenimus, et memoratum Principem (ↄ: Lud. P.) humiliter audivimus, et hoc qvidem illi . , . . manifestare *juxta injunctum nobis ministerium* curavimus, qvalis sit vigor et potestas sive ministerium sacerdotale, et qvali meretur damnari sententia, qvi monitis sacerdotalibus obedire noluerit etc."

13. *Præproperus* conjicio esse: intempestivus.

14. Cfr. conc. Aqvisgr. II, cap. 2, c. 7.; conc. Paris. VI, lib. I, c. 13 sub fin.

15. Hoc loco observasse juvabit, eos potissimum in Ludovicum P. novas res molitos fuisse, in qvos plurima ille beneficia contulerat. Tradit hoc Theganus l. c. L: "tales tam molesti ei (ↄ: Ludovico) fuerunt, qvi eis immeritis *omnem* benignitatem exhibuit etc." Fatentur idem patres conc. Par. VI his verbis: "Certe cum *dignitatis palatinæ* hujusmodi homines honoribus suffulti . . regi, cui familiariter inhærent et adjutores secundum Deum esse debuerunt, debitam fidem non servant, et honorem palatinum . . . commaculant etc."

16. Cfr. conc. Par. VI, lib. I, c. 38, coll. cap. 19: "increpsit sane in nonnullis ecclesiarum præsulibus miserabilis temporis nostri inepta, immo corrigenda consvetudo, *qvæ jam* ita *pro lege tenetur*, ut sanctitatis et religionis nomen sibi adscribere non vereatur: scilicet diversarum rerum innumeris *superfluitatibus* et vanitatibus, qvas dinumerare longum est etc."

17. Hinc. conc. Par. VI, lib I, c. 35 interdicit, ne episcopi, qvod fieri solebat, "post perceptionem cibi et potus per impositionem manuum traderent spiritum sanctum;" cfr. cap. 21, et conc. Aqvisgr. II, cap. I, c. 6.

18. Conc. Par. VI, lib. I, c. 20.

19. *Vespertinales* sc. horæ.

20. *Messellæ* sunt arva, pvæ parantur ad messem.

21. *Vineola* diminut. a vinea,

22. *Pratella* diminut. verbi pratum.

23. Cfr. conc. Par. VI, lib. I, c. 31.

24. Ibid., c. 14.

25. Conc. Par. VI, lib. I, c. 28: "non solum rumore sed etiam *evidentibus factis* comperimus, qvorundam episcoporum ministros (sc. archidiaconos) non solum in presbyteris sed etiam in plebibus parochiæ suæ *avaritiam* potius *exercere*, qvam utilitati ecclesiasticæ dignitatis inservire populiqve saluti consulere."

26. Conc. Aqvisgr. II, cap. I, c. 11: "Didicimus sane, nonnullos *episcopos* in gubernandis congregationibus sibi subjectis, canonicis videlicet et monachis et sanctimonialibus, hactenus *valde negligentes exstitisse*, et ob id multos in sui detractionem et contemptum provocasse; ita ut nonnulli alii prælati, in eorum parochiis constituti, eorum prava exempla secuti, suas similiter congregationes negligerent."

27. *Xenium:* 1. qvicqvid alicui in subsidium conceditur; 2. præstatio muneris vice; v. c. Capitular. lib I, c. 146: "ut nullus presbyter ad introitum ecclesiæ xenia donet," i. e. "pro facultate intitulationis ad ecclesiam" (Du Chang.) nullam pecuniam persolvet.

28. Conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 16: "in multis locis pericula presbyterorum imminentia perspeximus. Videlicet in officiis divinis, qvamqvam Missarum celebrationes per omnes ecclesias sibi commissas agere possent, cetera officia, qvæ ad divinum cultum pertinent, propter impossibilitatem et multitudinem ecclesiarum quodammodo neglectu elapsa."

29. "Qvod si episcopo suo obedire superbiendo renuerint, synodali judicio aut corrigantur, aut certe, principali auctoritate interveniente, honore prælationis priventur." Jtaqve principis esse volebant, ut hic sua auctoritati spretæ disciplinæ episcoporum succurreret.

30. Conc. Aqvisgr. II, cap. II, c. 4: "statuimus, ut unusqvisqve episcoporum super archidiaconos suos deinceps vigilantiorem curam adhibeat, qvoniam propter eorum avaritiam et morum pravitatem multi scandalizantur, ministerium sacerdotale vituperatur, et in ecclesiis a sacerdotibus muta propter eos negliguntur."

31. Qvam hoc moribus ipsarum virginam facile obesse posset, his verbis subjungitur: "ne et illæ (ↄ: virgines sacræ) occasione videlicet minorationis victus atqve vestimentorum, in laqveum incidant diaboli."

32. Conc. Par. VI, lib. I, c. 46: "comperimus etiam, qvosdam canonicos et monachos, postbabito religionis suæ pudore, *monasteria sanctimonialium*, tam monocharum qvam canonicarum, inconsulto episcopo suo, *impudenter atqve irreverenter adire.* Qvi *obtendere* solent, se non ob aliud illuc accedere, nisi aut propinqvitatis aut familiaritatis aut certe nescio cujus collocutionis gratia etc."

33. Ludovici Jmp. diploma de ordine monast. in monast. Dionysii . . . restituto (ap. Harduin. IV, pag. 1363—70:" . . . . unde *ad monasticæ institutionis normam corrigendam*, duos religiosos et venerabilis vitæ viros *Benedictum* et Arnulphum abbates *constituimus*, qvi *per nostrum* a Deo gubernandum et conservandum *imperium* seduli huic negotio studiose insisterent."

34. Conc. Par. lib. I, c. 51:" . . . . qvanqvam ergo consvetudines perversæ *non facile corrigantur*, hæc tamen consuetudo inæqvalium modiorum . . . . necesse est ut *principali metu* ocyus corrigatur." Desperarunt igitur, fore ut ipsi canonica sua auctoritate istam consvetudinem abrogarent.

35. "[singuli servorum Dei] tricesima item die obitus sui (ↄ: illius sc. episcopi) tam bene reficiantur, sicut in cujuslibet apostolorum natali die refici soleant."

36. Ex hoc Malmesburius (de pontif. lib. II, pag. 137) effecit Aethelwulfum balatronem et ad nihil suscipiendum idoneum

fuisse; qvod qvam iniqve judicatum sit, vide Lingard, l. c. pag. 182, not. 1.

37. Vid. præfat. conciliorum.

38. Ibid; semper tamen "rex *cum archiepiscopo* præsidebat" (vid. Wilk. l. c. pag. 172, 173 et al.)

39. Vid. subscript. conc. Clovesh. a 824, ap. Wilk. l. c. pag. 175: "Ego Beornwulf, *rex* Merciorum hanc cartulam synodalis decreti, signo sanctæ crucis Christi *confirmavi*;" seqvitur deinde subscriptio archiepiscopi: "ego Wulfred archiepiscopus hanc synodalem sententiam cum signo gloriosæ crucis *corroboravi*; reliqvi, qvi aderant, episcopi et abbates tantum subscripserunt: "*consensi*."

40) Tota hæc historia obscurissima est. Qvod nos finximus consilium regis fuisse, internis rationibus commendatur. Accedit qvod pontifex Romanus Wulfredum ob accusationem regis damnavisse videtur. Hoc saltem indicare mihi visa sunt hæc verba conc. synodal. Clovesh. (a. 822): "monstratum est, qvia (ɔ: qvod) Wulfredus *per delationem* et inimicitiam et violentiam avaritiamqve Ceonulfi regis *multas injurias perpessus est*, *tam* per ea, qvæ hic inter nos, scilicet in Anglia, illi sunt illata, *qvam per illa*, qvæ per jussionem prænominati Ceonulfi regis *ad apostolicam sedem perlata sunt*." Confirmatur etiam hæc nostra sententia, qvod, qvum optimates regem et archiepiscopum inter se reconciliare vellent, huic persvadebant, „ut regiæ voluntati eo tenore pareret, qvatenus (ɔ: ut) idem rex *discordiam*, *qvam per nuncios inter apostolicum et archiepiscopum composuerat* (ɔ: suscitaverat) dissiparet (ibid).

Notæ ad pag. 79.

1. Ludovicus Pius † 840.

1) Lotharius † 855. 2) Ludovicus † 876. 3) Carolus † 877.

1) Ludovicus II † 875. 2) Lotharius † 868. 3) Carolus † 863.

2. Vid. Nithard. de dissensionibus filiorum Ludovici Pii, ap. Du Chesne l. c. tom II, pag. 359—80.

3. v. c. Nithard. l. c. pag. 369: „Præmittentes Lodhuvvicus ac Karolus Lodhario mandaverunt, ut . . . concederet illis regna a patre suo consensu concessa, haberet sua sibi . . . . . Et in munere offerebant illi qvicqvid in universo exercitu absqve armis et eqvis habere videbantur. At si id nollet, cedebant illi uterqve portionem regni, alter usqve Carbonarias, alter vero usqve Renum. Qvod et si renueret, universam Franciam æqva lance dividerent, et qvicqvid horum vellet, sua (ɔ: ejus) ditionis esset."

4. Ibid. pag. 378.

5. Vid. annal. Bertin., ap. Du Chesne l. c. tom. III, pag. 200; annal. Metens. ibid. pag. 302.

6. Annal. Metens. et Bertinian. ad. h. a.

7. Annal. Bertinian. ad. a. 856: "Ludovicus, rex Italiæ, filius Lotharii, super portione Regni paterni in Francia apud patruos suos Ludovvicum et Karolum conqviritur (lege: conqveritur)."

8. Vid. pag. 84, not. 11.

9. Vid, pag. 94, not. 17.

Notæ ad pag. 80—81.

1. Cujus capitula XVI eodem anno in conc. Tull. II relecta et confirmata sunt.

2. Cfr. *conc. Moguntin. a. 847, c. 2:*" . . . . . et qvilibet episcopus [habeat] *homilias*, continentes necessarias admonitiones, qvibus subjecti erudiantur: id est, de fide catholica, prout capere possint: de perpetua retributione bonorum, et æterna damnatione malorum, de resurrectione qvoqve futura, et ultimo judicio, et qvibus operibus possit promereri beata vita, qvibusve excludi. Et ut easdem homilias qvisqve aperte *transferre* studeat in rusticam Romanam lingvam, aut Theotiscam, qvo facilius cuncti possint intelligere qvæ dicuntur;" *synod. Regia-Ticin. a. 850, c. 5:* ut episcopi canonicas scripturas et sancta dogmata jugi meditatione discutiant, et presbyteris ac clericis suis subtilius tractando et disserendo occultos sacrarum litterarum thesauros aperiant, populis vero juxta ipsorum capacitatem Dominicis et festis diebus verbum prædicationis impendere non negligant;" *conc. Valentin. III, a. 855, c. 16:* „ut unusqvisqve nostrum, sive (ɔ: aut) per se sive per aliqvem vel aliqvos ex ministris ecclesiæ fideliter doctos, ita verbum *prædicationis* tam in urbe qvam foris in plebibus exhibeat, ut omnino eis admonitio et exhortatio salutaris deesse non possit: qvia ubi verbum Dei fidelibus non ministratur, qvid aliud qvam vita animæ subtrahitur? Placet firmatum."

Neqve tamen omnes sacerdotes hoc nomine laudari possunt; vid. rescript. consultationis episcoporum ad Ludovic. II, Imp., ap. Baluz. l. c. tom. II, p. 382, c. 3: "doctrina vero et prædicatio in populum partim episcoporum et reliqvorum sacerdotum, partim vero populi *negligentia* non sicut necessarium est procuratur. Et *sacerdotum* qvidem injuria (legendum existimo: "*incuria*") nullatenus excusanda est."

3. Conc. Moguntin., in not. 2 laudatum, sub eo habitum est.

4 a) Hæc sola causa fuisse videtur, qva motus, Carolus C. studiis Ansgarii deerat. Qvæ enim dicit B. Münterus: „in den Augen eines Sohns, wie Karl den Kahle, war es sicher keine Empfehlung ein Günstling des Vaters gewesen zu seyn" (Kirchengesch. v. Dänem. u. Norwegen, Th. 1, S. 299), si de Lothario dicta essent, haberent, qvo vera esse argueerentur, sed nullo jure de Carolo C, qvi, Ludovico patri dilectissimus, patrem ipse summe coleret, prædicari possunt.

4 b) Münter, l. c. p. 280: „Als ein Zufluchtsort . . . . . ward ihm und seinen Nachfolgern das . . . . . Kloster Turholt in Flandern unweit Brügge (Mabill. Acta SS. Ord. Bened. II, p. 402) verliehen."

5. Münter. l. c.

6. Vid. Suhm Hist. af Danmark, 2. Deel, Side 141 fg.

7. Hodie Schleswig dicta.

8. Münter. l. c. S. 279: „Birca oder Sigtuna am Mäler See," et qvidem ob Lundbladii dissertationem; de Birca et Sigtuna una eademqve civitate; Lundæ 1802. Mihi vero magis arridet hypothesis T. Börresen, sacrorum in insula Ouröe ministri, qvæ nondum publici juris facta est, ex qva Birca sita erat in colle, hodie Rockilbebjerg dicta. Sed copiosiori hæc hypothesis eget explicatione, qvam ut h. l. exponi possit.

9. Hos tamen tres libros, cum tribus aliis:" de qvæstionibus canonum poenitentialium" Caveus Halitgario auctori tribuit.

Notæ ad pag. 82—83.

1. Id hæc verba indicare videntur: "panis ille vinumqve *figurate* Christi corpus et sangvis existit" . . . . . "qvoniam sub *velamento* corporei panis corporeiqve vini spirituale corpus Christi spiritualisqve sangvis existit" — "*significant* nempe ista rem, cujus sunt, non manifeste ostendunt."

2. "Qvapropter corpus et sangvis, qvod in ecclesia geritur, differt ab illo corpore et sangvine, qvod in Christi corpore per resurrectionem jam glorificatum cognoscitur. Et hoc corpus pignus est et species, illud vero ipsa veritas."

3. In libro de prædestinatione c. 31.

4. In libro: de corpore et sangvine Christi contra ineptias Joh. Scoti, in d'Achery Spicileg. tom. I, p. 150.

5. "Jam ergo nec vere natus Christus, nec vere genuit Maria." (Ratramn. lib. de eo, qvod Christus ex virgine natus est, ap. d'Achery l. c. p. 52 seqq.).

6. Radbert. opuscul. de partu virginis, ap. d'Achery. l. c. p. 44 sqq.

7. Ex Hincmari lib. de prædestinat. c. 25.

8. Godoschalcus ante id tempus Rabano invisus erat. Ille enim, vitæ monasticæ puer traditus, ut adolevit, postulavit, ut monasterium Fuldense relinqvere sibi liceret. Qvod ei Rabanus, tunc temporis ejus monasterii abbas, nullo pacto permisit. Sed synodus Moguntina a. 829 hanc ei licentiam dedit, vid. Centur. Magdeb. IX, c. 9.

9. Vid. Rabani epist. synodal. ad. Hincmar., ap Mansi tom. XIV., p. 914 et Harduin l. c. Tom. V, p. 15—16.

10. Id ipse Hincmarus his verbis fatetur: "dicunt Godoschalcus et ejus affines:" prædestinavit Deus reprobos ad interitum, non ad peccatum" (de pradestin. c. 15).

11. annal. Francor. incerti auctoris, vulgo Fuldens. dict., ad. a. 848; vid. Hard. l. c. Tom. V, p. 15.

12. Vid. Flodoard hist. eccl. Rhemens. lib. III, c. 78.

13. Hincm. de prædest. c. 2.

14. Jac. Usserii: Gotteschalci et prædestinatianæ controversiæ ab eo motæ. histor., Dublini 1931, 4, in appendice p. 211 seqq.

15. Epist. ad Hincmar. Rem. et Pardulum Laudunensem.

16. In libro de tribus qvæstionibus, vid. p. 81.

17. Ann. Bertinian. brevem summam horum capitulorum afferunt; copiosissima leguntur ap. Mans. Concilior. tom. XIV, p. 920 seqq.

18. Vid. conc. Tullens. a. 859 I, cap. 3: "reges nihilominus ac principes nostri, Karolus et Lotharius, atqve item Karolus ad Dei voluntatem . . . , . *uniti* et in eadem salutari unitate firmati sunt.".

Notæ ad pag. 84—85.

1. Baluz. l. c. tom. II, pag. 7 seqq.

2. Annal. Bertinian, ap. Du Chesne l. c. tom. II, p. 203.

3. Ibid. p. 204: "Ludovicus et Carolus, germana caritate convenientes, tanto *fraterni amoris* vinculo devincti patuerunt (ɔ: conspiciebantur), ut alter alteri baculos publice tribuendo, regum (ɔ: suos) uxores et liberos superstiti commendaret."

4. Ibid;

5. Ob hanc causam Lotharius Rericum, "qvem comprimere neqviret, in fidem recepit, eiqve Dorestadum et alios comitatus largitus est" (ibid.),

6. "Rancor:" simultas, odium, ira.

7. "Improperium:" dedecus, convicium, injuria.

8. Cfr. Baluz. l. c. tom. II, p. 73—74.

9. Hoc mihi indicare videntur ann. Bertinian. ad h. a: "Lotharius infirmatur, qva de re occasio data est Ludovico et Carolo fratribus ad concordiam redeundi" (l. c. p. 208).

10. Annal. Bert. l. c. pag. 209: „Ludovicus, imperator Jtaliæ, et Lotharius, frater ejus, rex Franciæ (ɔ: Lotharingiæ), cum Carolo puero, germano suo, apud Urbam conveniunt. Ubi adeo pro regni paterni portionibus dissident, ut pene armis inter se decernant. Carolo tamen fratri suo Provinciam et ducatum Lugdunensem juxta paternam dispositionem distribuunt."

11. Cfr. Baluz. l. c. pag. 98.

12. Sed a. 859 Carolus C. cum binis nepotibus suis foedus pepigit, vid. not. 18 ad. pag. 83.

13. Annal. Bert.: "Nomenogius Britto consveta sibi insolentia bacchatus est;" cfr. chronic. Fontanellens. ap. Du Chesne l. c. tom. III, pag. 388.

14. Annal. Bert. ad a. 851: "Respogius, filius Nomenogii, ad Carolum veniens, in urbe Andegavorum datis manibus suscipitur, et tam regalibus indumentis, qvam paternæ potestatis ditione donatur: additis insuper ei Redonibus, Namnetis et Ratense."

15. Herispogius war zwar im 857 Jahre von Salomonis Partie um das Leben gebracht worden, nachdem diesen König Carl schon 852 Jahre mit einem Theile von Bretagne in der Absicht beschenket hatte, daß er den erstern zu Ruhe nöthigen solle (v. charta Salom. pro monasterio Pru-

miens. ap. Mart. tom I Scr. Vet. pag, 147). Doch da Salomon das Herzogthum selbst erlangete, war er so wenig als jener die Französische Oberherrschafft über sich zu erkennen willens, inmassen er gleichfalls den Königlichen Titul angenommen. (Bünau Teutsche Kayser- und Reichs-Historie, Th. 3, S. 313—14).

16. Ludovicus Pius † 840.

Pipinus, rex Aqvitaniæ † 838.

1) Pipinus † 864. 2) Carolus † 863.

17. Jpse qvidem Carolus a. 848 "Pipino, receptis ab eo sacramentis fidelitatis, ... totius Aqvitaniæ dominatum permisit" (annal. Bertin. l. c. pag. 201—2); sed Pipinus fidem datam violavit.

18. Vid. annal. Pith. s. Fuldens. ad. h. a.

19. Carolus Calvus † 877.

1) Ludovicus II Balbus † 879. 2) Carolus † 866. 3) Carolomanus † 886.
4) Juditha, regina Ethelwulfi, regis Angl.

20. Qvæ rebellio qvanta fuerit, præcipue probat Capitularior. Caroli C. titul XIX, ad Francos et Aqvitanos miss. de Carisiaco a. 856, capitul. XIII: "Et mandat vobis senior vester, qvia si aliqvis de vobis talis est, cui suus (ɔ: Caroli) senioratus (ɔ: dominium, dominatio) non placet, et illi simulat, ut ad alium seniorem melius qvam ad illum acaptare (ɔ: ut caput s. dominum agnoscere) possit, veniat (ɔ: transeat) ad illum, et ipse (sc. Carolus) tranqvillo et pacifico animo donat illi commeatum; tantum ut ipsi et in suo regno vel suis fidelibus aliqvod damnum aut aliqvam ma nitionem (ɔ: detrimentum, damnum, molestiam) non faciat" (vid. Baluz. l. c. pag. 83—84).

21. Cfr. fragment. chronici Fontanellens. l. c. pag. 390: "Namnetum urbem depopulati sunt Nortmanni et Guntbardum episcopum interfecerunt."

22. Ibid.

23. "Quum domum redirent, naufragium fecerunt, qvo factum est, ut qvædam thesaurorum . . . . inventa ad b. Petri apostoli memoriam reveherentur" (annal. Bertin. l. c. pag. 203).

Notæ ad pag. 86.

1. Convent. ap. Marsn. II a. 851, adnunciat. Ludovici:". . . usqve modo, postqvam Deus istud regnum in manus nostras post patrem nostrum misit, *per omnia, sicut necessitas fuerat, non fuimus*;" adnunciat. Carali: "sciatis, qvia nunc gratias Deo adunati sumus et nos ad invicem et cum fidelibus nostris, et . . . qvanto melius et citius rationabiliter possumus, procuremus, qvaliter, qvæ neglecta sunt, emendata fiant, ut et Deus sit nobis propitius, et ecclesiasticus ordo debitum honorem habeat;" cfr. ipsius convent. cap. VI: "ut nostri fideles, unusqvisqve in suo ordine et statu, veraciter *sint de nobis securi*, qvia nullum abhinc in ante contra legem et justitiam vel auctoritatem ac justam rationem aut damnabimus aut dehonorabimus, aut opprimemus, vel indebitis machinationibus affligemus. Et illorum, scilicet veraciter nobis fidelium, communi consilio, secundum Dei voluntatem et commune salvamentum, ad restitutionem sanctæ Dei ecclesiæ et statum regni et ad honorem regium atqve pacem populi commissi nobis pertinenti, adsensum præbebimus;" cfr. conv. ap. Marsn. I (a. 847), cap. IV "ut ecclesiæ Christi per omne eorum (ɔ: trium fratrum) regnum pristinam dignitatem honoremqve retineant, et qvicqvid superstite Domno Ludovico Jmp. jure legitimo possederunt, absqve ulla deminutione recipiant."

2. Vid. convent. in villa Colonia, cap. III: . . . "omnes . . . teneant, neminem cujuslibet ordinis aut dignitatis deinceps *nostro inconvenienti libitu*, aut alterius calliditate vel injusta cupiditate, promerito honore debere privari;" cfr. cap. IV: "qvod ut facilius atqve obnixius nostra auctoritas valeat observare, . . . cuncti in postmodum sollicite præcavebunt, ne aliqvis pro qvacunqve privata commoditate aut rejiciendo cupiditate, sive alicujus consangvinitatis vel familiaritatis seu amicitiæ conjunctione, nobis immoderatius suggerat vel postulationibus aut qvolibet modo *iliciat*, ut contra justitiæ rationem et nostri nominis dignitatem ac regiminis æqvitatem agamus;" cfr. epistol. episc. ad Ludovicum reg. (s. capitular. Caroli. C. tit. XXVII), in qva ipsi episcopi hec Carolum absentem testimonio ornant: "nam idem frater vester et sacerdotali redargutione et etiam ab apostolica sede commonitus, ex aliqva parte *qvæ perpere egit, correxerat*," qvæ autem epistola pertinet ad ultimum hujus ævi annum; cfr. fragm. historiæ Franciæ ex Adonis chronico, hist. Aimonis et qvibusd. aliis consarcinat. (ap Du Chesne. Tom. II, pag. 403): "hujus pii regis (ɔ: Caroli C.) studium pæne in disponendis causis ecclesiasticis hactenus viguit"; cfr. conc. Meldens. c. 70.

3. Cfr. ejusd. concil. c. 12: "et *licet pauci*, sunt tamen aliqvi nostrum Deum timentes."

4. Præfat. ad conv. in villa Colon.: "singuli autem alter alterius membra, qvod prosit *omnibus*, unamiter una voce loqvamur,"

5. Cfr. conc. ap. Meld. c. 78.

6. Conv. in villa Colon. cap. 1; cfr. conc. ad Theod. vill. c. 6: "petimus tandem, ut ordo ecclesiasticus, in qvibuscunqve ei fuerit necesse rigorem salutis humanæ exserere, per *potestatem* vestram (ɔ: *regiam*) et per ministerium ministrorum dominationis vestræ, secundum antiqvam consvetudinem suum vigorem recipiat." Hinc Ludovicus, rex Germaniæ in præfat. concil. Mugantini I dicitur "veræ religionis *rector* ac *defensor* sanctæ Dei ecclesiæ;" et paulo infra episcopi enm ita compellant: "Zelo enim Dei oportet vos *defendere* ecclesias Christi;" cfr. c. 6:" [rex] divinarum rerum (ɔ: possessionum Deo consecratarum) *defensor et custos divinitus statutus*, diligenti cura non solum eas servare, sed etiam multiplicare debet."

7. Conc. ad Theod. villam a. 843, cap. 1; cfr. conc. Vern. cap. 1.

8. Synod. Bellovacens. a. 844, cap. VI.

9. Vid. præfat. omnium fere synodorum.

10. Conc. Vernens. a. 844, præfat: "dignati estis (ɔ: Carolus C.) jubere, ut de statu ecclesiæ.... tractaremus;" cfr. conc. Suess. II a. 853), c. 1: "quum itaqve præsules diversarum ecclesiarum, pio *rege* multa humiliter et prudenter *proponente, tractassent* potius qvam *definivissent* &c."

11. v. c. conc. Suess. II, præfat.: "ubi, posthabitis secularibus curis, *ipse* qvoqve *rex adesse dignatus est;* ut non solum devotione ecclesiæ se filium esse ostenderet, verum etiam, si opus esset, protectorem regia potestate monstraret."

12. v. c. conc. in villa Colon.: "qvæ etiam [capitula] subscriptione ejusdem Principis (ɔ: Caroli). . . . confirmata fuerunt;" cfr. synod. ad Theod. vill.: "qvæ et ipsi principes ante se fide-

lesqve eorum relecta capitula adprobaverunt;" cfr. conc. Mogunt. c. ultim: "hæc vero . . . petimus, ut *vestra auctoritate firmentur:* et, si qvis adversarius illis existere voluerit, prævalere non permittatur. Dei enim cooperatores vos esse debetis et *adjutores sanctæ ecclesiæ.*"

13. In villa Sparnaco Carolus ex 80 capitulis synodi Meldensis tantum novendecim excerpta confirmavit (vid. Hard. l. c. tom IV, pag. 1505—6).

14. Conc. Vernens. c. 10: "qvia superiori anno archiepiscopus Wenilo . . . Agium presbyterum palatii vestri Aurelianensis ecclesiæ ordinavit, suis annitentibus suffraganeis, ...; hujus rei alium exitum non videmus, nisi ut vestra (ɔ: Caroli) pietas, qvod a tantis viris factum est, *ratum esse permittat.*"

15. Ibid. c. 9: ". . . . Obsecramus, ut tam foede lacerata ecclesia (sc. Rhemensis) redintegretur, atqve juxta venerabilium canonum constitutionem dignus ei celeriter qværatur episcopus."

16. Ibid. c. 6, coll. c. 4; cfr. conc. Meld. c. 79: "qvi [suprascripta capitula] contumaci atqve rebelli animo contraire præsumpserit, ... si in sæculari habitu qvalibet potestate vel dignitate fuerit sublimata persona, honore, qvo in republica fruitur, sine retractatione a regia majestate privetur, et insuper exilii vel afflictionis cujuslibet, prout ordo ecclesiasticus et regalis severitas decreverit, ultione plectatur;" cfr. c. 71; conc. Suess. II, capit. 10: "ut Missi nostri omnibus reipublicæ ministris denuntient, ut Comites vel reipublicæ ministri simul cum Episcopo uniuscujusqve parochiæ sint in ministeriis illorum, qvando idem episcopus suam parochiam circumierit, quum episcopus eis notum fecerit; et qvos per excommunicationem episcopus adducere non potuerit, ipsi *regia auctoritate et potestate ad poenitentiam* vel rationem atqve satisfactionem *adducant;*" conc. Moguntin. I, c. 28: . . . . "Qvod si [incestuosi, qvi excommunicati sunt], sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, oportet eos *per sæcularis potentiæ disciplinam* a tam prava consvetudine coerceri."

17. Capitul. synod. Suession. 1—8; conc. Vern. c. 3; cfr. capitular. Caroli C., titul. XIII, adnunciat. Lotharii.

18. Synod. Belvacens. cap. 7: "ut præcepta (ɔ: chartas privilegiorum), qvæ avus et pater vester ecclesiis, nobis commissis, fecerunt et firmaverunt et stabilita conservaverunt, qvæ etiam vos confirmastis; de cetero *rata conservetis;*" cfr. cap. 4: "ut præcepta inlicita de rebus ecclesiæ . . ., a vobis facta rescindantur, et ut de cetero ne fiant caveatis."

19. Conc. Meld. c. 31: "ut metropolitanis sedibus antiqvitus statuta jura serventur."

20. Ibid.

21. Ibid. c. 32.

22. Ibid. c. 33.

23. Conc. Belvacens. c. 1: "ut jus ecclesiasticum et lex canonica nobis conservetur;" et innumer. al. capit., v. c. conc. Meldens. c. 28: "ut regia magnificentia *liberiorem libertatem* episcopis ad suum peragendum in eorum (ɔ: suis) parochiis ministerium, qvam hactenus propter diversas perturbationes habuissent, . . . tribuat; . . . qvatenus studentes prædicationi et correctioni atqve confirmationi, qvod hactenus per parochias fuit neglectum, solerter et devotissime de cetero sit correctum et emendatum;" cfr. conc. Moguntin. (a. 847), c. 13; synod. Regia-Ticin. (a. 850) c. 6.

24. Conc. Meld. c. 56.

25. Ibid. c. 64—67.

26. Ibid. c. 68; cfr. capitul. ap. Valentin., adnunciat. Caroli VIII.

27. Ibid. c. 69.

28. Ibid. c. 60.

29. Synod. ad Theod. vill. c. 4.

30. Conc. Vernens. 8.

31. Conc. in villa Colon. c. 2.

32. Conc. ap. Lauriac. c. 2, coll. 3.

33. Capitular Tolosan. cap. 8.

34. Conc. ad Theod. vill., cap. 1.

35. Capitulare Tolosan. a. 844, cap. 1: "ut episcopi nullam inqvietudinem sive exprobrationem presbyteris aut aperte ingerendo, aut alia qvalibet occasione machinando, pro eo, qvod se ad nos (ɔ: Carol. C.) hac vice reclamare venerunt, inferant: qvia *longa oppressio* hujusmodi itineris eos fecit subire laborem."

36. Conc. apud Lauriac. a. 833, c. 1.

37. Conc. ad Theod. vill. a. 844, c. 4 . . . . . "res ecclesiasticas indebite pervadunt."

38. Conc. Vernens. a. 844, c. 12 " . . . . . *ecclesiæ facultates,* qvas reges et reliqvi christiani Deo voverunt, ... *nunc in usu sæcularium detinentur.* Hinc multi servi Dei penuriam cibi et potus ac vestimentorum patiuntur, pauperes consvetam eleemosynam non accipiunt, negliguntur hospites, fraudantur captivi et fama omnium merito laceratur; cfr. conc. Belvac. c. 3: "qvod res, ad ecclesiam . . . . . pertinentes, et *tempore principatus vestri ablatas,* restituatis;" cfr. conc. Meldens. c. 42: "monenda est sollertia regia, ut strenuos et fideles Missos per regnum sibi commissum dirigat, et investigent, ac diligenter imbrevient res ecclesiasticas, qvas per subreptionem atqve per ignorantiam qvorumcunqve *in allodium ipse aut pater suus donavit.*"

39. Capitul. 6. synod. Suess.

40. Conc. Meldens. c. 40.

41. Ibid. c. 41.

42. Ibid.

43. Conc. ad. Theod. vill. c. 5.

44. Ibid.; cfr. conc. Meld. c. 75. "*Dignum erat,* ut capellas villarum vestrarum (ɔ: regis) laicis non committeretis . . . . . *Sed qvia aliter causis intervenientibus res se habere dignoscitur,* monemus et hortamur, ut secundum canonicam auctoritatem, ne, qvod absit, periculum interdicti anathematis *ex decimis præsumptis* incurratis;" qvo ex canone episcopi non tam id ægre ferebant, qvod laici homines sacerdotali dignitate ornabantur, qvam id potius agebant, *ut ne ipsi solitis reditibus privarentur.* Cfr. conc. Valentin. III, c. 10: "sed et de fiscis et villis, qvas constat dominio ecclesiæ a fidelibus olim fuisse contraditas, et nunc potestati sæcularium subditas voluntate eorum ordinari, placuit, ut sicut edictis principum justum est, nonæ et decimæ ipsis ecclesiis, unde subtractæ sunt, fideliter persolvantur." Ex hoc igitur canone apparet, episcopos æqvissimis animis tulisse, qvod villæ ædium suarum a laicis viris possiderentur, modo soliti reditus ipsis persolverentur.

45. Vid. rescript. consultationis episcoporum ad D. Ludovicum [II] Imperatorem, qvi iis mandaverat, ut diligentius in mores ordinum ecclesiasticorum inqvirerent (ap. Baluz. l. c. tom. II, p. 351): "qvorundam vero negligentiam vel erga clericorum suorum custodiam vel erga plebium solicitudinem reperimus; qvibus ut *aliqvantulum emendandi spatium tribuatis,* humiliter petimus." — Operæ qvoqve pretium est videre, qvam noverint se imperatorio mandato explendo callide subducere: "et qvidam, inqviunt, coepiscoporum nostrorum, qvi bonæ conversationis sibi conscii sunt, palam fateri recusabant, ne sui ipsorum laudatores viderentur. Qvi vero negligentiam suam recognoscunt, more humani ingenii se ipsos accusare verebantur."

46. Conc. Belvacens. c. 8: "ut si vos (ɔ: Carol. C.) contra hæc capitula, aut *nos* (ɔ: episcopi), qvod absit, non malitia neqve perverso studio, sed aut per humanam fragilitatem aut per ignorantiam vel per subreptionem, non damnabiliter contra vos egerimus, *mutuo hoc consilio corrigamus,* et firmata deinceps convenientia (ɔ: conventio, pactum) maneat.

Notæ ad pag. 87.

1. Hinc multitudo synodorum et conventuum, qvibus *archiepiscopi* præsidebant (vid. acta. conciliorum). Hinc magna auctoritas, qvam in his ipsis archiepiscopi exercebant; cujus insignia qvædam exempla in historia Godoschalci jam attulimus (vid. p. 82—83); Cfr. qvæ de Herimanno episcopo constituta sunt in conc. Suession. III. act. II, ap. Baluz. l. c. p. 88. Huc etiam pertinet, qvod Carolus conc. Suess. III judicio commisit culpam diaconi cujusdam, qvi "præcepta falsa regio nomine compilaverat" (act. VI). Ex tribus filiis Lotharii Ludovicus II, Imp., maxime sollicitus erat de ecclesiastica disciplina restituenda; vid. capitulare interrogationis ad episcop., supra (not. 48 ad p. 86) laudatum, coll. capitulis VII, edit. post respons. episcoporum.

2. Vid. conc. Vern. c. 3; conc. Meldens. c. 20, et c. 42; cfr. not. 17 ad p. 86.

3. Synod. Regia-Ticin. c. 12: "hoc autem omnibus christianis intimandum est, qvia hi, qvi, sacri altaris communione privati et pro suis sceleribus revendis (lege; reverendis) aditibus exclusi, publicæ poenitentiæ subjugati sunt, *nullo militiæ secularis uti concilio, nullam reipublicæ debent administrare dignitatem:* qvia nec popularibus gentibus eos miscere oportet, nec vacare salutationibus, nec qvorumlibet causas judicare, quum sint ipsi divini addicti judicio ..... Qvi vero per administrationem episcopi seu sacerdotum, perpetrato palam scelere, remedium suscipere noluerint, magis abjiciendi sunt: *anathematinandi* scilicet, tanqvam putrida ac desperata membra ab universalis ecclesiæ corpore dissecandi: cujusmodi jam inter christianos *nulla legum, nulla morum, nulla collegii participatio* est: qvibus neqve in ipso exitu communicatur, et qvorum neqve post mortem saltem inter defunctos fideles commemoratio fiat." Habes igitur hoc loco descriptionem "*interdicti*" qvod excommunicatione gravius erat.

Cfr. conc. Mogunt. I, c. 7: "et ut laici in eorum (ɔ: suo) ministerio *obediant episcopis ad regendas ecclesias*; ..... consentientesqve sint comites et judices præsulibus suis ad justitias faciendas juxta præcepta divinæ legis;" cfr. c. 4; conc. Vern. c. 4 et 6; conc. Meldens. c. 7 et 79; conc. Regia-Ticin. c. 22; capitular. Ludov. II, tit. III, cap. 13, 19.

4. Capitular. *Caroli C*, tit. XXI (a. 856), tit. XXIII. (a. 857), cap. 1, 2, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10; capitular. *Ludovici II*, tit. III, c. 17, coll. capitul. post respons. episcop. cap. I; concil. Moguntin., a *Ludovico*, rege Germaniæ, confirmat. c. 1.

5. Vid. not. 2 ad pag. 86; cfr. capitular. Caroli C. tit. XIII, adnuntiat. Caroli IX: "qvod si aliqvid *per necessitatem* in ecclesiis Dei aut contra aliqvem fidelium nostrorum fecimus, hoc qvam citius potuerimus, libentissime *emendabimus.*"

6. v. c. convent. ap. Marsn. I, cap 4; adnunt. Ludovici, c. 6; convent. ap. Marsn. II.

7. Convent. ap Argentoratum Caroli et Ludovici (a. 842), adnuntiat. Ludovici: "[Lotharius] insuper et populum nostrum incendiis, rapinis, cædibusqve devastat;" cfr. Nithard. de dissens. filior. Ludovici P. ap. Du Chesne hist. Francor. script. tom. II, p. 372: "Carolus C. episcopo, ad *Lotharium* misso, præcepit, ut cum obsecraretur *a persecutione* sanctæ Dei ecclesiæ cessare." Ipse qvidem *Carolus C.*, (— qvi antehac, "misericordia ecclesiarum Dei permotus, minis atqve blanditiis suorum animos, urbis Laudunensis excidium parantium, maximo labore compescuerat (vid. Nithard. l. c. p. 373) —) quum Aqvitani a. 854 Ludovicum, filium Ludovici Germanici, regem expetiissent, prohibere non potuit, qvin "*populus ejus* prædiis, incendiis hominumqve captivitatibus totum suum laborem impenderet, nec ab ipsis ecclesiis et altaribus suam cupiditatem et audaciam cohiberet" (annal. Bertinian. ad. h. a.) Deniqve *Ludovicus* rex Germaniæ, in bello, contra Carolum fratrem a. 857—59 gesto, tanta "per parochias, qvas pertransibat", crudelitate usus est, ut episcopi in epistola sua, ad eum data (ap. Baluz. l. c. tom. II, p. 101 sqq.), dicere possent; "talia crudelia et abominanda fieri audivimus, ... qvæ calamitatem et miseriam, qvam a paganis patimur, superant" (cap. 5); cfr. conc. Meld. c. 27.

8. Exprobrant eidem episcopi Ludovico de eo, qvod "per qvascunqve occasiones, qvorumcumqve hortatibus circumibat loca episcoporum, abbatum, abbatissarum vel comitum, et majores, qvam ratio postulabat, paratas exqvirere, et pauperes ecclesiasticos et fidelium suorum mansuarios*) in carricaturis**) et paraveridis contra debitum exigendis gravabat, et peccatum de facultatibus indebite consumptis in animam suam congerebat;" cfr. conventus Ticinens. a. 855, cap. 2: "nostræ (ɔ: *Ludovici II*) majestati reclamaverunt patres nostri, vel nostri (ɔ: laici) super eas superfluas factas inqvisitiones; ideo eis concedimus abhinc in futurum nullas alias super eos fieri inqvisitiones (ɔ: tributa): nisi unde Caroli proavi, et avi nostri tempore factæ fuerint;" ex qvibus igitur colligi potest, istas "inqvisitiones," sacro ordini molestissimas, haud regia auctoritate sed sine dubio Missorum qvorundam temeritate exigi solitas fuisse.

*) "Mansuarius:" "qvi mansum excolebat, et certum censum aut annuam pensionem domino prædii ac fundi præstabat" (Du Change ad h. c.)

**) "Carricaturæ:" carrorum (ɔ: vehiculorum) operæ.

9. Ep. episcop. ad. Ludovic., c. 8: "monasteria etiam religiosa atqve præcipua canonicorum et monachorum atqve sanctimonialium habitacula ..... frater vester, Dominus noster (ɔ: *Carolus C.*) partim juventute, partim fragilitate, partim aliorum callida suggestione, etiam et minarum necessitate, qvia dicebant petitores, nisi eis illa loca sacra donaret, ab eo deficerent, et ipse aliqvando per vos, sicut nunc paret (lege: patet), aliqvando per fratrum vestrum (ɔ: Lotharium) regnum destitutus ab eis (ɔ: petitoribus) perderet, *talibus, sicut scitis, personis commisit.*" — Idem *Ludovicum* commisisse, patet ex cap. 9 ejusd. epist.: "rectores etiam monasteriorum, *qvibus monasteria committitis* &c." De *Lothario et Ludovico II*, imperatoribus, agit synod. Regia-Ticin. c. 16: "suggerendum est beatissimis imperatoribus, qvia hi, qvi monasteria et sino- (lege: xeno-) dochia sub defensione sacri palatii posuerunt, ideo fecisse probantur, qvod a nullo melius, qvam a summis potestatibus protegenda crediderint; et si ea contra decreta institutorum *personis qvibus non licet dederint*, ipsi impugnatores efficiuntur, qvi propugnare debuerunt;" conf. conc. Meld. c. 41, et Nithard. l. c. p. 377: "hinc [Lotharius] rempublicam in propriis usibus tribuebat, hinc qvibusdam libertatem dabat, qvibusdam autem post victoriam se daturum promittebat."

10. Audradus Modicus lib. revelationum ad. a. 853: "rex Carolus arcessivit qvendam diaconum, nomine Burchardum, e partibus Lotharii regis, et *commendavit illi ecclesiam* Carnutensium, ut esset in ea pontifex, ... et dixit Veniloni, Senonum archiep., ut eum ordinaret episcopum." Qvi quum tergiversaretur, nolentibus episcopis, qvi ob hoc Senonas venerunt, Burchardum episcopum ordinare, "*imperium regis postea* et multorum episcoporum ac principum regni consensus *prævaluit*, et mense qvarto ordinatus est episcopus." Conc. Meldens. c. 43: "cavendum est ..... et episcopis et regibus et omnibus sublimioribus potestatibus atqve cunctis fautoribus et electoribus qvorumcumqve atqve consensoribus (?) seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo *per simoniacam hæresin* regiminis locum obtineat qvacunqve factione, calliditate, promissione, seu commoditate aut donatione per se aut per emissam personam."

11. Capitular. Caroli C. tit. XIV, cap. 2.

12. Ibid., et rescriptum consultat. episcop. ad Ludov. II. (ap. Baluz. l. c. p. 383, cap. 4).

13. Conc. Moguntin. I, c. 12; conc. Regia-Ticin. c. 18.

14. Conc. Regia-Ticin. c. 19; cfr. conc. Meldens. c. 49.

15. Conc. Regia-Ticin. c. 11.

16. Ibid. c. 6.

17. Rescrip. epp. laudat. p. 385, c. 12.

18. Ibid; cfr. conc. Meldens. c. 78. Interdum ne clericis qvidem suis decimas conferebant, qvod probant hæc verba ejusd. canonis: "si autem laici capellas habuerint, a ratione et auctoritate alienum habetur, ut *ipsi decimas accipiant*, et inde *canes* aut geni- (lege: *gynæ*-) *ciarias* suas pascant."

19. Conc. Meldens. c. 62; capitular. Caroli Calvi, tit. XIV, cap. 2.

20. Capitular. Caroli C. tit. XIV, cap. 2.

21. Ibid. tit. XXI, cap. 3; tit. XXIII, cap. 1.

22. Postqvam episcopi in conc. Meldensi octogiata capitula ad disciplinam ecclesiasticam restituendam confecissent, et hæc "collecta ad relegendum in Sparnaco" Carolo obtulissent, "*factione qvorundam* motus est animus ipsius Regis contra episcopos, *dissidentibus primoribus* regni sui ab eorundem episcoporum ammonitione, et, remotis ab eodem concilio episcopis, ex omnibus illis capitulis novendecim tantum observanda et complacenda collegerunt, et episcopis scripto tradiderunt, dicentes non amplius (ɔ: plura) de eorum capitulis [se] acceptasse qvam ista, et ista se velle cum Principe observare" (Baluz. l. c. tom. II p. 29—30). De hac mala voluntate procerum annales Bertiniani ad a. 846 hæc habent: "Carolus apud villam S. Remigii, Sparnacum nomine, contra morem (— haud dubie qvod episcopi removebantur —) conventum populi sui generalem mense Junio habuit. In qvo episcoporum regni sui pernecessaria admonitio de causis ecclesiasticis ita flocci pensa est, ut vix umqvam reverentia pontificialis, Christianorum duntaxat temporibus, sic posthabita legatur."

23. Vid. not. 5.

24. Harduin. l. c. tom. V, p. 37—38.

25. Ex synodica concilii Parisiens. a. 849, ap. Hard. l. c. p. 19—22: "templa partim destructa, partim incensa sunt, possessiones ecclesiarum . . . . . illicite in ejus usus redactæ, rapinæ crudelissimæ perpetratæ, adulteria et corruptiones virginum passim commissæ, episcopi legitimi sedibus propriis expulsi, et . . . . . mercenarii introducti, omnes postremo ecclesiastici ordines perturbati sunt." Cfr. narrat. de qvatuor episcopis a Nomenogio injuste damnatis, apud Du Chesne l. c. tom. II, p. 407; de qva infra disputabimus pag. 93, nr. 3.

26. Vid. conv. Senonens. a. 883.

27. Nithardi de dissensionib. Lud. P. lib. IV, (ap. Du Chesne l. c.) p. 376.

28. Ibid.

29. Huc pertinet reliqva Nithardi narratio: "Verum tamen haud qvaqvam illis (ɔ: Carolo et Ludovico) *hanc* licentiam dederunt, donec palam illos percontati sunt, utrum illud per vestigia fratris *ejecti*, an secundum Dei voluntatem regere voluisset (lege: voluissent). Respondentibus autem in qvantum nosse ac posse Deus illis concederet, secundum suam (ɔ: ejus, sc. dei) voluntatem se et suos gubernare et regere velle, ajunt (sc. episcopi): ""et *auctoritate divina* ut illud suscipiatis et secundum Dei voluntatem illud regatis, monemus hortamur atqve *præcipimus*.""

30. Nithard. l. c. lib. IV (ap du Chesne l. c. tom. II, pag. 379): "novissime autem qvæsitum est, qvoniam sacramento illud (ɔ: regnum), prout æqvius ac melius possent nossentqve, dividere deberent, si (ɔ: an) hoc sincere jurare possent, dum scirent, qvod nemo ignoranter id facere valeret. Et *hoc qvoqve ad conferendum episcopis commissum*. Qvi hinc inde in Basilicam sancti Castoris convenientes, a parte Lotharii ajebant, si in sacramento qvilibet deliqvisset, hoc expiari posse, ac per (ɔ: propter) hoc melius esset, ut hoc facerent, qvam diutius tot rapinæ, incendia, homicidia, adulteria ecclesia Dei pateretur. At contra hi, qvi a parte Lodhuwici nec non et Karoli erant, ajebant, dum neutrum necesse esset, cur in Deum peccare deberent: melius esse ut firmaretur pax inter illos, mitterentqve pariter per universum Imperium, et imbreviaretur, ac tum tandem jurare qvod certum est absqve periculo, æqvaliterqve dividere posse censebant . . . . Novissime autem, qvoniam neuter, qvod alter volebat, absqve seniorum suorum auctoritate assentire audebat, *statuunt, ut pax inter illos esset*, donec scire possent, qvid seniores sui horum recipere vellent. Et hoc fieri posse in Non. Novbr. visum est, usqveqvo *pacis termino constituto* discedunt cetqve."

31. Carolum Calvum, qvi, sex annos natus, a. 829 rex coronatus et unctus erat (vid. Mabill. act. ss. ord. Benedict. Sec. III, P. II p. 120 et Baluz. Capitular. tom, II, pag. 1492) et a. 837 iterum ab ipso patre rex Neustriæ coronatus (Vit. Ludovici P. pag. 416, et Nithard. l. c. lib. I, pag. 441—42), a. 848 Aqvitanorum pene omnes nobiliores *cum episcopis et abbatibus* in regem eligebant *sacroqve chrismate delibutum* et *benedictione episcopali* solemniter consecrabant" (ann. Bertin. ad. h. a.) — "Carolum puerum, filium Caroli [Calvi], Aqvitani regem generaliter constituunt, *unctoqve per pontificem* coronam regni imponunt, sceptrumqve attribuunt" (ann. Bert. ad. a. 854) — Nomenogius, dux Britanniæ "Dolo monasterio episcopos suos congregans, se in regem ungvere fecit" (Du Chesne l. c. tom. III, pag. 407).

Qvanti vero ista unctio episcoporum haberetur, apparet ex verbis Caroli Calvi (libell. proclamat. adv. Wenilonem, ap. Baluz. l. c. p. 133—36 cap. 3): "a qva consecratione vel regni sublimitate supplantari vel projici a nullo debueram, *saltem sine audientia et judicio episcoporum, qvorum ministerio in regem sum consecratus*, et qvi throni Dei sunt dicti."

32. v. c. quum Pipinus, qvi Aqvitaniam tenebat, regno suo privaretur.

33. Vid. catalog. Missorum ap. Baluz. l. c. tom. II, pag. 68—70.

34. Vid. conv. ap. Marsn. I & II, et fontes belli, inter Carolum C. et Ludovicum Germanic. 858—61 gesti.

35. Libell. proclamationis cap. 8, 9, 11.

36. Synod. Tullens. ap. Saponorias a. 859. c. 6; cfr. annal. Bertiniam. ad. h. a.

37. Cfr. conc. Meld. c. 12: ". . . . . Sin autem nos, immo Deum per nos loqventem, contempseritis, necessitate implendi ministerii, qvod nollemus facere compellemur."

38. Baluz. l. c. p. 59.

39. Ibid. p. 78.

40. Harduin. l. c. tom. V, p. 29, c. 16.

41. Ibid.: "et nos episcopi, Domino consecrati, non sumus hujusmodi homines, ut sicut homines seculares *in vasallatico* debeamus nos cuilibet commendare, sed ad defensionem et *adjutorium gubernationis* in ecclesiastico regimine nos ecclesiasqve nostras committimus."

42. Ibid.: "pro certo autem sciatis, qvia cum nostris parentibus, id est cum apostolis, *Christus* rex regum regnum suum, id est, *ecclesiam* conqvisivit, ampliavit et *rexit*, et *per nos* et nobiscum . . . . . eandem *ecclesiam*, id est, regnum suum qvotidie adqvirit, auget atqve *gubernat* idem Dominus Jesus Christus.

43. Ibid.

44. cap. 2.

Notæ ad pag. 88—89.

1. Conc. Meldens. c. 82.
2. Ibid c. 86.
3. Ibid.
4. Ibid. c. 37.
5. Ibid. c. 49.
6. Ibid. c. 55.
7. Conc. Valentin. III, (a. 855), c. 17. "Nimietas": immoderatio.
8. Ibid. c. 22.

*) "Hujusmodi dispensa contenti sint: panes centum, friskingas (ↄ: scrofas adultas) qvatuor, vini sextaria qvinqvaginta, pullos septem, ova qvinqvaginta, agnum unum, porcellum unum, annonam (ↄ: triticum) ad caballos modios sex, foenum corr. tres, mel, oleum cera, qvod sufficit" (Baluz l. c. tom. II, pag. 386, cap. 16).

9. Conc. Meld. c. 45.
10. Ibid. c. 43.
11. Vid. Baluz. l. c. pag. 383, cap. 5.
12. Ibid. pag. 384, cap. 11. Hinc Lotharius Imp. hanc legem tulit: "si qvis episcopus, aut propinqvitatis affectu, aut muneris ambitione, aut causa amicitiæ, xenodochia aut monasteria vel baptismales ecclesias, suæ ecclesiæ pertinentes, cuilibet per emphiteoseos (ↄ: precariæ) contractum dederit, se suosqve successores poena multandos conscripserit, potestatem talia mutandi rectoribus ecclesiarum absqve poenæ (ↄ: mulctæ, in qvam qvi se ex pacto obligavit, adstrinxit" vid. Du Chang. Glossar. tom. V, pag. 897) conscriptæ solutione concedimus" (leg. Longob. lib. II, lit 3, § 3.)
13. Synod Regia-Ticin. a. 850, c. 14.
14. "Veredarii" ii sunt, qvi veredis (ↄ: eqvis publico cursui destinatis) publicis utebantur, et responsa vel mandata principum deferebant.
15. Conc. Meld. c. 57. Missaticum est nuntium.
16. Baluz. l. c. pag. 384, cap. 11.
17. Harduin concilior. tom. V, pag. 17—18.
18. Vide capit. Suess. a. 853, cap. 1, Compend. a. 858, cap. 1; cfr. præcept. confirmationis, ap. Baluz. l. c. tom. II, pag. 75.
19. v. c. raro visitabant (conc. Meld. c. 29), "fastidiebant privatim pro se, consacerdotibus, regibus et al. preces fundere" (synod. Regia-Ticin. a. 850, c. 2).
20. Synod. Regia-Ticin. c. 3.
21. Ibid. c. 4.
22. Ibid.
23. Conc. Meldens., c. 25; cfr. conc. Valentin III, c. 13.
24. Conc. Meldens., c. 57.
25. Hinc lex Lotharii Imp.: "statuimus, ut si fæmina, qvæ vestem habet mutata m, moecha deprehensa fuerit, non tradatur genicio (ↄ: gynæcæo), sicut usqve modo, ne forte qvæ prius cum uno, postmodum cum pluribus locum habeat moechandi, sed ejus possessio fisco redigatur et ipsa episcopali subjaceat judicio."
26. Baluz l. c. pag. 384, cap. 9. Qvæ autem in synod. Regia-Ticin. c. 23 leguntur: "qvidam clericorum vel monachorum, peregrinantes per diversas vagando provincias et civitates, *multiplices spargunt errores* et *inutiles qvæstiones disseminant*, decipientes corda simplicium," dubito, an hæc de aliis intelligi possint, qvam de Godoschalco monacho ejusqve dogmatis studiosis.
27. Neqve igitur sola, qvæ exstat, decretalium editio (J. Merlini Tom. prim. IV. concilior generalium, XLVII concil. provinc., decretalium LXIX pontificum ab apostolis usqve ad Zachariam, Isidoro auctore, Paris. 1523 fol. et Colon. 1530 fol.) Isidorianum codicem integrum reddidit.
28. Vid. Ballerinorum dissertat. de antiqv. collectionibus et collectoribus canonum.
29. Non tamen nisi qvinqvaginta novem decretales ab ipso Pseudo-Isidoro fictæ sunt; nam binæ epistolæ Clementis ad Jacobum, haud magis genuinæ, jam ante id tempus fictæ erant.
30. In seqq. ipsa decretalium verba afferre supersedimus, qvia ea decretalium verba, ex qvibus consilium auctoris efficitur, neqve dubia sunt, neqve explicatione aliqva egent.
31. Franc. Turrianus "libros V. adversus Magdeburgenses Centuriatores pro canonibus apostolorum et epistolis decretalibus pontificum apostolicorum" a. 1570 Florentiæ ediderat.
32. Inter Protestantes *Calvinus* (institut. lib. IV, c. 7, § 11, 20), *Centuriatores Magdeburg.* (centur II, c. 7; III, c. 7) *Spittlerus* (l. c.) et *Planckius* (l. c. tom. II, pag. 800—828) singulari studio et diligentia authentiam decretalium examinaverunt.
33. Baluzius qvidem hunc canonem inter capitularia Caroli M. ad a. 801 retulit (tom I, pag. 357—58), idem vero in notis suis ad capitularia diserte observat, qvæ nos in textu attulimus (l. c. tom. II, pag. 1055.) — Qvæ autem argumenta, his etiam leviora, passim allata sunt ad probandum, falsas decretales aut brevi post a. 744, aut saltem sub temporibus Caroli Magni editas esse, Spittlerus l. c. p. 244 seqq. recensuit et redarguit.
34. Spittler l. c. „Diese Arbeit (sc. "additio qvarta") stammte aus dem Reich Lothar des I her, denn in der Aufschrift wird eines Kanzler Erchambald gedacht, und, außer Karln dem Großen, hatte nur Lothar einen Kanzler dieses Namens.“ Cfr. inscriptionem ipsius additionis qvartæ, qvæ ita se habet: "seqventia qvædam capitula ex sanctorum patrum decretis et imperatorum edictis colligere curavimus, atqve inter nostra capitula lege firmissima tenenda generali consultu Erchembaldo Cancellario nostro inserere jussimus" (Baluz. l. c. tom. I, pag. 1181—82.)
35. Vid. epist. synodalis Carisiac. ap. Baluz. l. c. tom. II, pag. 92.
36. Vid. Capitular. lib. V, c. 395 et VII, c. 90: "si accusatoris persona in judicio episcoporum culpabilis apparuerit, ad arguendum non admittatur, nisi de propriis causis;" ibid. lib. VII, c. 88: "episcopum nulli criminoso liceat accusare;" c. 112: "qvorum fides, vita et libertas nescitur, non possunt sacerdotes accusare;" qvi canon repetitur ibid. lib. VI, c. 359; addit. III, c. 11, IV, c. 18; cfr. Capitular. lib. VII, c. 373: "accusationes adversus doctorem nemo suscipiat; qvia *non potest humano condemnari examine*, qvem Deus suo reservavit judicio;" qvod idem legitur in capitul. Angilrami c. 71, coll. Clementis ep. I, Anacleti ep. I, II III, Euraist. ep. II, Alexandri ep. I.
37. Vid. supra IV, c., et not. 34.
38. Urbs Moguntina ad regnum Ludovici Germanici pertinebat; vid. Regin. chronic. ad a. 842.

Notæ ad pag. 90—91.

1. Hæc jam a. 843 factum esse, clarissimus Bünau acutissime, uti solet, demonstravit.

2. Qvod clarissimus Bünau l. in not. 1 c. (p. 238) affert: „über dieses Unternehmen des Pabsts, noch mehr aber über die Gedult des Königes, kann man sich nicht genugsam verwundern, zumahl, da die Thüre so lange verschlossen blieb, biß sich der König erkläret, wie er nichts weniger, als eine üble Absicht im Sinne habe," dubito an jure suo dixerit. Qvanqvam enim Ludovicus Sergio infestus erat, huic tamen ab illo nihil mali exspectandum erat, dum in atrio ædium sacrarum cum illo versaretur. Potius igitur admiranda est callida Sergii prudentia.

3. Neqve hoc loco probare possum verba Cl. Bünau: „hingegen mußte er (Sergius) sich gefallen lassen, König Ludwigen zum König von Italien zu crönen." Neqve enim narratio annal. Bertin: "Ludovicum pontifex Romanus unctione in Regem consecratum cingulo decoravit," neqve verba Anastatii de ea re (l. c. p. 228—29) indicare videntur, hoc *jussu Ludovici* factum esse. Qvod si enim hæc unctio subsecuta esset illam de consecratione Sergii qvæstionem, a Ludovico per Drogonem institutam, aliqva tamen ratio erat existimandi, Ludovicum istam sibi unctionem pactum fuisse; sed qvæstio unctioni subsecuta est (vid. Anastat. l. c. p. 228: "*deinceps* vero per singulos dies conflictum summi certaminis cetqve). Qvæ quum ita sint, mihi qvidem ista unctio ex prudentia Sergii profecta esse videtur.

4. Anast. l. c. p. 228: "et data a prædicto almo pontifice super populum oratione, ab ecclesia pariter omnes egressi sunt. *Postea* vero *continuis diebus seqventibus* omnia suburbana pestifera devastatione [Franci] compresserunt . . . . . *Dominico vero die seqvente* . . . . . omnes . . . . . sunt congregati . . . . . *deinceps* vero per dies singulos conflictum summi certaminis cum sanctissimo præsule (ɔ: Sergio II) . . . . ipse Drogo commovebat etc."

5. "[Et episcopi]" haud qvidem apud Anastatium leguntur, sed intelliguntur, nam nomina eorum, qvi isti qvæstioni intererant, recensens, non nisi duos archiepiscopos sed viginti episcopos commemorat.

6. Hoc qvidem Anastasius silentio h. l. præteriit, idem tamen in historia consecrationis Leonis IV indicat, id edicto qvodam vetitum fuisse (vid. infra p. 90), et annales Bertiniani disertis verbis referunt, Ludovicum demum "peracto negotio" abiisse.

7. Frodoard. de pontif. Roman. pag. 590; Sigeb. Gembl. ad h. a.; cfr. Bünau l. c. p. 240.

8. Schröckh, christl. Kirchengesch. Th. 21 S. 71: „Man merkt hieraus, daß sie, ohngeachtet der kaiserlichen Oberherrschaft, welche sie völlig anerkannten, doch zugleich die Gegenwart eines Pabstes vor nothwendig gehalten haben, um für die Sicherheit der Hauptstadt wieder die Araber, wie schon ehemals, mit einer Thätigkeit zu sorgen, die durch die Reichthümer der Kirche glücklich unterstützt wurde."

9. Vide qvæ Bünau l. c. p. 273, not. h. contra Baronium disputat.

10. ap. Du Chesne l. c. tom. III. p. 553—61.

11. Magistri militum post tempora Constantini M. eodem munere fungebantur qvo olim prætorio præfecti. Eorum alter equitibus alter peditibus præerat. Commemoratur etiam "magister utriusque militiæ" (vid. Du Change). Ex qvibus conjicio, "*eminentissimum magistrum militum*" utrique militiæ præfuisse.

12. "Superista" = ὑπερίτης s. νεωκόρος, æditaus; cujus apud gentiles erat omnia ea curare, quæ ad externum templorum splendorem aliquid faciebant (Xenoph. Anab. V, 3—7).

13. Quod autem Gratianus culpæ vacuus in placito isto Romano habitus est, id neqve eam neqve Leonem IV culpa liberat; quoniam judices, qui aderant (— Leo et proceres Romani —) ejusdem fortasse criminis rei erant.

Locus hic esset de *Johanna papissa* disputare, sed nobis in animo non est hanc fabulam repetere. Qvi libros de ea scriptas cognoscere vult, inspiciat Giesler. l. c. I. 2, p. 38 seqq. not. m.

Notæ ad pag. 92—93.

1. Qvemadmodum pontifici Romano primus inter patriarchas locus olim tribuebatur, qvod Roma sedes imperatoris Romani esset, ita exspectandum erat, hujus ævi pontifices Romanos maximam in Occidente dignitatem ecclesiasticam conseqvi potuisse, si Occidentis imperator Romæ sedem suam haberet.

2. Neqve enim Lotharius Romæ degebat, neqve imperatoria sua jura in regnis fratrum exercebat (vid. p. 84—88).

3. Ap. Harduin l. c. tom. IV, p. 1463—66.

4. Cfr. qvæ sub finem epistolæ scribit: „sed *nos* in eo, qvi vincit mundum, beato Petro apostolo intercedente, confidimus, qvod *nullo typho secularis audaciæ* vestra succumbit auctoritas."

5. "Et qvia omnium vestrorum solicitudinem illi (ɔ: Drogoni) gerere præcipimus, omnium volumus *obedientia* [cum] comitari." Verb. "comitari" sensu passivo intelligendum est.

6. Mirari subit, Leonem IV Chalcedonensia decreta tanta auctoritate digna habuisse, quum hæc tamen Constantinopolitano patriarcha jura iis paria, qvibus Romanus patriarcha gauderet, tribuant. Fortasse hinc colligi potest, Leonem existimavisse, suæ sedis auctoritati, qvod ad Græcos attinebat, minus provide consulendum esse; qvod qvidem ipsius, pag. 91 commemoratæ, perfidiæ suspicionem probabiliorem reddit.

7. Vid. p. 10—11.

8. Hoc ipsum rationibus ecclesiæ Hispanicæ satis conseqvens erat. Neqve enim præsules Hispaniæ Visigothorum regum temporibus Romanos antistites familiarius habebant (vid. p. 10—11). Qvare vix iis suas leges miserant. Ut vero Arabes Hispaniam subegerunt, ipsa communio utriusqve hujus ecclesiæ sublata est.

9. Gieseler Lehrbuch der Kirchengesch. B. 2, Abth. 1, p. 127, ex Servati Lupi epist. 130, ed. Baluz. p. 194 coll. not. Baluz. p. 466 seqq.

10. Mansi. conc. tom. XV, pag. 374.

11. Benedictus in præfatione libr. III capitular. (ap. Baluz. l. c. tom I, pag. 803—4.) hæc dicit: "Hæc vero capitula, qvæ in subseqventibus tribus libellis coadunare studuimus, in diversis locis et in diversis schedulis, sicut in diversis synodis ac placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus, et maxime in sanctæ Maguntiacensis metropolis ecclesiæ scrinio a Riculfo, ejusdem S. sedis Metropolitano, recondita, et demum ab Autcario, secundo ejus successore atqve consangvineo inventa reperimus." Jam qvidem verbis talis hominis nulla per se fides habenda est. Attamen diaconorum, qvi suæ qvisqve sedi adstricti tenebantur, vix aliqvis qvicqvam "in diversis locis" agere inscio metropolita suo ausus fuerit. Unde igitur seqvitur, ut Autcarius non alienus fuerit ab istis decretalibus edendis, et, quum fictæ sint, fingendis. Qvod enim Benedictus de Riculfo asserit, id nulla prorsus fide dignum est. Nam-

qve "in Urbani et Johannis III epistolis reperiantur loca ex synodo Parisiensi, a. 829, qvindecim a Riculphi obitu († 814) annis habita, desumta" (Cave l. c. p. 447); haud igitur Riculphus decretalium, saltem non integræ earum collectionis auctor esse potest. Neqve probalis aliqva excogitari potest causa, qva hic motus, tales fingeret decretales. Carolus M. qvidem canonum et decretalium antiqvitatem maximi faciebat. Idem vero Dionysianam utrorumqve collectionem ab Hadriano Pontifice dono acceperat. Jtaqve facile fraudem commissam detegere potuit. Idem præterea imperialia jura sua studiosius servabat, qvam ut ejusmodi decretales, si vel antiqvissimas eas haberet, inter legum suarum capitula recipi pateretur. Neqve ullam unqvam legem confirmavit, qvam non communi tam episcoporum qvam comitum consilio antea subjecerat. At decretalium leges eæ sunt, qvæ neqve metropolitis neqve comitibus placere possent. Hæc afferenda esse censu iad verba Spittleri (l. c. pag. 248): Karl war überhaupt der aufmerksamste Regent auf alle Angelegenheiten seines Reichs, und noch doppelt aufmerksam auf den ganzen Zustand der Kirche und auf alle Einrichtungen derselben qvæ nimis indifinite dicta sunt.

12. Video plerosqve hoc attulisse, ut Riculphum decretalium Pseudo-Isidori auctorem non esse probarent; v. c. J. E. Ch. Schmidt, Handbuch d. chr. Kirchengesch. Th. 4, S. 288: „Theil an dem Betruge darf man demselben (Riculf) schon um deswillen nicht zuschreiben, weil diese Decretale den Vorrechten der Metropolitane so nachtheilig sind, und Riculf doch wohl nicht gegen sein eigenes Interesse arbeitete." De Autcario decretalium auctore idem dici posset, at dubito an jure diceretur. Nam aliud est *ordinis sui commoda* lædere, qvæ certe culpa esset Autcarii metropolitæ, si is sit Pseudo-Isidorus, aliud vero *sua ipsius commoda* negligere; qvod Autcario non poterit objici; de qvo qvædam mox afferamus.

13. *Drogo*, nothus filius Caroli, jam a. 824 episcopus Metensis factus erat.

14. Drogo enim magna auctoritate apud Lotharium florebat. Qvare hic facilius ab eo impetrare potuit, ut falsas qvasdam decretales, pro antiqvis legibus habitas, inter sua capitularia reciperet.

15. Etenim Drogo in confinio regni Caroli Calvi degebat.

16. J. P. Münster kleine theologische Schriften, S. 130—40: „Dünkt Jemanden, daß wir zuweilen auf Umständen gebaut haben, die verschiedene Erklärungen zuließen, so wolle man erwägen, daß mehrentheils die von uns angenommene Erklärung nicht wider andere Umstände stritttet, und daß es die ganze Zusammenstimmung ist, worin wir den Beweis für unsre Behauptung zu finden glauben. Wo keine offenbare Kennzeichen vorhanden sind, wird man wohl genöthigt, aus kleineren und verborgeneren zu schließen; aber wo diese gefunden worden, und sich in einen Punkt sammeln, da bewirken sie wohl eben so sichere Ueberzeugung.

17. Harduin. l. c. Tom. V, p. 3—4.

18. Leguntur hæc apud Du Chesne l. c. Tom. II, p. 407: "Contemptóqve omnino jure Francorum regio, Regem se fieri posse existimavi, multisqve artibus, ut dolosus et fraudulentus, perqvirens, qvibus id modis asseqveretur, reperit, ut Episcopos totius suæ regionis aliqva seductione expelleret, et alios concessione sua constitutos in locis illorum subrogaret: sicqve facile conceptam tyrannidem posse perficere excogitavit."

19. Sc. qvod rex fieri voluit, hi autem qvatuor episcopi eum ungvere recusarunt.

20. Sc. lege illa epistolæ suæ, nullam de episcopis ferri debere sententiam nisi coram XII episcoporum judicio. Qvippe hac ratione *septem* Britanniæ episcopi, licet contra jus et fas constituti, episcopali munere indigni nunqvam pronuntiarentur.

21. Hæc epistola interiit, sed commemoratur in synodica conc. Paris. a. 849; de qva infra sermo erit.

22. Vide "narrat. clericorum Remensium, qvaliter Ebbo, Remorum archiepiscopus, qvod in Ludovicum Pium Imp. conspiraverat, ab episcopis depositus ann. 835 et post ipsius Ludovici mortem sedi suæ restitutus, ac deinde iterum dejectus est," ap. Du Chesne l. c. Tom. II, p. 340—44.

23. Ibid.

24. Ep. Bened. III ad Hincmarum: "hæc cernentes ad ea, *qvæ cupis*, nullatenus nos inclinare ambigimus, tuæ venerationis adimplere cupientes affectum.

25. "Nostri qvemadmodum pontificii cor dulcisonis tuæ benignitatis apicibus lætius effectum est et hilarius."

26. Ludovicus, rex Germaniæ, Ebboni, a qvo isti clerici ordinati erant, episcopatum Hildeshemense concesserat. Idem vero hoc tempore bellum contra Carolum, regem Francorum, parabat. Expectandum igitur erat, istos clericos, qvi non sine jure qveri poterant, se injuste damnatos esse, ad hunc potissimum confugere velle.

27. Vid. epist. ad episcopos in regno Caroli constitutos, ap. Harduin. l. c. Tom. V, p. 103—4.

28. Ibid. p. 104—110.

Notæ ad pag. 94—95.

1. Harduin. l. c. tom. V, pag. 25.

2. Ibid. pag. 97.

3. Vid. act. synod. Roman. a. 853; ap. Hard. l, c. pag. 77.

4. Haud dubie igitur Ludovicus hunc virum ecclesiæ, saltem regni sui (ɔ: Lombardiæ), antistitem ejus generis præfecerat, cujus erat in regno Francorum primicerius palatii s. archicapellanus (vid. pag. 46, 1.)

5. Vid. breviarium huj. synodi ex incerto scriptore de vitis Pontificum Romanor., ap. Hard. l. c. pag. 80; cfr. Anastatius l. c. pag. 243: "Sancti ejus Spiritus gratia revelante una *cum consilio* serenissimorum Lotharii ac Ludovici imperatorum . . . . synodum congregavit." In plenis actis huj. synodi ipsa "per Domini gratiam et ejus divinum consilium congregata" esse dicitur (ap. Hard. l. c. pag. 89.) Fortasse hac verborum pietate verum synodi convocatæ auctorem commemorare de industria silentio præterierunt.

6. Ap. Harduin. l. c. pag. 78.

7. Ibid. pag. 75—78.

8. Ibid. pag. 77.

9. Ibid. pag. 67—68 ɔ: synod. Roman. c. 24.

10. Ibid. pag. 63 ɔ: synod. Rom. c. 6.

11. Ibid. c. 5, de episcopis libere a clero et populo eligen-

dis, c. 33: "nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes reliqvive clerici consistunt, qvod presbyterium nuncupatur, qvando Missa celebratur; consistere: ut libere ac honorifice possint sacra officia ministrare;" c. 35 de conviviis festis diebus non faciendis sub poena "excommunicationis;" c. 36, 37, 38 de nuptiis vel non contrahendis vel certa de causa solvendis.

12. v. c. ibid., c. 8 de sacerdotibus "in subjectis baptismalibus plebibus ab episcopo cum consensu hominum ejus loci constituendis"; c. 39: ne per singula ecclesiarum loca nimis multi constituantur presbyteri, cfr. c. 9; c. 40: "ut presbyteri ordinati per loca proprii episcopi nullo modo concilium negligant;" c. 41: "ut presbyteri, a laico homine sine consensu episcopi constituti, si admoniti redire (ɔ: recedere ab ecclesia, qvam tenent) nolint, honorem amittant."

13. Baluz. l. c. tom II, pag. 341 seqq.

14. Hoc tamen non multum urgendum esse censeo; nam eo tempore Ludovicus II, Imp., foedus cum Ludovico, Germaniæ rege, cujus partes Wenilo seqvebatur, inierat. Neqve igitur exspectandum erat, Romanum antistitem libera Wenilonem damnandi potestate gavisum fuisse."

15. Annal. Bertinian. ad a. 853 et Harduin. l. c. tom. V, pag. 57—58.

16. Conc. Meld. c. 80: "nos autem Dei judicio *sui ab illo vicarii* constituti etc."

17. Conc. ad Theodon. vill. c. 6: "per loca etiam monastica ejusdem ordinis *provisores* (ɔ: abbates) necesse erit disponere, quum vestra (ɔ: regis) auctoritas eos, qvi *vices Christi* secundum regulam divinitus dictatam in monasteriis agant, studuerit ordinare; cfr. epist. epp. ad Ludov. cap. 7: "rectores ac pastores ecclesiarum ut patres et Christi vicarios colite."

18. Conc. ad Theod. vill. c. 1.

19. Conc. Vernens. præfat.: "qvippe non nobis nostra sed *illius* auctoritate loqvimur, qvi ait: qvi est ex Deo, verba Dei audit."

20. Epist. epp. ad Ludovic. regem, cap. 2. "licet peccatores simus . . . . ministerium sacrum operante Spiritu sancto suscepimus, sine qvo sacra non ministramus; ut *nobis dictum* a veritate veraciter scimus: non vos estis qvi loqvimini, sed spiritus patris vestri, qvi loqvitur in vobis."

21. Supra traditum est, Carolum M. hanc eandem vim consensui omnium antistitum ac totius populi tribuisse (vid. pag. 46) At hoc loco nulla populi ratio habita est, siqvidem antistites post tempora Ludovici P. ad eum respicere non solerent.

22. Hujus rei causa hæc minima fuisse non videtur, qvod sedes ejus divisione, a. 843 facta, ad Lotharii regnum referretur, Lotharius autem binis fratribus suis invisus esset.

23. Harduin. l. c. tom. V, pag. 51—58 ex Flodoardi histor. lib. III.

24. Ibid.

25. Conc. Meld. c. 23: "ut commutationes rerum ecclesiasticarum valde caveantur; . . . . qvæ autem sunt inconsulte factæ juxta decretum canonicum Papæ *Hilarii*, qvæ illicite decessor episcopus admiserit, ... ab eo, qvi successor est, emendentur; cfr. c. 80 de hospitalibus ad nihilum redactis:" . . . . unde pertimescenda est canonica sententia, et maxime decretalis *Symmachi* Papæ definitio cetqve."

26. Ex allatis pontificum nominibus apparet, eum hanc auctoritatem solis antiqvioribus præsulibus Romanis tribuisse.

27. Vid. consil. Hincmar. de poenitentia Pipini junioris, ap. Du Chesne l. c. tom. II, pag. 414.

28. Vid. synodic. concilii Paris. ad Nomenogium ducem ap. Hard. l. c. tom. V; pag. 19—22.

29. Flodoard. histor. lib. III, cap. 2, ap. Hard. l. c. p. 3—4.

30. Ibid.; hinc etiam acta synodi Paris. a. 847, in qva Ebbo damnatus est, tam episcopi qvam "regales epistolæ" Romano antistiti referebant." (ibid.)

31. Ibid; cfr. qvæ pag. 93 de eodem Hincmaro narravimus.

32. Ep. episcopor. ad. Ludov. cap. 15.

Notæ ad pag. 96.

1. Post *Witlafium* (vid. p. 78), *Berthulphus*, frater, et, eo mortuo, *Burrhedus* Merciam vasalli jure tenebat.

2. *Tenementum:* territorium, districtus alicujus loci, interdum: prædium urbanum, qvod de domino tenetur, aut: prædium, qvod villæ partem efficit. H. l. tenementa *libera* commemorantur. Itaqve tenendum est, duplex fuisse genus tenementorum: *liberorum* s. qvod qvis tenet sibi et hæredibus suis in feudo et hæreditate, et *villenagii* s. tenementum villani, vel qvod villano (ɔ: homini villæ s. glebæ adscripto) concessum est ad excolendum sub onere præstationis, census et operarum. (Du Change).

3. *Manerium:* "habitatio cum certa agri portione, a manendo dicta" (ibid.); manentes sunt inqvilini, coloni.

4. *Molendinum:* pro pistrino.

5. *Merseum:* palus, stagnum: vox formata ex verbo Saxonico, qvod Dan. Marsken respondere videtur.

6. *Mariscus:* palus, Gallis: marès vel marais, qvod Salmasius a mari, Somnerus a verbo qvodam Saxonico deducit. Non tamen omnes generis paludes marisci dici possunt, nam commemorantur *"terræ arabiles,* qvæ magni Marisci appellantur," et apud Ingulfum exstat locus: "vicinas paludes circumqve jacentes mariscos immeabiles reddebant," ubi igitur palus non est.

7. *Tenere:* dicitur, "qvi prædium a domino feudali dependens et in ejus feudo vel dominio possidet" (Du Change).

8. Exstant exemplaria hujus donationis ap. *Ingulphum* Saxonem, ap. Guil. *Malmesburium*, ap. *Mathæum* Westmonasterium, et al., qvæ valde inter se differunt. Hinc Lingard l. c. p. 183 dicit: „von der [Urkunde] es so verschiedene Copien giebt, und deren Sprache so dunkel ist, daß es schwer zu bestimmen ist, ob ihr eigentlicher Entzweck war, den zehnten Theil jedes Landgutes, wer auch sein Besitzer sey, von allen weltlichen Diensten zu befreien, oder diesen zehnten Theil mit den Besitzungen zu vereinigen, die schon der Kirche verliehen worden waren."

9. v. c. Witlafius enim hoc privilegio istud monasterium donaverat, "qvod, qvicunqve *pro qvocunqve delicto* reus inventus et legibus obnoxius fuerit," si ad id confugerit, tamdiu ab omni poena vacuus esset, qvamdiu in ipsa insula Croylandiæ, "in qvocunqve servitio positus," degeret, qvinimmo tali homini licere, ut in "qvinqve aqvis, qvæ illam insulam ambiunt, navigaret et piscaretur, ac aliter qvocunqve modo a dominis suis (ɔ: monachis Croylandiæ) assignatus esset, laboraret absqve ministrorum (ɔ: comitum, ducum et al.) regis vel alicujus alterius calumnia vel gravamine" (Wilk. l. c. p. 176). Confugiebant igitur ad Croylandensis monasterii asylum omnis generis malefici, neqve intra fines ejus insulæ subsistere solebant. Itaqve magistratus civiles eos, "extra insulam inven-

tos . . . . . publicis legibus subjiciebant et damnabant" (Wilk. p. 181). Hoc qvidem ipse Witlafius permiserat, ut fieret (vid. Wilk. p. 176), sed de hoc ipso monachi coram Bertulpho qverebantur (vid. p. 181).

10. Exemplum instar omnium hoc est, qvod concilio Kingisburiensi, in regno Merciæ celebrato, non solum Berthulphus præsidebat, sed etiam "Oslac, pincerna regis Æthilwulphi, ejus *legatus* intererat (vid. subscript. l. c. p. 183).

11. vid. conc. Kingisbur: "proposita tali qverela vestra. . . . . palam coram prælatis et *proceribus* regni mei Merciæ, ... *omnibus tenerrime compatientibus* etc.;" cfr. conc. Winton.: "ego Æthelwulphus, *cum consilio* episcoporum ac *principum meorum* . . . . . consensimus etc."

12. Lingard l. c. p. 184, not. 2: „Warum ersuchte der König den Pabst, Alfreden in so frühem Alter zu krönen? . . . . . Vielleicht war es, um ihm nach dem Tode seiner Brüder die Thronfolge mit Ausschliessung von deren Kindern zu sichern. So verfügte es wenigstens Ethelwulf in seinen letzten Willen."

13. Leonem III Carolum M. imperatorem sua sponte coronavisse, ne ipse, criminis reus, ab eo poena afficeretur, J. E. Ch. Schmidt (Beyträge zur Kirchg. d. Mittelalt.) indubitatum reddidit.

14. Hoc concilium postea vocatum est *impium conciliabulum* (d. Aguirre notit. conc. Hispan. ad. h. a., p. 174.)

Additamentum ad. pag. 71, not. 26.[1]

Capitular. I, a. 819, cap. VI: "si qvis res suas pro salute animæ suæ, vel ad aliqvem *venerabilem locum* vel propinqvo suo, vel cuilibet alteri tradere voluerit, et eo tempore intra ipsum comitatum fuerit, in qvo res illo positæ sunt, *legitimam traditionem*[2]) facere studeat. Qvod si eodem tempore, qvo illas tradere vult, extra eundem comitatum fuerit, ... adhibeat sibi . . . . testes idoneos; vel si illos habere non potuerit, tunc de aliis, qvales ibi meliores inveniri possint, et coram eis rerum suarum traditionem faciat, et fidejussores vestituræ[3]) donet ei, qvi illam traditionem accipit, ut vestituram faciat[4]). Et postqvam hæc traditio ita facta fuerit, *heres illius* nullam de prædictis rebus valeat facere *repetitionem*[5]). Insuper et ipse per se fidejussionem faciat ejusdem vestituræ, ne heredi ulla occasio remaneat hanc traditionem immutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum coheredibus[6] suis divisas habuit, non ei hoc sit impedimento; sed coheres ejus, si sponte noluerit, aut per Comitem aut per Missum ejus distringatur, ut divisionem cum illo faciat, ad qvem defunctus[7]) hereditatem suam voluit pervenire. Et si cuilibet Ecclesiæ eam tradere rogavit[8]), coheres ejus eam legem cum illa Ecclesia de prædicta hereditate habeat[9]), qvam cum alio cohærede suo habere debeat. Et hoc observetur erga patrem et filium et nepotem usqve ad annos legitimos[10]). Postea ipsæ res ad immunitatem ipsius Ecclesiæ redeant.

N o t æ.

[1]) Hoc suo loco tradere supersedi, qvod eo tempore, qvo illa scribebam, sensum verborum haud tenerem. Etiamnum valde dubito, an singula recte interpretatus sim.

[2]) *Traditio:* cessio, concessio, dispositio per testamentum.

[3]) *Vestitura* (a *vestire:* possessionem conferre rei alicujus) explicari solet: missio in possessionem, possessionis confirmatio.

[4]) ɔ: ut possessionem rerum illarum ipsi spondere qveat. Igitur pleonastice dictum est.

[5]) ɔ: non licet ei poscere, ut sibi conferantur.

[6]) Igitur sermo esse videtur de homine, qvi, opes qvasdam viri defuncti cum pluribus heredibus tenens, suam de his partem cuidam ante "tradere" vult, qvam plures illi heredes ipsas opes inter se diviserint.

[7]) *Defunctus* is esse videtur, cujus facultates et is, qvi suam partem cuidem tradere voluerit, et reliqvi cohæredes obtinuerant.

[8]) Hoc ita interpretor: si cui viro opes suas commendarit, ut hic ecclesiæ cuidam eas restituat.

[9]) ɔ: non alia erit ratio (lex) cohæredis, ac si *homini* cuidam istæ opes "traditæ essent."

[10]) Hic locus commodum aliqvem sensum vix præbet, nisi "*annos legitimos*" intelligatur de spatio qvodam temporis constituto, per qvod is, cui facultates viri defuncti commendatæ erant, has usufructuario jure possideret, qvo autem elapso, easdem ecclesiæ restitueret. Verbum, qvod seqvitur, "*postea*" hanc interpretationem non minus commendare videtur, qvam tota sententia secuta. Neqve necesse est verbum *legitimus* de iis solis intelligere, qvæ in publicis legibus scripta sint; namqve *legitima*, nude posita, pars hæreditatis esse potest (vid. Du Change sub. h. v.)

Index verborum,

qvæ explicatione egent).*

*) In ipsis verbis explicationem passim attulimus, neqve tamen omnium verborum, qvæ difficiliora sunt ad intelligendum, neqve qvoties idem verbum repetebatur. Itaqve nos operæ pretium facturos esse putavimus, si in hac indice tum indicaremus, qvibus in locis illa explicatio reperiatur, tum verba nondum explicata paucis interpretaremur.

Index verborum.

Corrigenda.

Pag.	Columm.	Lin.	
2	„	36	fgitúr l. igitur
4	„	18	Muhamendum l. Muhamedum
8	4	17	Visigcthorum l. Visigothorum
7	1	32	nt l. ut
10	„	2	regem l. regum
—	„	10	gvavioris l. gravioris
—	„	33	Pesri l. Petri.
11	1	39	servareat l. servaret
—	2	1	esse l. esset
—	2	34	disertiis l. disertis
12	„	38	degnitatem l. dignitatem
20	2	32	potissimmum l. potissimum
22	3	26	antiqum l. antiquum
24	2	37	Toletauum l. Toletanum
28	„	1	qvis l. qvæ
29	„	22	ragavit l. rogavit
—	„	31	imporatore l. imperatore
31	1	28	cantissime l. cautissime
34	„	22	principe[3]. l. principe[3]."
38	„	40	gratiam*) l. gratiam
36	2	ultim.	retrictæ l. restrietæ
38		2	rationo l. ratione
—	1	82	inter Alemennos l. inter Alamannos
—	—	83	annulli l. nonnulli
—	2	48	canabatur l. conabatur
39	„	21	monasticææ l. monasticæ
—	—	38	vicessimo l. vicesimo
43	„	8	deinqve l. deniqve
46	„	29	auetoritas l. auctoritas
48	„	44	Carol usvero l. Carolus vero
80	1	43	rectitudo l. rectitudo
81	„	2	ratio l. ratione
—	„	9	heledomadas l. hebdomadas
—	„	80	hec l. hæc
82	1	29	ansus l. ausus
84	2	23	convenivnter l. convenienter
—	—	82	Fxemplo l. Exemplo
88	2	18	pecundum l. pecudum
87	2	7.	pvod l. qvod
66	1	2	flurium l. fluvium
68	1	24	jnre l. jure
—	2	1	religo l. religio
67	„	8	negebant l. negabant
—	—	—	sucerdotes l. sacerdotes
—	—	31	9 l. 16
—	—	38	10 l. 17
—	—	44	11 l. 18
77	2	38	potuis l. potius
—	—	40	Dens l. Deus
81	„	7	(infr.) sanqvinis l. sangvinis
82	„	1	puulo l. paulo
87	„	27	viudicta l. vindicta
89	2	1	sunt l. sint

Pag.	Not.	Lin.	
97	7	27	volutatem l. voluntatem
—	12	3	incofuse l. inconfuse
108	10	7	cocrceat l. coerceat
109	12	8	boc l. hoc
111	7	7	monaterio l. manasterio
—	9	2	crudiliter l. crudeliter
—	39	1	sqventi l. seqventi
112	44	1	monosterio l. monasterio
—	13	16	and l. on
114	21	6	angeantur l. augeantur
116	2	4	jnvenes l. juvenes
—	8	2	Goustänts l. Gonstanȝ.
117	11	3	imagmes l. imagines
118	8	3	c. l. ɔı
119	24	7	baneficia l. beneficia
—	32	10	sepaltura l. sepultura
120	17	2	epplicuerim l. explicuerim
—	38	1	sant l. sunt
122	20	4	ciligitis l. diligitis
133	1	20	Jmp. l. Imp.

Præter hæc errata sæpissime legitur "Du Changius" pro "Du Cangius," et pag. 7: 27 pro 28 (columm. 1, lin. 32): 28 pro 26 (ibid. lin. 36): 26 pro 27 (ibid. lin. 38): 27 pro 28 (lin. 41). 28 pro 29, 29 pro 30 et sic porro.



